8.37.0.7/1

DIRECTORIVM
FORI IVDICIALIS
Pro Regularibus.

VSVI FRATRVM MINORVM,
Qui vulgo Capuccini nuncupantur.

AVCTORE

R. P. F. ZACCHARIA BOVERIO
Salutienſi, eiuſdem ordinis Theologo, & Prouinciæ Pedemontium Diffinitore
accommodatum.



AVGVSTAE TAVRINORVM,

Apud Aloyſium Pizzamilium, Typographum Ducalem
MDCXXIV.

Superiorum permiſſu, & licentia.

Bibliothecæ Conventus Capuccinorum Ria

Digitized by Google

Imprimatur.

Fr. Camillus Ballianus
Inquiſitor Taurini.

Digitized by Google

ADMODVM R. P.

CLEMENTI A NOTO TOTIVS ORDINIS

Fratrum minorum Capuccinorum nuncupatorum Generali miniſtro meritiſsimo.

F. ZACCHARIAS SALVTIENSIS eiuſdem ordinis Theologus, & à conſilijs ſocius P. S. & fælicitatem.

AD Vigilantiſſimi Paſtoris munus, & excubias pertinet (admodum R. Pater) eam gregis apud ſe ſollicitudinem gerere: vt nõ modo è ſterili gleba ad pinguiora montium paſcua beneualentem ducat, atq; antecedat: Vberioribus herbarum pabulis inter amæna virentia eſurientem paſcat: Ad limpidiſſimos decurrentium fontium riuos defatigatum recreet: atq; alia, quæ ad gregis, vel commodum, vel delitias ſpectant, abunde adminiſtret. Verùm, & ſi quæ interdum ex ouibus, vel graui aliquo lapſu ſauciæ, vel aduerſa valetudine affectæ fuerint, diligentiſſimè curare debet, ne ipſarum neceſſaria curatione neglecta; aut minori, quam opus eſt, ſtudio, ac prudentia peracta, aliquando tandem Paſtoris oſcitantia, vel imperitia intereant. Atq; adeò hoc à Paſtore neceſſarium munus

exigitur, vt Paſtoris in eo præſtando incuriam Deus Opt. Max. graui per os Ezechielis quærelâ proſequatur, his verbis. *Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis: quod ægrotum, non ſanaſtis. quod confractum eſt, non alligaſtis: & quod abiectum eſt, non reduxiſtis.*

Ezech. 34.

Maximas quidem Deo Optimo Maximo habemus gratias, quòd hactenus in te vno, ac ſupremo totius fratrum minorum Capuccinorum (vt vocant) Gregis Paſtore vniuerſa illa priora optimi paſtoris munera præſtantiſſime elucere perſpeximus. Neq; enim quiſquam ignorare poteſt (longe omnis à veritate aſſentatio exulet) quo ſtudio, q. áue animi ſollicitudine Religioſum hunc gregem ad ſumma Euangelicæ perfectionis, ac regularis obſeruantiæ faſtigia; Vbi inter pinguiſſima cœleſtium voluptatum paſcua puriſſimæ perfectorum animæ deliciantur, ardentioribus verborum ſtimulis cõpellas, & optimis vitæ exemplis antecedas: nec non alterius Moyſis inſtar creditas oues ad interiores, ac ſecretiores illas ſpiritus ſolitudines ducas, vbi diuinas Spiritus Sancti Flammas inter ſpinoſa auſterioris vitæ dumeta in ſe ardere ſentiant.

Ad hæc quàm vberrimis, quàm opportunis, quàm ſalutiferis, quan.q; efficacibus purioris doctrinæ pabulis ſubiectas oues ita reficias, paſcas, ſagines, vt ex eius cohortationibus nunquam non meliores fiant, ac velut cœleſtium dapum vbertate refectæ pingueſcant: plane non mea dumtaxat; ſed eorum omnium vox eſt, qui te aliquando, vel priuatis hortationibus monentem, vel publice pro concione loquentem audierunt: quibus ea tuis ſermonibus ſuauitas, ac virtus à Deo indita viſa eſt: vt illud Apoſtoli peculiari quadam ratione tibi vſurpare liceat: *Loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis; ſed in doctrina ſpiritus.*

1. Cor. 2.

Cæterum plura de animi magnitudine, & laborum tole-

rantia,

Digitized by Google

PRAEFATIO AD LECTOREM.

NIHIL *tam humano corpori perniciosum, ac funeſtũ accidere poteſt (lector humaniſſime) quam cum ſcatentibus in eo vndiq; vulneribus, atq; intumeſcentibus plagis, ipſarũ curatio vel negligitur, vel opportuna ijs remedia non adhibentur, vel tandem eo, quo neceſſe eſt, ſtudio, ac ſollicitudine Medicæ artis præcepta in ipſis curandis minime obſeruantur: inde enim plerunq; fit, vt tabeſcentibus vulneribus corpus peſtifera illa tabe corruptum ad interitum rapiatur, quæ profecto non hominum tantùm. ſed Dei ipſius vox eſt per os* Prophetæ ita deplorantis. Iſa. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, neq; curata medicamine neq; fota oleo.

Idipſum in vnoquoq; Religioſæ Reipub. corpore contingere quotidianus ipſe vſus, ac rerum experientia demonſtrat, in quo cum interdum grauiora crimina velut quædam animi vulnera, ipſo naturæ pondere inflicto erumpant; niſi Prælatorum tanquam medicorum diligentia iuſtis, & iuxta ſacra legum ſancita legitimis correptionibus curentur, facile toti Religioſo corpori necem moliuntur. Quamobrem illa, Samaritani viri pietas, ac prudentia in Euangelio plurimum à Saluatore commendatur, qui cùm hominem illum à latronibus ſaucium, ac fere animam agentem obuiam inſperato habuiſſet; haud quaquam ſacerdotis, ac leuitæ inſtar pertranſijt, ſed miſerando illius aſpectu commotus, curam ipſius egit; oleum, & vinum in vulnera eius infudit; iumento impoſuit, & tandem aliquando incolumem, ac bene valentem recepit.

Equidem magis optandum eſſet, vt nulla in Religionis corpore criminum vulnera eſſent, quæ curarentur nullus qui in latrones incideret, nullus qui plagas inter vitiorum nemora acciperet. At quando vel ipſo naturæ ſtatu ad caſum propellente, vel hominum vitio accidit, vt ſcelera in Religione perpetrentur, plane nulla ratione prætermitti debent, vt ſine curatione prætereant: ſed Samaritani viri, tum pietas, tum prudentia imitanda eſt, vt delinquentium vulnera oleo ac vino adhibitis curentur.

In eo tamen Medicorum peritia ne vulgaris requiritur, vt oleo, & vino, cum opus eſt, opportune vti non ignorent neq; enim oleum ſemper

ad vulnerum curationem vtile eſt, ne plaga eo nimis conſota, ac dili nita putreſcat, neq; vini mordacitate ſemper vtendum, cum ex immoderato, ac intempeſtiuo ipſius vſu vulnera ſæpius exaſperentur. Mediocritas igitur quædam, & prudentia tenenda eſt, vt oleo quidem tunc criminum vulnera delentantur; Cum vel ſubditorum culpæ paternam tantummodo correptionem expoſcunt, vel delinquentis mens tam graui mœrore afficitur, vt penè animum deſpondeat: Acrioris verò vini remedium tunc adhibere oportet, cum grauiora ſcelera, & Iudiciali ordine perſtringenda ſunt, & grauius ſecundum iura plectenda, ea tamen S. Greg. l. 20. Mor. *moderatione, vt vini acrimoniam olei ſuauitas temperet, vt docet S. Gregorius his verbis.* Miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate, & faciendum ex vtraq; quoddam temperamentum, vt nec multa aſperitate exulcerentur, ſubditq; nec nimia benignitate ſoluantur.

Atq; huc ſpectat exiguus hic à nobis ſuſceptus labor: nimirum, vt in eo Regularium Iudices, quando Iudicia auſpicari, quando ab his abſtinere: quibus morborum generibus, oleum, quibus vinum infundere; quid in Iudicijs criminum ſequi, quid fugere quæ ſecundum iuris ordinem ſeruare, quæ ommittere: quomodo crimina proſequi, quomodo pœnis terminare. Denique qua ratione, ac prudentia ſubditorum vulnera curare debeant, non obſcurè intueri valeant. Poſtremò quicquid ad iudiciorum rationem, ac praxim domeſticam ſpectat, in hoc libello (lector) velut in penulo paratum, ac ſuo ordine digeſtum habes.

Cæterum, vt huius ſuſcepti laboris rationem non ignores. Illud in primis tibi perſuaſum eſſe debet, haud ſanè abſq; grauiſſimis de cauſis hoc opus auſpicatum fuiſſe: quibus admodum Reuerend. Pater Clemens à Noto totius ordinis noſtri Generalis Miniſt. Vigilantiſſimus pro ea qua præditus eſt, Ouium cura, ac ſollicitudine permotus, non ſemel id pro penſioris ſtudij, ac Conſilij eſſe mihi familiariter aperuit, vt formula quædam breuis, ac compendioſa æderetur, qua Iudicia ſi quæ interdum inter Regulares erumpunt legitimè, & abſque errore exercerentur.

Mihi equidem Patris deſiderium, ac ſtudium, quod toti Religioſæ Reipublicæ vtiliſſimum, nedum honeſtiſſimum foret aſpernandum minimè viſum fuit: quo fit, vt inter quotidianas officij noſtri ſollicitudines, ac moleſtos itineris labores, ea duntaxat ratione opus amplecti decreuerim, vt & honeſtum Patris gaudium implerem, & publico multorũ

quoad

Digitized by Google

rantia, quibus in ampliſſimo grege viſitando ad miraculum præſtas: plura de eximia, ac penè cœleſti in viſitationibus peragendis ſapientia. Plura de incredibili tum in agendis prudentia, tum in rebus difficillimis expediendis, ac explicandis ſolertia. Plurima de paſtorali cura, ac ſollicitudine qua in ouium adminiſtratione ità cumulatè abundas, vt nullis vnquam laboribus parcas: nulli conſilio, nulli auxilio, nulli tua prouidentias quoad fieri poteſt, opportune deſis: quò Dœmonum in Religioſum gregem furentium, artes, & conatus illudas, huc proculdubio conferre poſſem: niſi ſeuerus potius tuarum laudum ſuppreſſor, quam encomiaſtes haberi vellem, ea præſertim ratione, quod animum tuum præclara humilitate inſignitum, his magis offendi, quam delectari, iam diu perſpectum habeam.

Poſtremum, ac potiſſimum iam tibi munus obeundum ſupererat, ꝙ cum neceſſariam ouium curationem reſpiciat, quã legitimis duntaxat Iudicijs, ac correptionibus exerceri oportet, tuam maximè vigilantiam, ac ſtudium in eo poſtulare videbatur, vt iudicia ritè, ac legitimè iuxta ſacras legum ſanctiones, & Religionis conſuetudines in ordine adminiſtrarentur. Nam etſi ob præclaram huius Religioſi Gregis inſtitutionem, qua vniuerſis fere ad virtutum ſtudia, atq; Euangelicæ perfectionis apicem inhiantibus minus inter eos criminũ vulnera graſſantur, quam minimum iudiciorum curatione opus eſſe videatur: Attamen ſi interdum quæ humana infirmitas eſt, ea neceſſaria ſit ritè, ac legitimè peragenda eſt, ne vulnera, quæ curanda ſunt Medicorum ignorantia grauius exaſperentur.

In eo planè neq; boni paſtoris officio, neq; Religioſe Reip. commodo tua vigilantia defuiſti: quandoquidem, vt integrum quod tibi commiſſum eſt munus exolueres: Cum te aliunde ad id non leues cauſæ extimularent, tuo me aliquan-

do conſilio, ac hortatione impuliſti, vt regulam quandam iudiciali procedendi, priſco quidem illo noſtro procedendi modo, qui nimis anguſtus, plerisq; viſus fuit, paulo ampliorem. Breuiſſimam tamen quoad fieri poſſet, noſtræ potiſſimùm Religionis vſui accommodatam conſcriberem: in qua ea duntaxat, quæ ad neceſſariam iudiciorum cognitionem ſufficerent, plerisq; alijs prætermiſſis traderentur. Conſiliũ quidem, vt debui, accepi, ac pro mea tenuitate diligentius quoad fieri potuit, expleui. An vero tuę mentis propoſitũ, ac ſtudium perfectè aſſequutus fuerim, ignoro.

En tamen (A. R. Præſul) opus inter tot itinerum ſalebras, & iniuncti officij labores conceptum formatum ſuis membris abſolutum, ac tandem in lucem enixum. Aequum ſanè fuit, vt quod te conſulente, hortante, impellente obſtetricante, erupit, qualecumq; illud ſit ad te quam primum velut ad originem redeat, vnde effluxit. Quod igitur multiplici iure tuum eſt, accipe. Nam ſi quæ filius acquirit, Patris propria eſſe debent. Illud planè tum iuregentium, tum naturali tibi debetur, qui paterna poteſtate meis omnibus tanquam proprijs potiris. Quod ſi Ius poſſeſſionis ſpectandum eſt, ne illum quidem tibi deeſt, quando id ipſum perpetuò oblationis, ac donationis inter viuos, iure quod ſanctum, ac immobile cenſetur (ſi tamen illud integrum mihi eſſe poteſt) vltro à me tibi donatur, ac conſecratur. Poſtremo, ne quid integræ tuæ poſſeſſioni deſit. En non opuſculum tantummodo quod tibi omni iure acquiſitum eſſe: Sed, & opuſculi auctorem, ac parenttem, qui alioquin diuina lege in tuam poſſeſſionem cedit, humano quoq; iure velut ſeruulum, nedum filium poſſidendum offero. Bene, & diu vale, totius Capuccinorum Gregis Paſtor, ac Pater amantiſſime quem Deus ad Neſtoreos vſq; annos incolumem ſeruet. Dat.

PRAE-

quoad fieri poſſet bono, ac vtilitati conſulerem.

Equidem non ignoro inter Regularium Indices, pleroſq; Rei Iudiciariæ adeo peritiſſimos eſſe, vt hoc noſtro Directorio non indigeant. At hos Euangelici adagij meminiſſe decet non eſſe opus benevalentibus Medico, ſed malè habentibus, neque enim ad ipſos erudiendos, & vt aiunt ad inſtruendam Mineruam hic libellus à nobis confectus fuit, ſed eo conſilio compactus, vt his tantummodo prodeſſet, qui minus in iudiciorum diſciplina verſati eſſent. Quare æquum eſt, vt & aliorum bono gaudeant, & noſtrum iuuandi ſtudium non aſpernentur.

Alterum præterea tibi perſpectum eſſe debet (lector ſuauiſſime) libellum hunc de Iudicijs non eo fine ac ratione à me conſcriptum fuiſſe, vt is vel omnium oculis exponi, vel in commune album vocari, vel tandem aliorum, præterquam noſtrorum, vſui deſtinari deberet: ſed vt eo tanquam ſecretiori quodam Magiſtro noſtri tantum Iudices vterentur; cuius ductu ad Iudicia procederent.

Idcirco in eo pleraque ad ampliorem Rerum declarationem traduntur, Iudicialibus noſtris inſtructionibus conſentanea, quæ ad peculiarem noſtræ Religionis, ac Iudiciorum noſtrorum rationem pertinent: quo factum eſt, vt de mandato Admodum Reuerendi Patris Generalis Miniſtri, omnia præli exemplaria integra ad nos redierint, ne vllatenus apud alios diſſeminarentur.

Poſtremo quis in hoc directorio doctrinæ ordo præſtitutus ſit, paucis accipe. Plura in primis quæ ad ampliorem non tamen neceſſariam iuris in vnaquaque re explicationem facerent conſultò prætermiſimus.

A pleriſque etiam quæſtionibus; Canoniſtarum ſententijs vberioribus locorum citationibus, quæ ad pleniorem Rerum cognitionem fortè contuliſſent: demum ab his omnibus, quæ minus neceſſaria nobis viſa ſunt, prudenter abſtinuimus, ne volumen breuitatem inſtitutam excederet, & libellus in librum euaderet, his tantum rebus, ac rerum explanationibus contenti, quæ ad plenam iudiciorum ſcientiam comparandam ſufficerent.

Cæterum Directorij titulo libellum hunc inſigniuimus, vt eo tanquam viæ duce Iudices noſtri vterentur, quoad criminalia Iudicia ritè, ac legitimè peragenda dirigerentur. Et ſi quidem in vijs publicis ſtatuæ quędam erigi, ac collocari ſolent, vel manus depingi, quæ viam ignorantibus, qua verſum iter illis carpendum ſit, indigitent, hoc huius libelli munus erit, non viæ gnaros, quibus Duce opus non eſt, ſed eos tantummodo, quibus iudiciorum via ſatis explorata non eſt, velut

dire-

directoriam quandam manum, vel ſtatuam ad rectum Iudiciarij ordinis callem dirigere. Reliquum doctrinæ ordinem, quem in hoc libello obſeruamus, vel argumentum eidem affixum, vel ipſa capitum ſeries facilè indicabit. Tu, lector, quæ candido à nobis animo conſcripta ſunt, eodem planè æqui, boniq; conſule, quæ minus bene exarata ſunt, corrige, ſi quæ vero non malè parta ſunt, Deo Opt. Max. accepta redde: Interim

Vale.

†

ARGVMENTVM
Operis.

DEVM Opt. Max. Viuorum atque mortuorum Iudicem, eam in Diuinis Iudicijs ferendis apud ſe rationem inire; vt quædam ante omnem Iudicij formā, velut iuris præparatoria præexigat. Alia in ipſo Iudicio tanquam neceſſaria, ac ſubſtantialia præſtet. Alia tandem ad Iudicij finem atq; executionem poſtulet, ex diuinis litteris exploratū eſt. Crimina enim, & criminum clamores diuinū illud Iudicium antecedunt, vt legitur. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.* Gen. 18. In ipſo quoq; Iudicio pleraq; Deus, quæ ad ipſius ſubſtantiam, & integritatem ſpectant, ſuo tametſi ineffabili modo obſeruat; cuiuſmodi ſunt Accuſatio Rei; ita vox Abel Cainum fratricidij accuſauit. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Gen. 4. Citatio quoq; ac interrogatio delinquentis. Sic Adamum Deus poſt delictum velut Reum citauit atque interrogauit illis verbis: *Adam vbi es?* Tum paucis interiectis. *Quis indicauit tibi quod nudus eſſes?* Ibid. ipſius quoque defenſionem audit, quam poſt illa verba audiuit. *Mulier, quam dediſti mihi ſociam.* Poſtremo peccatorem velut Reum ſceleris conuictum lata ſententia damnat, & impœnitentem æternis ſupplicijs addicit.

Hoc pacto humana quoque Iudicia, quæ contra criminoſos agitantur velut à Diuino, ac ſupremo illo Dei Iudicio hauſta, cum illud ipſum imitari debeant: Hinc tres huius noſtri Directorij partes conſtituimus. In quarum prima ea tradenda ſunt, quæ ad Iudicij præparationem ſpectant, qualia ſunt, Iudicis munus, ac poteſtas, Criminum differentia, & alia quorum cognitio Iudicium antecedere debet. In ſecunda illa explicanda erunt, quæ velut intrinſeca, ac ſubſtantialia in ipſis Iudicijs exiguntur, qualia ſunt, Iudicialis viæ procedendi, Teſtium probationes. Rei citatio, ac conſtitutio, Iudicis ſententia, Reorum pœnæ, ac ſimilia, ſine quibus Iudicia rectè fieri non poſſunt. In tertia tandem de ijs agendum eſt, quæ poſt peractum Iudicium, ad ipſius Iudicij ſuſpenſionem interdū à Reis proponi ſolent, vel ab ijs exigi. Cuiuſmodi ſunt. Appellationes ad ſuperiorem Iudicem, &c. De quibus ſingillatim ſuo ordine Deo bene iuuante diſſerendum erit.

Nos

Nos F. Clemens à Noto ordinis Capuccinorum Miniſter Generalis R. P. F. Zachariæ Salutienſi noſtri ordinis Theologo, Prouinciæ Pedemontium Diffinitori noſtro à conſilijs ſocio licentiam impertimur imprimendi Directoriũ fori iudicialis vſui noſtræ congregationis, ab eo elaboratũ:ſeruatis quæ de iure ſeruari debent. In quorum fidem præſentes dedimus manu noſtra firmatas, & ſigillo noſtri officij munitas. Dat. Ianuæ die xx. Maij MDCXXII.

Ego F. Clemens à Noto ordinis Capuccinorum Generalis Miniſter.

De mandato Admodum R.P.F. Clementis à Noto noſtri ordinis Generalis Miniſter vidi, ac diligenter Directorium fori iudicialis pro Regularibus à R. P. F. Zaccharia Salutienſi noſtræ Prouinciæ Theologo, ac Diffinitore, in quo nihil reperi ſacris ſanctionibus, & ſanæ doctrinæ non conforme, ea propter dignißimum cenſeo, vt typis mandetur. In quorum fidem præſentes manu propria ſubſcripſi. Taurini, &c.

Ego F. Paulus Maria Aſtenſis Prouinciæ Pedemontium Capuccinorum Prouincialis Miniſter.

Directorium fori iudicialis, necnon praxim ſecundum omnem viam iudicialiter procedendi appoſitam, à R. P. F. Zaccharia Salutienſi noſtræ huius Prouinciæ Pedemontium Diffinitore digeſtum, meæq; fidei, auctore grauioribus curis præpedito, ab Admodum R.P.F. Clemente à Noto totius noſtri ordinis Generali Miniſtro conſignatum, legi, perlegi; nihil non ſolum ſanæ doctrinæ aduerſum; ſed omnia ad vtriuſq; iuris canones, & grauißimorum DD. placita, diligentißimè elaborata reperi, Typis commiſi, ſtudium ac diligentiam quam potui maiorem, vt erroribus à quibus impreſſores vix ſolent abſtinere, purgatum ederetur adhibui, ea igitur qua multis titulis dignum eſt, iam luce fruatur. Taurini manu propria.

Ego Fr. Ioannes à Montecalerio eiuſdem Prouinciæ Theologus, & Diffinitor.

Digitized by Google

INDEX
PARTIVM, ET CAPITVM,

Quæ in toto hoc libro continentur.

PRIMÆ PARTIS.

Cap. 1 *DE Iudice Regularium, ipſius Nomine, & Officio.* *fol.* 1.
2 *De prudentia à Iudice Regularium in Iudicijs ſeruanda.* 2.
3 *De Iudicis Regularium conditionibus.* 9.
4 *De legitima Iudicum noſtrorum poteſtate.* 13.
5 *De poteſtate Iudicis Ordinarij, & Delegati.* 16.
6 *De criminum differentia, in quibus Iudex regulariter debet procedere.* 18.
7 *De Iuris forma à Iudice Regularium ſeruanda.* 20.

PARTIS SECVNDÆ.

Cap. 1 *QVOT modis Iudex Regularium ad Iudicium valeat procedere.* *fol.* 21.
2 *Quomodo Iudex via Inquiſitionis procedere debeat.* 22.
3 *Inquiſitio generalis quæ ſit, & quæ in ea obſeruanda.* 24.
4 *Quæ ſit inquiſitio ſpecialis, & quomodo in ea fama ſit probanda.* 27.
5 *De Infamia, & clamoroſa Inſinuatione, qua ratione differant inter ſe, & quomodo probandæ.* 20.

6 *An Infamia ſpecialem Inquiſitionem ſemper debeat præcedere.* 32.
7 *De Inquiſitione mixta ex generali, & ſpeciali.* 37.
8 *De ſecundo Modo procedendi, nimirum, via Denunciationis.* 40.
9 *Denunciatio Euangelica, ſeu fraterna quid ſit, & quomodo adhibenda.* 42.
10 *De Denunciatione Iudiciali, & in quo ab Accuſatione differat, & quot de cauſis fiat.* 45.
11 *De perſona, & munere Denunciantis.* 49.
12 *An fornicatio, & crimen nefandum apud Regulares inter crimina excepta ſint reponenda, quæ abſq; præuia admonitione ſunt denuncianda.* 51.
13 *An fraterna admonitio in publicis criminibus Denunciationem debeat præcedere.* 56.
14 *An priuata delicta abſq; vlla præuia admonitione valeant denunciari.* 58.
15 *De Iudicis officio, cum via Denunciationis procedit.* 62.
16 *De tertio Modo procedendi, nempe via Accuſationis, & de legitimæ Accuſationis conditionibus.* 64.
17 *De legitimo Accuſatore, & quis accuſare poſſit, aut debeat.* 67.
18 *Accuſator ad quænam præſtanda teneatur.* 69.
19 *Quo pacto Iudex erga Accuſatorem ſe gerat.* 74.
20 *De teſtium probationibus, & qui teſtes eſſe non poſſint Iure communi, & Canonico.* 77.
21 *Qui ſint idonei, vel non idonei teſtes in Iudicio Regularium.* 82.
22 *De Teſtibus exceptis, ac primo de varijs.* 86.
23 *De Teſtibus vacillantibus, & diſcordantibus.* 89.
24 *De Teſtibus confuſè, & ambiguè loquentibus, & de credulitate tantum deponentibus.* 91.

25 *De*

25 *De Teſtibus falſis.* 92.
26 *De Teſtibus ſingularibus, & de Auditu deponentibus.* 93.
27 *De dicto Socij criminis, vulnerati, ſolicitati, &c.* 95.
28 *De Teſte omni exceptione maiori, & conteſte.* 97.
29 *De examine Teſtium, & prudentia in eo à Iudice ſeruanda.* 98.
30 *De tortura Teſtium, & quis in ea modus ſit ſeruãdus.* 103.
31 *De plena, aut ſemiplena Teſtium probatione.* 105.
32 *De Inditijs in genere, & eorum differentia.* 109.
33 *De varijs criminum Inditijs, eorumq́; probationibus.* 114.
34 *De Reis, Reorumq́; citatione, & captura.* 120.
35 *De Interrogatione, & obligatione Reorum.* 123.
36 *De Tortura Reorum, & in ea ſeruandis.* 126.
37 *De Defenſionibus, ac Defenſionum termino Reo exhibendis.* 131.
38 *De Conuictis, & Confeſsis, & vnde tales probentur.* 134.
39 *De Condemnatione, & abſolutione Reorum, & ſententia Iudicis.* 137.
40 *De pœnis Reo inferendis, & earum differentia.* 141.
41 *De pœnis extraordinarijs, & arbitrarijs, atq; de remiſsione, & extenſione pœnarum.* 144.

PARTIS TERTIÆ.

Cap. 1 *DE Iudicis Recuſatione, & ipſius cauſis.* 149.
2 *De Appellationibus, & quibus, & quando liceat, vel non liceat appellare.* 152.
3 *De modo in Appellationibus ſeruando, & Iudicis obligatione.* 158.
4 *De effectibus Appellationis, qui ſint, & quid operentur.* 163.

DIRECTORII
FORI IVDICIALIS
Pro Regularibus.

PARS PRIMA.

De ijs quæ Judicium antecedunt.

Digitized by Google

DIRECTORIVM
FORI IVDICIALIS
Pro Regularibus.

De Iudice Regularium, ipſius nomine, & officio. *Cap. I.*

QVAMQVAM Iudicis nomen. Forenſibus, apud quos Iudicum munus, & officium ea potiſsimum ratione inſtitutum eſt, vt velut ſcelerum vindices, & ſeueri Iuſtitiæ exactores, & crimina inſectentur, & nefarios varijs ſupplicijs exagitent, communi omnium ſenſu graue, ac formidandum videatur. Iis tamen qui Religioſæ militiæ nomina dedere, neq; graue, neq; terribile videri debet. Cum Regularium Iudex eo diſcrimine à Forenſibus Iudicibus diſcernatur, quod is non aſperum, ac turbulentum: ſed ſuaue ac paternum duntaxat ſuapte natura Iudicium exercet. Hinc enim triplex quodammodo tum Patris, tum Paſtoris, tum Medici nomen ſortitur: vt eo, quale Iudicis Regularium munus eſſe debeat, non obſcurè perſpectum fiat.

Primùm quidem Patris nomine omnium voce nuncupatur, quo ſanè nullum ſuauius excogitari poteſt. Ea namq; appellatione Deus ipſe qui ſupremus eſt omnium Iudex, & ſeueriſſimus ſcelerum vltor, adeo delectatur, vt Chriſtus id aſſerere non dubitauerit. *Patrem nolite vocare vobis ſuper terram; vnus enim eſt Pater veſter, qui in cælis eſt.* Math. 23. n. 9 Porrò hac Patris appellatione, quæ Regularium iudicum propria eſſe debet, quibus non tàm criminum vindicta,

quim filiorum cura ac gubernatio credita eſt, ſi preclare admonentur, non ſerile ac ſuperbum; ſed paternum ac mite dumtaxat Iudicium, quale Patrem decet, erga filios interdum proteruos illis exercendum eſſe. Itaut ſi Iudiciorum nonnunquam virga erga illos vti oporteat, æquitatis, ac directionis virga ſit, quæ filios caſtigando conſoletur: non quæ inimicos vulnerando perdat, aut peiora animo vulnera infligat: ſed quæ inflicta ſunt percutiendo ſanet.

Eadem quoq; ratione, & Paſtorum, & Medicorum titulo cohoneſtantur; illo quidem vt à mercenarijs diſcernantur, quibus illud tantum propoſitum eſt, vt oues vſque ad ſanguinem emulgeant, excorient, mactent, ac tandem perdant: Qui enim Iudicum poteſtate apud Regulares præfulgent; Paſtorum tamen, ac officium in Iudicijs ferendis ita ſibi vendicare debent, vt languentes oues eà ſuauitate curent, vt nimia auſteritate non perdant. Hoc vero vt Regularium Iudices ſui officij admoneantur, ac ſi erga delinquentes ſubditos, non lictores, non carnifices, non ſiccarios; ſed medicos, & vulnerum curatores eſſe agnoſcant, vt non vulnera inferant, ſed ſanent, atq; optimi illius Samaritani viri pietatem ac prudentiam imitentur, qui Oleũ, & Vinum in ſemiuiui illius hominis vulnera infudit.

De Prudentia à Iudice Regularium in Iudicijs ſeruanda. Cap. II.

QVONIAM, vt diximus, Iudex Regularium, Samaritani illius viri conſilium, ac prudentiam in curãdis ſubditorum vulneribus imitari debet, atq; ita ſe illorũ Medicum agere, vt & oleum, & vinum plagis infundat, manſuetudinem nimium, & Iudicij aſperitatem ad delinquentium curationem attemperet.

Sunt tamen inter Religionis medicos quibus ad vulnerũ medicinam, non vino, ſed oleo tantum vti placet qui à legitimis Iudicijs abhorrent: qui proceſſus inſtruere ac Iudiciali via aduerſus facinoroſos, procedere piaculum cenſent: qui religionis, tum puritatem, tum ſimplicitatem ob Iu-

dici

diciariam procedendi formam minui, ac deperdi exiſtimãt: quibus tandem propoſitum eſt, crimina ſi quæ ſunt, vel paterna tãtum correptione extra omne Iudicium corrigere; criminoſoſq́; blandis hortationibus dumtaxat à flagitijs reuocare: vel ad tuendam delinquentis famam ſimulq́; bonum Religionis nomen ſartatectum ſeruandum, crimina diſſimulare, & obtegere: quod vero reliquum eſt, curationis Dei opt. max. prouidentiæ committere.

Hi proculdubio quantuncunq; pium mentis propoſitum in animo gerant, non integram, aut perfectam, ſed dimidiatam tantummodo curationem vulneratis impendunt: quibus etiam plerumq; magis ſuis blanditijs, ac diſſimulatione nocent, & tandem ad interitum ducunt: nam etſi nõ inficier aliquos leni, ac molli huiuſmodi olei vnctione interdum moneri, atque à vitijs reuocari; plures tamen paſſim reperias obſtinatæ malitiæ homines, quos hoc curationis genus peiores ac ſceleſtiores efficiat; atq, adeo non olei tantummodo vnctione, ſed & acrioris vini infuſione ad ſui ipſorum curationem indigeant. *Qui enim* vt monet S. Iſidorus *Blando verbo caſtigatus non corrigitur acrius neceſſe eſt, arguatur cum dolore ſunt abſcindenda, quæ leniter ſanari non poſſunt.* At neq; hac leni, ac paterna admonitione alterius damno, vel publico aliorum ſcandalo fit ſatis, ſi forte crimen vel in alterius detrimentum ceſſerit, vel apud alios manifeſtum fuerit. Vt egregie ait Hieronymus. *Quæ eſt iſta Iuſtitiæ inimica bonitas; palpare criminoſos, & vulnera eorum vſque ad diem Iudicij incurata ſeruare?* Quin etiam id ipſa totius ordinis incolumitas neceſſario poſtulat, vt maiorum criminum punitiones publicæ fiant, vt iuxta Apoſtolum, *Cæteri timorem habeant*: teſte .n. S. Gregorio. *Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, ſed palam ſunt arguendi, qui palam nocent, vt dum aperta obiurgatione ſanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur: Dum enim vnus corripitur plurimi emendantur: & melius eſt vt pro multorum ſalute vnus cõdemnetur, quam vt per vnius licentiam multi periclitentur.* Si enim quorundam facinora olei tantummodo vnctione deliniantur, ac ſub incertæ valetudinis ſpe dici confoueantur; plane pertimeſcendum erit, ne vulnere putreſcente totum Reli-

S. Iſid. li. 3. de ſomno. c. 46.

S. Hieronym. in ſynop.

S. Greg. in Regiſt.

gionis corpus tabefactum corrumpatur. Audiant Paulum. *Non eſt bona gloriatio veſtra, neſcitis quia modicum fermentum totam maßam corrumpit.*

At verò neq; extimeſcere debent; ne recto Iuditiorum vſu, cum res ita poſtulat Religionis ſimplicitas, aut charitas aliquando minuatur. Nam teſte Bernardo. *Cum carpuntur vitia, & inde ſcandalum oritur; ipſe ſibi cauſa ſcandali eſt, qui fecit, quod argui debeat; non ille qui arguit non ergo timeas contra charitatem eße, ſi vnius ſcandalum multorum recompenſauerit pace: melius eſt enim vt pereat vnus, quam vnitas.*

S.Bern.in etat.

Poſtremo neq; legitima Iudicia cum fiunt ea ratione abhorrenda ſunt, quòd in his fratrum crimina detegantur ex quo bonæ apud alios famæ iacturam patiantur; Id enim præclare docet Auguſtinus his verbis Iudices alloquens. *Non vos Iudicetis maleuolos eße, quando alterius crimen Iudicatis: magis quippe nocentes eſtis, ſi fratres veſtros quos Iudicando corrigere poteſtis tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quòd velit occultari, dum timet ſecari non ne a te crudeliter ſileretur, & miſericorditer incideretur quanto ergo potius debet manifeſtare, ne deterius putreſcat in corde.*

Aug. de Cōm. vit. cler.

Hos itaq; Sammaritani viri prudentiam minime imitari exploratum eſt, qui à criminum curatione vinum expungētes, oleum tantum leuioris correptionis exigi putant.

Alij vero in oppoſitum omnino errorem feruntur, quibus id conſtanter animo videtur ſtatutum, vt vinum dumtaxat, nunquam oleum ad delictorũ medicinam adhibeant; ſeuerius ſemper erga quoſcumq; delinquentes ſe gerant. Paternas admonitiones, ac correptiones tanquam ſuperuacancas, vel ſaltem minus ad criminum curationem opportunas iudicent, proceſſus iudiciales paſſim pro quolibet leui crimine inſtruant: nihil præter ſeueritatem in animo verſent. Hi ſimulatq; crimen audiunt, Rei odium in mente concipiunt: de ſupplicijs cogitant, crimina ſæpe præter iuris ordinem, vel ex effræni, ac immoderata iudicandi libidine, vel ex indiſcreto ac præcipiti zeli impetu inquirunt: iudicia abſq; neceſſaria iuris prudentia exercent: Reos grauioribus, quàm crimina ferant, ſupplicijs onerant: demũ tanta ſeueritate, atq, auſteritate vulnera curant, vt ægrotos

ipſos

ipſos præ curationis ſæuitia in deſperationem adigant.

Horũ error in eo præſertim verſatur, quòd ſe Subditorũ Iudices, non Patres, aut Medicos eſſe ſibi in animum inducant: tum vero Iudicis munus tale ſibi eſſe cõfingunt, quòd nunquam mitem, ac beneuolum; ſed ſeuerum, ac terribilem, demum inſentiſſimum omnium flagitioſorum hoſtẽ ſumma ſeueritate ornatum eſſe opportere ſibi perſuadeant.

At hi profectò toto cœlo aberrant. Regularium enim Prælati (vt diximus ſuperiori capite) non Iudices tantum, ſed & Patres ſe ſe agnoſcere debent, atq; adeo Patrum nomen, ac rem eos ſibi aſſumere decet, vt Patrum munus pro viribus exerceant: quò fit, vt ad iudicia, non niſi quodam modo coacti, ac vi quadam impulſi accedere debeant: cũ vero Iudicum munus in caſtigandis ſceleribus illis obeundũ eſt, ita ſe Iudices agant, quod Patris naturam non exuant: ſed in iudicijs ferendis vtramque, & Iudicis ſeueritatem, & Patris benignitatem oſtendãt. Hinc D. Gregorius. *Regat, inquit, Diſciplinæ rigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem: & ſic alterum commendetur ab altero; vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.* S. Greg. 19. Moral.

Falluntur itaque, qui Regularium Iudicem omnium flagitioſorum hoſtem ſibi eſſe confingunt: nam tametſi is ſcelera pro ſui muneris ratione perſequi debeat (eſt enim ſcelerum vindex, & iuſtitiæ protector) ipſos tamen criminum reos, non vt hoſtes inſectari, ſed vt ægrotos filios eos decet curare: ipſoſque vel paterna tantum, ac benigna correptione, ſi ægroti conditio id ferat, vel ſi grauior ſit morbus, & acriorem curationem poſtulet recto iudicij ordine perſtringere, ea tamen conditione, vt Samaritani illius inſtar dum vinum infundit, oleum non prætermittat. Hinc Chryſoſtomus. *Non videtis Medicos ait, quando vrunt, vel ſecant aliquos, quanta cum lenitate opus curationis exercent? multo amplius corripientem oportet agere.* Chryſoſt. hom. 30. ad Heb.

Errant præterea Regularium Iudices, qui leui qualibet ex cauſa ad iudicia properant, proceſſus conficiunt, iudiciales ſtrepitus cient, graues Tragœdias excitant, quibus bonam Subditorum famam plerunq; iniuſtè peſſundant, cum illos communi vel paterna correptione citra omnem iudi-

cij ſtrepitum benignitus corrigere poſſent ac deberent.

Iuſt. Lypſ. orat. de calum. Famam pretioſiſſimum hominis bonum, vnicum ſapiẽtum Theſaurum, ac puriſſimã vitæ gemmam eſſe antiquorum teſtimonio exploratum eſt, ob id præſertim, quod cunctis mortalis huius vitæ bonis antecellat: cui, & illud Sapientis dictum conſonat *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* Porrò apud Religioſos viros, quibus non opes, non familia, non potentia, non genus, neque vlla rerum copia adminiculatur, ea tam magna ac pretioſa res eſt, vt nihil ea maius, aut præſtantius inter exteriora hæc, ac mortalia bona ab ijs ſoleat exiſtimari. Quod cùm ita ſit, haud facilè Prælati Regularium, qui non Iudicum tantùm, ſed & Patrum munus præſeferunt, in eam graſſari debent: ſed omnem prius lapidem ab ijs moueri æquum eſt, quam ad iudiciales proceſſus accedant, quibus ſubditi infamiæ maculam ſibi irrogatam eſſe ſentiunt. Id enim ſæpe fieri videmus, vt qui bona ſui ipſorum exiſtimatione, velut fræno aliquando cohibebantur, vix ea proſtituta in omne flagitiorum genus præcipites ſe dedant.

Prou. 22.

Quamobrem noſtris Iudicibus id conſultum eſſe debet, vt nihil imprudenter agant, quo bonam ſubditorum exiſtimationem apud alios lædant: ſed antequàm Iudicia auſpicentur, ante omnia de ſubditorum fama, quoad iuſtè fieri poteſt, tuenda feriò apud ſe cogitent: ne ardentiori Iuſtitiæ zelo interdum præuenti, velociùs quàm par eſt ad proceſſus Iudiciales excurrant.

S. Iſid. lib. 3. de ſomn. c. 29. Denique in Iudicando ab omni ſuperbiæ odij aut maleuolentiæ ſpecie abſtineant. *Qui enim, vt monet Iſidorus, delinquentem ſuperbo, vel odioſo animo corrigit; non emendat, ſed percutit. Quicquid enim proteruus, vel indignans animus protulerit, obiurgantis furor eſt, non dilectio corrigentis.*

Poſtremum tandem aliorum vitium eſt, qui ſubditorum curationem ita paruipendunt, vt neq; vinum, neq; oleum languentium vulneribus infundant: ea potiſſimùm ratione freti, quod cum omnibus pacem ſeruare, omnium amorem ſibi conciliare, nulli nocere, ſed omnibus prodeſſe velint. Hi plenè Sacerdoti, & Leuitæ non abſimiles ſunt, qui nulla erga miſerum hominem, qui in Latrones inciderat mi-

ſeratione commoti, quaſi illum pœnitus non vidiſſent, eo incurato prætericrunt. Quid hac paſtorum conditione peius; qui cum gregem curandum ſuſceperint, nihilo plus ouium calamitatibus afficiuntur, quàm ſi illis creditæ non eſſent: quin etiam ne ſua commoda interturbent ſub ſpecioſo pacis nomine, Gregem à Lupis diſcerpi, ac deuorari patiuntur. An non hos Paſtores illos Gregis depaſtores, ac diſſipatores eſſe dixerim, quos Deus per os vatis tam acriter obiurgat, cum ait. *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & Gregem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, &c.* Ezechi. li. 34. Cum enim hoc potiſſimum munus ſit, quod Deus ſeuerè à Prælatis Regularium exigit, quibus maior in ſubditos poteſtas commiſſa eſt; vt ſedulò ſuper gregem inuigilent; & ſi quid in ouibus ægrotum, ſi quid languidum, ſi quid conuulſum, aut confractũ animaduerterint, confeſtim opportuna curatione inſtaurent, corroborent, ſanent: ſicubi id minimè præſtant, ſanè effugere nequeunt, quin cunctos Subditorum lapſus, ac ruinas ſibi velut proprias accerſant: Etenim vt Gregorius ait. *Qui non corrigit reſecanda, committit, & facientis culpam habet, qui, quod poteſt corrigere, negligit emendare.* S. Greg. in Regiſtr. Neque dubitandũ eſt, quin ab his tot animarum pereuntium ſanguinem Deus ſeueriſſimè requirat, Deo ipſo id his verbis atteſtante. *Viuo ego dicit Dominus Deus: quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri; eo quòd non eſſet Paſtor: neque enim quæſierunt Paſtores mei gregem meum; ſed paſcebant ſemetipſos, & greges meos non paſcebant: Propterea Paſtores audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego ipſe ſuper Paſtores, requiram gregem meum de manu eorum.* Ezech. 34. Quapropter huiuſmodi Paſtores hanc, quã in proprium gregem ſub ementita pacis, ac beneuolentiæ ſpecie crudelitatem exercent, altè animo repetant, nec ſe diſtrictiſſimæ Dei vltoris vindictæ obnoxios ſinant, agnoſcantq; de ipſis illud à Propheta dictum eſſe. *Dormitauerunt Paſtores tui, Rex Aſſur, ſepelientur Principes tui; Latitauit populus tuus in montibus, & non eſt, qui congreges: non eſt obſcura contritio tua, peſſima eſt plaga tua:* Naum. 3. Quod enim calamitatis genus cum eo comparari poteſt? quando

do ſcilicet peſſimæ ad mortiferæ criminum plagæ in oui bus erumpunt, Grex apertum in interitum ruit: ouiculæ à Lupis diſperſæ in montibus, ac ſaltibus vitiorum latitant: nec tamen in tanta ouiū clade, ac diſperſione Paſtores Gregem quærunt: ſed placidiſſimo ſomno correpti in vtranq; aurem obdormiunt, & ſub iniquæ pacis titulo Gregem plagis confectum in interitum labi ſinunt.

At neque ſatis appoſitè hanc ſibi conciliandæ apud alios pacis, ac beneuolentiæ excuſationem prætexunt. quæ enim illa beneuolentia, aut amor eſſe poteſt, quæ inæſtimabili ægrotantis damno, aut etiam morte comparatur? Præclarè Auguſtinus: *Non putes, ait, te amare ſeruum, quando eum non cædis: aut tunc amare Filium, quando ei non das diſciplinam: aut tunc diligere Filium tuum, quando eum non corripis: non eſt iſta charitas, ſed languor.* Porrò improba, & impia pax illa cenſenda eſt, qua Iuſtitia deſeritur, qua leges euertuntur, qua vitia aluntur; qua ſcelera impunita graſſantur: qua nefarijs, ac facinoroſis hominibus omnis ad quælibet flagitia perpetranda via aperitur: qua denique omnium malorum ſeges in religioſa Societate exoritur: Supereſt igitur, vt Religionis noſtræ Iudices, ac Paſtores ſummo ſtudio commiſſi ſibi Gregis incolumitati inuigilantes, in quas in Subditos criminum plagas animaduerterint, non mutilam, aut truncam; ſed integram, ac perfectam Subditorum vulneribus curationem impendant: tantaq; prudentia, ac conſilio commiſſum ſibi munus exerceant, vt optimi Samaritani inſtar, oleum pariter, & vinum pro varia vulnerum, & ægrotantium conditione infundant: & tandem D. Gregorium audiant his illos verbis admonentem. *Magna diſcretionis arte ſeruanda eſt, & iuſtè conſulens miſericordia, & præſeruiens diſciplina. Hinc namq; eſt, quod docente Veritate per Samaritani ſtudium ſemiuiuus in ſtabulum ducitur: & vinum atque oleum vulneribus eius adhibetur, vt per vinum ſcilicet mordeantur vulnera, & per oleum foueantur. Sit ergo amor, ſed non emolliens, ſit rigor, ſed non exaſperans.*

S. Aug. de Charitate ſerm. 7.

S. Greg. in li. 1. Regiſtr. Ep. 24

De Iudicis Regularium conditionibus. Cap. III.

CVM Regularium Iudices, atq; ij præſertim, qui iudiciaria apud nos poteſtate fruuntur, ob eximiam Seraphicæ Religionis, quam profitentur, præſtantiam, cœteris omnibus prudentia, conſilio, ac pietate antecellere debeant: ab his etiam prudentia conſilia, ac ſapientiſſima iudicia, qualia eminentiſſimos, ac perfectiſſimos viros decent, expectari ſolent: vt eorum iudicia ad diuinum prope iudicium accedere videantur: quo fit, vt his omnibus virtutibus excellere debeant, quæ perfectum Iudicem conſtituunt.

In his prima eſt iuris, ac legum peritia, qua ita ornatum eſſe oportet, vt eorum quæ ſui officij ſunt, quæque ad ipſum ſpectant, nihil penitus ignoret. Cum enim Iudex ob legis cuſtodiam, quam præſefert, Iuſtitia quædam animata dicatur, quo pacto obſecro, is legum cuſtos eſſe poteſt, quas ignorat? ex quo id plerumq; fieri opus eſt. vt cum iuſtitiam ſine lege adminiſtret, iuſtitiam ipſam confundat, ac recta iudicia peruertat. Hinc recte Auguſtinus monet. Ignorantiam Iudicis ſæpe fieri calamitatem innocentis. Aug. l. 9. de Ciuit. D.

Si enim, qui de tenebris iudicare debet, lucem aſpiciat, neceſſe eſt, quonammodo ſcelera iudicare, & innocentiam à crimine vendicare Iudex ille valebit, qui neceſſaria iuris peritia orbatus in iudicando ſacrarum legum luce minimè illuſtratur?

Quamobrem ſtudeant Iudices noſtri, vt eorum cumprimis quæ ad iudicia ſpectant, peritiam, ac ſcientiam aſſequantur ſine quibus, neque iudicia rite, ac legitimè exerceri, neq; demandatum ſibi munus præſtari perfectè poteſt, è grauiſſimum Rei in ſe ipſos iudicium accerſant; vt docent S. Tho. S. Antoninus, Nauarrus, ac pleriq; alij. S. Tho. 1. 2. q. 76. ar 2. S. Antonin. 3. p. tit. 9. c. 2. Nauar. in Mā. c. 25. nu. 12 & in c. ſi quando de reſer. excep. 7. nu. 3.

Præterea tam veri, ac recti cupidus Noſtrorum Iudex eſſe debet, vt neq; ſuſpicione, neque vulgi rumore facile moueatur: ſed omni ſtudio rerum veritatem inquirens, nunquam niſi diligentiſſimè perſpecta cauſa ad iudicium procedat.

Hinc enim in pectore Aaron, qui ſummi apud Hæbreos
Iudicis officio fungebatur rationale iudicij, Deo ipſo iubē-
te, collocatum erat, in quo inſcriptum illud legebatur.
Leuit. 8. *Doctrina, & Veritas*, vt inde omnes addiſcerent, veri, ac iu-
ſti cupiditatem ita Iudicis animo inſculptam eſſe debere,
Pſal. 110. vt de ipſo illud pſalmi dici queat. *Opera manuum eius veritas,*
S. Ambr. ſer. *& iudicium*. Quapropter rectè monet Ambroſius. *In iu-*
20. in Pſal. 118. *dicando magis cordi ſit veritatis cuſtodia, quàm obedientia volun-*
tatis.

His accedit tertia, atq; huic cognata Iudicis conditio,
quòd ſcilicet adeo ſit æqui obſeruantiſſimus, vt in iudican-
do in neutram vnquam partem declinet. Qua propter Gre-
Greg. l. 20. mo- gorius in Canonem relatus ita monet. *Omnis, qui rectè iudi-*
ral. in ca. omnis *cat, ſtateram in manu geſtat, nempe, vt quod iuſtum, & æquum*
diſt. 45. *eſt, abſq; perſonarum acceptione omnibus reddat: Hinc lege diuina*
ſancitum legimus. Non accipietis cuiuſquam perſonam. Areo-
pagitę quoq; Iudices apud Athenienſes teſte Luciano noctu
tantum iudicabant, ne ſententiam dicentes viderent, aut
vllo affectu, ab eo, quod iuſtum eſt, diſtraherentur.

Accidit enim plerumq; vt qui aliorum minis non flectū-
tur, molles neceſſariorum amicitia frangantur, & à recto
iuſtitiæ tramite declinent. Quare Iudici conſultum eſt, vt
paucos amicos, nullos familiares ſibi adſciſcat: qui enim
multos amicos, & familiares habet, multis cogitur inſer-
uire, neq; ſeueritatem illam ſeruare poteſt, quæ Iuſtitiæ per-
petua comes eſſe debet, cuius officium eſt, vt omni molli-
tie, & animi imbecillitate reiecta, Iudicem aduerſus grauio-
ra delicta inexorabilem reddat: quæ ſi abſit, planè contra
improbitatem inualidæ ſunt Leges, quas vna ſeueritas fa-
cit ratas: neq; Iudex illam in iudicando conſtantiam tene-
bit, qua iudicia ipſa vim, ac robur ſortiuntur.

Ad hæc quàm animo compoſitum, ac temperatum no-
ſtrorum iudicem eſſe oporteat, vt neque ira, neq; odio ad
Tull. l. 1. de offi. puniendum moueatur, declarat Tullius, cum ait. *Qui Reip.*
præſunt Legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum non iracundia, ſed
æquitate ducuntur, Neque enim Iudex iratus, qui accedit ad
pœnam, illam mediocritatem, illud ęquilibrium, illam
æquitatem tenebit, quæ inter extrema media eſt. Quare

Auguſti-

Auguſtinum in Canone à Gratiano relatum audiant. *Quicunq; ait aut conſanguinitate, aut amicitia, ſeu hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem.* 11. q. 3.

Quinta quoq; noſtrorum Iudicum conditio eſt, vt in iudicijs exercēdis humilitatem ita cum charitate compungāt, vt eorum iudicia, non ſuperbiam, non typhum non crudelitatem præſeferant: ſed humilia, benigna, ac charitatis plena ſint, quibus delicta, non delinquentes extinguant, ſcelera perdant, ſed ſcelerum Reos ſeruent, & ad virtutes prouocent: ita vulnera curent, vt vulneratos poſt vulnera fortiores reddant. Hanc enim conditionem B. P. N. F velut neceſſariam noſtris Iudicibus in Regula aſſequendam proponit, cum ait. *Fratres, qui aliorum ſunt Serui, & Miniſtri, viſitent, & admoneant ſuos Fratres, & humiliter, & charitatiuè illos corrigant.* Quare ex B. Patris conſilio addiſcant à nimia illa tam verborum, quàm factorùm aſperitate illis abſtinendum eſſe, quæ non tam ad curanda Reorum vulnera prodeſſe, quam obeſſe valent. Meliùs enim, ac citius charitate, quam autoritate, animi vulnera curantur: cùm illud exploratum ſit, amore Homines magis, quàm metu, vel terroribus ad virtutem trahi. Reg. cap. 10.

Porrò ſexta Iudicis Regularium conditio eſt, vt ea ſit prudentia præditus, quòd neque omnes abſq; diſcrimine accuſationes accipiat, neq; facilè accuſatoribus credat: quin potius ſuſpectas in ipſo præſertim cauſæ exordio oēs accuſationes habeat, nè indiſcreto iuſtitiæ zelo Reos interdum opprimat, & leuiùs quàm parſit ad eorum condemnationem feratur. *Qui enim citò credit*, teſte Eccleſiaſtico, *leuis eſt corde.* Et in octaua Synodo legitur, vt refert Gratianus. *Non ſolum ille Reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed etiam, is qui aurem citò criminibus præbet.* Eccl. 19. 11. q. 3. c. non ſolum.

In eo quoq; maximè prudēs, ac circunſpectus eſſe debet, vt cuiuſque Rei famam, quoadfieri poteſt, integram, & ſartam tectam ſeruet: atque ita erga Reum ſe gerat, vt non modo Actoris, ſed etiam Rei, tam in teſtium examine, quàm in defenſionibus eidem exhibendis cauſam agat. Quandiu enim Rei cauſa agitatur, fauorabilior proculdu-

biò Rei, quam Actoris cauſa cenſetur.

Vbiq; prudentia Iudici opus eſt; Nam & crimina, & criminum flagella interdum diſſimulare, vt vel opportuniùs corrigantur, vel grauia incommoda vitentur, prudentiæ opus erit, vt egregiè docet Auguſtinus his verbis. *Nam ſi propterea obiurgandis, & corripiendis malè agentibus quis parcit, quia opportunum ſibi tempus inquirit: vel eiſdem ipſis metuit, nè deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam erudiendos impediant, alioſq; infirmos premant, atq; auertant: non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis.*

Aug.l.1. de Ciuit. Dei.

Poſtremò Regulariũ Iudex vir bonus, ac pius eſſe debet, qui ita Deum timeat, atque erga Homines eo pietatis, ac charitatis affectu feratur, vt numquam ad iudicia niſi poſt Orationem accedat. Iudicis, dum orat, perſonam exuat, & cauſæ Aduocatum ſe gerens, tam Reum, quàm Actorem Deo exanimo commendet, Quantumlibet ſibi peritus eſſe videatur, nihil tamen ſuæ prudentiæ, aut conſilio fidat; ſed cauſam totam Deo ſummo omnium Iudici committens, velut rerum omniũ ignarus ab eo illuſtrari petat, ab eodẽq; rectè iudicandi munus expectet, Salomonem imitatus, qui & ſi humana ſapientia plurimùm polleret, Deum tamen ita deprecabatur. *Ego autem ſum Puer paruulus, & ignorans egreſſum, & introitum meum, &c. Dabis ergo Seruo tuo cor docile, vt Populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum. Quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum?* Eo enim fiet, vt Deo iudiciorum ſuorum Auctore, & cauſæ maturiùs agantur, & Subditorum delinquentium vulnera fructuoſiùs curentur.

3. Reg. 3.

De legitima Iudicum noſtrorum poteſtate.
Cap. IV.

REGVLARIVM Hierarchiam ſuis dignitatũ gradibus ornatam eſſe, quibus fixo ordine, atq; ordinata ſacrorum iudicum ſibi inuicèm ſubordinatorum ſerie ad vnum tandem, ac ſupremũ Iudicem reliquorum caput conſcendat, omnibus perſpi-

cuum eſt, qui ſacras Pontificum leges, eccleſiaſticaſq; ſanctiones non ignorant; quibus Regularium Prælati inter legitimos Eccleſiæ Iudices collocantur, eaq; Ordinum Generalibus Miniſtris poteſtas tribuitur, vt ſupremam in omnes eiuſdem Religionis Iudices auctoritatem obtineant. Hinc legitima Iudicum noſtrorum poteſtas emergit, quam adeo illis neceſſariam eſſe ex ipſo iure compertum eſt, vt ſine Iudice legitimo nullum prorſus iudicium valeat conſiſtere, cum enim apud forenſes iudicium nihil aliud ſit, præterquam legis ad perſonas applicatio, cum vi aliqua coactiua, inde fit, vt Iudex legitimus omnium calculis tanquam totius iudicij caput in omni iudicio exigatur, qui coactiua poteſtate munitus homines in officio contineat, & legibus parere cogat. Qui verò legitimus non eſt, Iudex neq, eſſe, neque nuncupari poteſt: cum enim ea poteſtate careat, qua homines ſuis legibus obſtringere valeat, quicquid vſurpata auctoritate præſtat, totum irritum eſt, ac nullum ſic Apoſtolus.[a] *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum?* D.[b] Thom. & reliqui Doctores.

Legitima autem Iudicis poteſtas ex quadruplici potiſſimùm capite oriri ſolet. Eſt enim quædam poteſtas ordinaria, alia delegata, alia arbitraria, alia tandem acceſſoria. Ordinaria poteſtas illa dicitur, quæ ex natiuo, non datiuo nomine Iudicis eſt propria: vel (quod in eundem ſenſum conſpirat) quæ alicui aut ex dignitate, aut ex officio iuriſdictionem annexam habente proficiſcitur.[c] Ita Gabriel, Sotus, Valentia, Toletus, & alij. Hinc Iudex ordinarius appellatur, qui ſuo iure, non alieno beneficio iudicandi poteſtatem habet.

Delegata poteſtas ea eſt, quæ non ex proprio, ac natiuo Iure, ſed ex alterius mandato, ac commiſſione manat, vt habetur 6. Decret. de off. & pot. Iud. deleg. per totum.

Arbitraria eſt, quæ ex diffidentium partium conſenſu alicui tribuitur: ex quo Iudices arbitrarij, vel compromiſſarij nuncupantur: vt habetur l. 1. Decret. de Arbitris, Et 2. q. 6. cap. à Iudicibus. c. peruenit. & cap. ſi Sacerdos. & paſſim l. 1. ff. de Arbitris.

Acceſſoria tandem poteſtas eſt, quæ ratione alicuius cau-

ſæ,

18. q. 7. c. q[illegible] ſit neceſſ[illegible]riũ. Monam. Ord. fol. 29. & 57. & ſeq.

Diſt. 96. per tot. 3. q. (6 6. q. 1.) 11. q. 1. 21. q. 5. tit. de foro comp. per totũ mo.

a Rom. 14.

b D Tho. 2. 2. q. 69. ar. 1. Sylueſter v. Iudicium. Farinac. q. 7. n. 1. Prat. crim.

c Gabr. in 4. d. 15. q. 6. ar. 1 Sotus de iuſt & I. l. 5. q. 4. ar. 1 Valent. tom. 3. d. 5. q. p. 1. Tolet. l. 5. inſtit. c. 56. nu. 5.

ſæ, vel delicti Iudici ordinario, ſiue delegato in non ſibi Subditos acquiritur. Delictum enim ab alieno, ſiue extraneo perpetratum Iudici, licet non proprio, in perpetrãtem iuriſdictionem tribuit.[a] Hinc Iudex is legitimus cenſetur, qui ex his aliqua, ac præſertim ordinaria, aut delegata poteſtate fruitur.

[a] 6. q. 3. c. Placuit cap. 1. de Rapt. l. alterius de accuſatt. & d. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 1. ad 3.

Porrò inter ordinarios noſtræ Religionis Iudices, primus, ac ſupremus eſt Generalis Miniſter, qui ordinariam in toto Ordine poteſtatem exercet. Secundus Procurator Ordinis, quatenus Commiſſarij Generalis, & ordinarij ius ſibi annexum habet. Tertius Capitulum Generale toto illo tempore, quo celebratur. Quartus Viſitatores Generales Prouinciarum, qui ſtabiles, ac permanentes dicuntur. Quintus quilibet Prouincialis Miniſter, in ſua Prouincia. Sextus Capitulum Prouinciale, quamdiù ſimul eſt congregatum. Septimus Viſitator Prouincialis, Miniſtro Prouinciali defuncto. Octauus Guardianus cuiuslibet Conuentus. Nonus Vicarius defuncto Guardiano. Decimus Vicarij locorum, in quibus nondum eſt Guardianus inſtitutus.

Hi omnes, tametſi apud nos Iudicum ordinariorũ munere fungantur, quibus ex officio incumbit ſuorum Subditorum delicta corrigere: interſe tamen poteſtate differunt, nam ſex prioribus duntaxat ius ex officio competit, omnes tam leuium, ac grauium, quam grauiorum, ac grauiſſimorum delictorum cauſas cognoſcere, proceſſus inſtruere, ſententias ferre, ac Reos debitis ſupplicijs punire. Tres vero poſteriores, tametſi ordinariam in ſuos Subditos poteſtatem obtineant, atq; inter Iudices ordinarios recenſeantur: Hi tamen leuia duntaxat, & grauia Subditorum ſuorũ crimina, iuxta delictorum diſtinctionem paulò inferiùs explicandam, ex antiquo Religionis vſu, abſque vllo ſcripto corrigere valent. Grauiora autem, & grauiſſima, de quibus regulariter proceſſus formari debent; cognoſcere, aut caſtigare prohibentur; Veruntamen, & his aliquando ius in caſu tribuitur, vt tanquam à Prouinciali Miniſtro delegatis aduerſus huiuſmodi criminoſos procedere liceat, de quo inferiùs agemus.

Iudices vero delegati ſunt Viſitatores à Generali Miniſtro

ad aliquam Prouinciam viſitandam miſſi: Commiſſarij Prouinciales, Prouinciali Miniſtro vel abſente, vel infirmitate detento, ſiue ij ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue ad aliquas tantum cauſas ſint delegati. Poſtremo Cuſtodes, Guardiani, ac Vicarij locorum Guardianis abſentibus in caſu aliquo vrgenti, vbi periculum eſt in mora, nec Prouincialis Miniſtri præſentia haberi poteſt. Hi enim tanquã Prouincialium delegati, crimina etiam grauiora, & grauiſſima ex noſtro procedendi modo cognoſcere, informationes ſumere, proceſſum informatiuum inſtituere, & de conſilio Seniorum illius loci, vbi Rei fuga timetur, ad cuſtodiam in carcerem mittere poſſunt: tum verò quamprimùm Prouincialem Miniſtrum, ſiue eo abſente, vel defuncto, Commiſſarium certiorem facere, ac ipſius mandatũ expectare debent. His tamen Reum citare, aut conſtituere, aut in eum ſententiam ferre, aut illum pœna vlla iuris afficere omnino interdicitur.

Poſtremò Iudices Appellationum extra Ordinem ſunt Illuſtriſſimus Ordinis Protector, Sacra item Congregatio ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium, vt conſtat ex decreto eiuſdem Congregationis, edito anno 1587. poſtremò Summus Pontifex, qui omnium eſt Iudex ſupremus, ac ordinarius, vt perſpicuum eſt ex c. cuncta 9. q. 3. vtpotè Chriſti in terris vicesgerens. His exceptis nulli, aut Legati, aut Vicelegati, aut Nuntij Apoſtolici, aut locorum Ordinarij, aut Eccleſiaſtici: multominùs Sæculares Iudices, quocunque ij nomine nuncupentur, niſi ſpecialem ab Apoſtolica ſede commiſſionem acceperint, Regulares Iudicare, aut illorum appellationes recipere debent: cùm ij ſub ſpeciali Apoſtolicæ Sedis protectione recepti Romano Pontifici ſingulari priuilegio ſubiaceant.

Quòd enim Epiſcopis liceat Religioſos ita notoriè extra clauſtra delinquentes, vt Populo ſcandalo ſint, propria auctoritate punire, ſi eorum Superiores admoniti, intra temporis ſpatium ab Epiſcopis præfigendum, eos corrigere neglexerint, vt ex conſilio Trid. Seſſ. 25. tit. de Regularibus c. 14. & ex conſtit. Clementis Octaui quæ incipit. Suſcepti muneris, perſpicuum eſt. Eoſdem quoque extra clauſtra

abſque

abſque ſuorum Superiorum obedientia vagantes, velut Ordinis deſertores, pœnis coercere valeant: vt ex eodem Tridentino Conc. loco citato cap. 14. apertè conſtat, ac alijs præterea caſibus, vt notat Rodriguez. to. 2. qq. Reg. q. 63. art. 2. in ipſos queant animaduertere: id non propria auctoritate, ſed ex ſpeciali Pontificis conceſſione præſtant.

De Poteſtate Iudicis Ordinarij, & Delegati. *Cap. V.*

QVANDOQVIDEM Iudices noſtri tam ordinarij, quam delegati, ad quos de iure ſpectat in criminoſos animaduertere, merum, ac mixtum imperium habent: idcirco in criminibus, præterquam in crimine hæreſis, ac temeratæ Religionis procedere valent. Huiuſmodi enim cauſæ fidei ad Inquiſitores, ſiue locorum Ordinarios, quibus Inquiſitionis officium commiſſum eſt, proculdubio ſpectant. Quare diligenter Iudices noſtri caueant, ne in Prouincijs, ac vrbibus, in quibus ſacra Inquiſitio viget, accuſationem in his caſibus, aduerſus vllum accipiant, neque informationem ſumant, aut proceſſum quoquo modo inſtruant. Siquidem ex Pauli V. Conſtit. quæ incipit. Romanus Pontifex, edita anno 1606. Regularibus omnibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto incurrenda, atque alijs pœnis in ipſa Conſtit. explicatis, interdictum eſt, ne vlla ratione, aut ſub vllo prætextu cauſas ad Inquiſitionem ſpectantes quoquomodo cognoſcant, aut iudicent, aut in ijs procedant: Sed ſimularq; crimen ad Inquiſitionem pertinere animaduerterint, ab illius cognitione omnino abſtineant, & ad ſacram Inquiſitionem referant. Secus tamen erit in Regnis, ac Prouincijs, in quibus ſacræ Inquiſitionis officium minimè inſtitutum fuerit: ibi enim tam fidei, quàm aliorũ criminum cauſæ ad Iudices noſtros tum ordinarios, tum delegatos ſpectant, quas etiam definire poſſunt. Sed quoniam Iudicem ordinarium eum eſſe diximus, cui ex iure proprio, non alieno beneficio intrinſecè competit iudicandi

di poteſtas, delegatum vero, cui ab altero, ſiue ad aliquas tantummodò, ſiue ad oēs generaliter cauſas cognoſcendas, & iudicandas poteſtas delegata eſt: inde, quid inter vtriuſq; poteſtatem diſcriminis intercedat, facilè agnoſcitur. Iudex enim ordinarius ex vi ordinariæ poteſtatis id ſibi vendicat, quod omnes ſuorum Subditorum cauſas, vel cauſarum tā tùm partem alteri delegare valet. Delegatus verò, niſi ſit infirmitate præpeditus, aut iuſta alia cauſa detentus iuxta communem Regulam ſubdelegare non poteſt [a].

a Syl. v. Delegatus, & ff. de iud. l. cum Prætor.

Veruntamen diſtinguendum eſt inter delegatum ad vniuerſitatem cauſarum alicuius Regni, aut Prouinciæ, aut cœnobij; & delegatum ad aliquam ſingularem cauſam. Qui enim delegatus eſt ad vniuerſitatem cauſarum, aliquas alteri cauſas ſubdelegare poteſt niſi præſumatur electa induſtria perſonæ [b] Delegatus verò ad ſingularem cauſam eam ſubdelegare non valet, & quamquam dubium ſit, an delegatus à Principe alterum ſubdelegare queat; [c] propter contrarias hincinde emergentes Doctorum ſententias, ac proinde dubitari poſſit, an delegatus à Generali Miniſtro, qui in Religione Principis locum, ac dignitatem ſibi vendicat, ſuper aliqua ſingulari cauſa eam alteri ſubdelegare valeat: potior tamen ſententia eſt huiuſmodi cauſam alteri ſubdelegari non poſſe: cum in eo cenſeatur eligi induſtria perſonæ [d].

b Gloſſ. recep. in c. cum cauſà extra de appell. l. cum prætor §. 1. ff. de iudicijs.

c Iul. Clar. in Prac. crim. l. 5. q. 41. ver. in delegato autē.

d Iul. Clar. l. 5. q. 41.

Ex quo duo colligimus, primum Viſitatorem à Generali Miniſtro ad vniuerſitatem cauſarum alicuius Prouinciæ delegatum, ad aliquas tantùm eiuſdem Prouinciæ cauſas cognoſcendas, ac iudicandas, alterum ſubdelegare poſſe dūmodò in literis delegationis non habeatur expreſsè electa induſtria perſonæ per illam clauſulam confiſi de leua doctrina induſtria, &c. eodem quoque iure frui Commiſſariū Prouincialem, quia Prouinciali Miniſtro ad vniuerſitatem cauſarum ſuæ Prouinciæ, ob morbum, vel abſentiam ipſius eſt delegatus exploratum eſt.

Alterum, quòd qui ad vniuerſitatem cauſarum alicnius Conuentus, à Generali, vel Prouinciali Miniſtro Commiſſarius eſt inſtitutus, ſi plures ibi ſint cauſæ, aliquas ex his ſubdelegare poteſt: cum æqua ſit in omnibus ratio. Hi ta-

men vniuerſitatem cauſarum ſibi delegatarum ſubdelegare nequeunt [a] niſi ea ipſis facultas [b] à ſuperiori Iudice [c] expreſsè, vel ſaltem tacitè conceſſa fuerit.

Commiſſarius verò vel à Generali, vel à Prouinciali Miniſtro in cauſa ſingulari inſtitutus, vices ſuas alteri ſubdelegare non poteſt.

a L. à Iudice C. de iudicijs. c. cum iam extra de appell. b Gloſſ. ſ. in cap. ſi cui de off. deleg. l. 6. Nauar. in cap. Placuit n. 7. de peniten. diſt. 6. c Nauar. ibid. nu. 70.

De criminum differentia, in quibus Iudex regulariter debet procedere. Cap. VI.

DELICTORVM varia ſunt genera à noſtro procedendi modo inſtituta. Sunt enim leuia, ſunt grauia, ſunt grauiora, ſunt tandem grauiſſima. Cuius diſtinctionis meminere Bartholus in l. ſi non ſolum §. ſi mandato meo num. 7. ff. de iniur. & in l. leuia ff. de accuſa. gloſ. in l. auxilium ff. de minor. Sali. in l. 1. C. de requir. reis. Felin. in cap. cũ Morum de ſent. excomm. Abb. in c. tuæ de Pœnit. Clarus l. 5. §. primo verb. ſunt etiam. Leuia ad quotidianos defectus ſpectant: qui paſſim vel ex negligentia, vel ex animi leuitate admittuntur, qualia ſunt nugæ, loquacitas, ſilentium ſtatutis temporibus violare, cibum aut potum abſque Superioris licentia ſumere, tardè ad officium, aut Refectorium conuenire, & his ſimilia.

Grauia maiorem culpam inuoluunt, quibus conſtringũtur hi, qui à Confeſſione, & Communione in conſtitutionibus præſcriptis ſæpe ſe ſubtrahunt; qui Miſſam ſtatutis ab Eccleſia temporibus non audiunt, qui frequentiùs quàm par eſt celebrare omittunt, qui regulare, aut Eccleſiaſticum ieiunium frangunt, qui obſcæna verba proferunt, aut iuramenta inter loquendum miſcent, qui ſacræ ſcripturæ verbis inter nugas abutuntur, qui in Choro diuinis officijs intereſſe præter neceſſitatem negligunt atq; alia huiuſmodi.

Grauioribus ſe implicant, qui alterius famam grauiter lædunt, qui conuicijs, & enormi contumelia fratrem impetunt, qui illum mentiri expreſſis verbis aſſeuerant, qui

ſalſum

falſum teſtimonium in iudicio dixiſſe comperiuntur, qui ſe fratrem grauiter percuſſuros minantur, qui aliquem manibus, ligneo, alióue inſtrumento, citra ferrum, grauiter percutiunt, qui inobedientes vſque ad contumatiā ſe produnt, qui proprietarij in re graui, ac notabili depræhenduntur, qui Religionis ſecreta extra ordinem pandunt, qui paſquillos, aut libellos famoſos componunt, ſcribunt, ac publicè legendos exponunt, qui libros abſq; debita Superiorum, ad quos ſpectat, facultate in ſcriptis obtenta imprimendos curant, qui ſuſpecta cum mulieribus conſortia habent, qui ad actum carnalē qualemcunque perſonam ſolicitant, qui pecunias ad ſuiipſorum, vel aliorum commodum ſine Prouincialis Miniſtri licentia procurant, atque alia his ſimilia committunt.

Grauiſſima tandem delicta ſunt Subornatio in electionibus, fornicatio quæcunque, crimen peſſimum, ac nefandum, aggreſſio ferro facta etiam percuſſione non ſequuta, percuſſio non ſubſequuta morte, & demum (quod abſit) homicidium, manus ſeu ſigilli Prouincialis, vel Generalis falſificatio, mulierum intra ſepta Monaſterij introductio temerè facta, aliaq; huiuſmodi.

Porrò in primi, & ſecundi generis criminibus, nimirum in leuibus, & grauibus, non tantùm Generalis, ac Prouincialis Miniſter, ac eorum Commiſſarij, ſed etiam Guardiani, ac Vicarij locorum, ſine ſtrepitu, aut figura iudicij procedere debent atque omni appellatione remota, huiuſmodi defectus, abſque vllo ſcripto, aut proceſſu ſalutaribus pœnitentijs corrigere. Ita cum noſtro procedendi modo Iura, & Doctores conueniunt,[a] niſi forte correctionis modum excedant: tunc enim ab ijs appellare licet.[b]

In grauioribus autem, & grauiſſimis Generales, ac Prouinciales tantum Miniſtri, ac eorum Delegati, & in caſu tantum vrgenti Guardiani, Cuſtodes, ac Vicarij inſtructo ſuper his informatiuo proceſſu, vt dictum fuit, procedere valent.

a c. ad noſtram c. reprehēſibilis, & c. cū ſpeciali § porro de appellat. Fede. de Senis conſ. 105. Monach. c. 1. de Relig. dom. l. 6. D. Antonin. 3. p. tit 9. c 8. §. clar. l 5. §. fin. q. 8. Farin. q. 21. nu. 133.

b c. de priore de appell Abb. c. ad noſtram. & c. cum ſpeciali cit. Fed. de Senis conſ. 55 circa finē. Alphonſ Villag. in prac. crimin. l. 6. cōc. 3.

Quænam iuris forma a regularium Iudicibus ſit ſeruanda. Cap. VII.

DVPLEX in iudicijs eſt procedendi modus, primus iure ordinario, & iuxta exactam iuris communis formã. Alter ſummariè, & de plano ſola rei veritate inſpecta, rimulis omnibus, & apicibus iuris poſtpoſitis. Primus ad ſæculare, & eccleſiaſticum Epiſcoporum forum ſpectat, in quibus ea, quæ ad ſolemnitatem, perfectionemq; iudicij requiruntur, adamuſſim obſeruantur. Regulares verò, ac præſertim noſtri Iudices tũ ex ipſo iure,[a] tum etiam ex indulto[b] Bonifa. viij. altero tantum procedendi modo in ſuis iudicijs, velut magis Religioſis viris accommodato vti debent, nempe vt ſinẽ ſtrepitu, ac figura iudicij, rimulis, & apicibus iuris omnibus poſtpoſitis ſuorum cauſas cognoſcant. Idcirco ijs omiſſis, quæ ad ſolemnitatem iudicij ſpectant, qualia ſunt citatio die non feriata, libelli porrectio inſcriptis, litis conteſtatio, teſtium multitudo, prolixæ dilationes, teſtium poſt publicatas atteſtationes receptio, ſententiæ ſedendo prolatio, alia huiuſmodi, quæ in ſolemni iure obſeruari ſolent: ea tantùm in ſuis iudicijs proſequi debẽt, quæ ad iudiciorum ſubſtantiam pertinent, quæque ad veritatis veram perfectamq; cognitionem hauriendam diuino aut naturali iure conferũt, cuiuſmodi ſunt. Primùm quod Iudex nunquam ſine accuſatione, aut denunciatione, aut præcedenti infamia, cum ea neceſſaria eſt, aut inditijs contra vllum iudicialiter procedat.[c] Secundum quod teſtes tam pro Reo, quàm contra Reum legitimè producti, cum iuramento audiantur, & examinentur.[d] Tertium quod Reus citetur.[e] Quartum, quod tempus ad neceſſarias probationes, excuſationes, ac defenſiones Reo tribuatur.[f] Quintum, quod Reo petenti in ſua cauſa conſiliarius non denegetur.[g] Sextum, quod iuſtæ rei exceptiones, atque appellationes admittantur.[h] Septimum, quod Reus non niſi per plures teſtes conuictus condemnetur. Poſtremò quod ſententia à Iudice ſecundum allegata, & probata, vel ad

a c. qualiter & quando de accuſation.
b Cõpe. priui V. appell. & V. correctio fratrum.

c Cle ſæpe de verb. ſign. §. verum quia.
d Eadẽ Clem.
e Bartholus ſuper extra. ad reprimendum. §. & figura.
f Clem. ſæpe §. non ſit. & cap. Paſtoralis §. cæterum.
g Modus procedendi.
h D. Clemen. ſæpe.

condemna-

condemnationem, vel ad abſolutionem Rei feratur.[a]

Porrò etſi iudicio Regularium nulla ſtatuta ſit dies, ſed in qualibet die Iudex procedere valeat: decet tamen, vt in feſtis Domini Sabaoth, ac maioribus quibuſdam ſolemnitatibus ob illorũ dierum reuerentiam à iudicijs ferient.[b]

Hæc itaq; quæ in iudicijs ſubſtantialia eſſe dicimus nunquam ommittenda fore, non tam ipſa iuris poſitiui decreta, quàm diuinũ, ac naturale ius omnibus perſuadent. Cum enim vtroque, & diuino, ac naturali iure, iuſtitia, qua ius vnicuique tribuitur, vbiq; integra ſeruari debeat: planè conſtat his, vel eorum aliquo ſublatis, iuſtitiam violari, ac verum iudicium, quod integra tantum iuſtitia ſubſiſtit, velut transfixo gutture, ac lethaliter ſauciatum corruere.

a D. Clem. ſæpe.

b Clem ſæpe. §. 1. v. ob neceſſitatē Bart. in d. Extrau. ad reprimendum v. item an procedi poſſit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE IVDICIO REGVLARIVM,

Et ijs quæ ipſum neceſſario comitantur.

PARS SECVNDA.

Quot modis Iudex Regularium ad iudicium procedere valeat. Cap. I.

REGVLARIVM iudicia ex triplici potiſſimùm capite exordium ſumunt, nimirum vel ab accuſatione, vel ab inquiſitione, vel demũ à denũciatione.[c] Hæc enim Iudici regulariter viam aperiunt, qua contra criminoſos procedere valeat; neque enim Iudici, nullo vel accuſatore, vel

c Cap. ſuper his. cap. inquiſitionibus. cap. qualiter, & quando de accuſatio.

denun-

denunciatore, vel infamia præcedente, vel aliquo alio, quod vicem accuſatoris ſuppleat, aduerſus vllum licet procedere, ne, quod abſurdiſſimum eſt, & naturali, & gentium iure prohibitum, Iudex ſimul, & Iudicis, & Actoris perſonam ſuſtineat. Et quamuis alię quoque procedendi vię à nonnullis recenſeantur, veluti per exceptionem, per euidentiam delicti, per deprænhenſionem in flagranti crimine: hæ tamen vel ad accuſationem, vel ad inquiſitionem pertinent.

Alijs tamen magis placet, ac commodius videtur duos tantùm procedendi modos, aduersùs criminoſos ſtatuere. Vnum ex officio Iudicis, alterum ad inſtantiam partis. Iudex verò ex officio procedit, cum via inquſitionis, aut denunciationis incedit, cum ſcilicet præcedente infamia, vel denunciatione, inquiſitionem inſtituit contra Auctorem delicti. Denunciatio enim, tametſi diuerſimode viã ad inquiſitionem aperiat, non tamen eſt via procedendi ab inquiſitione diſtincta, ſed præuium quoddam ac præparatorium eſt ad inquiſitionem, vt Iudex ex officio inquirat.[a] Porrò ad inſtantiam partis Iudex via duntaxat accuſationis procedit, quando ſcilicet pars, vel alius, ad quem id iure ſpectare poteſt, accuſationẽ porrigit, Iudex verò ea admiſſa, ſecundum ipſius probationes proceſſum inſtituit.

a Clarus l. 1. q. 3.

Sed quoniam quocunque modo Iudex procedat vel ex officio, vel ad inſtantiam partis, ſemper triplici illa via nempe, vel inquiſitionis, vel denunciationis, vel accuſationis ad iudicium graditur, idcirco de earum qualibet ſigillatim à nobis agendum erit.

Quomodo Judex via inquiſitionis procedere debeat. Cap. II.

INQVISITIO, vt a nomine exordiar,[b] nihil aliud eſt, prçterquam criminum à Iudice cõpetenti canonicè facta inueſtigatio; cuius in vniuerſum tria ſunt genera. Quædam enim eſt omnino generalis, quam in viſitationibus ordinarijs tàm

b Hoſt. l. 4. tit. de Inquiſ. §. 1. & Fel. in Rub. de accuſ.

Prouinciales, quam Generales Miniſtri, atque ideò omnes Eccleſiarũ Epiſcopi erga ſuos Subditos ex officio pręſtare debent.[a] Hæc vero idcirco omnino generalis dicitur, quod non modò ad omnium genera ſe extendat, verùm etiam omnes perſonas complectatur: ita quòd in ea vniuerſaliter de omnibus, ac ſingulis delictis, reſpectu quarũcunq; perſonarum, quæ eorum viſitationi ſubſunt, à ſingulis inquiratur.

a cap. perniciosam de off. Iud. ord. p e. Romana. §. ſane in ſenſibus in 6. & expreſſius Trid. conc. ſeſſ. 7. c. 7. & ſeſſ. 24. c. 3.

Neque in hac inquiſitione vllius famam iniuſtè lædi cenſendum eſt; quis enim ſibi iniuriam fieri iure conqueri poteſt, cum generaliter de cultu diuino, de obſeruantia Regulæ, ac Conſtitutionum, de vita, ac conuerſatione tàm Prælatorum, quàm Subditorum, de ſpirituali, ac temporali adminiſtratione, atque alijs, quæ ad bonum Prouinciæ, aut Conuentus regimen ſpectant, inquiritur; vt ſi quę corrigenda, caſtiganda, amputanda, reformanda ſeſe offerũt, tàm in capite, quàm in membris, corrigi, caſtigari, amputari, ac reformari poſſint, iuxta illud Pſalmi. *Intende ad viſitandas omnes gentes, & non miſerearis omnibus, qui operantur iniquitatem.* Pſal. 58.

Alia eſt Inquiſitio omnino ſpecialis, in qua Iudex de certo, ac determinato crimine, contra ſingularem, ac determinatam perſonam iudicialiter inquirit. Exempli gratia. Perpetratum fuit furtum. Infamatus eſt frater N. Inquiritur, an ipſe illud furtum commiſſerit.

Poſtrema tandem eſt Inquiſitio, mixta ex generali, & ſpeciali, quæ duobus modis poteſt contingere. Primo ſi tantùm ſit generalis, quo ad perſonas, & ſpecialis quò ad delictum: velut quando de aliquo delicto ſpeciali, ac determinato inquiritur, de quo præceſſit infamia, & Auctor delicti ignoratur. v. g. Fama præcedente conſtat furtum perpetratum fuiſſe; quæritur, quis illud perpetrauerit. Altero modo, cùm eſt generalis, quò ad delicta, ſpecialis verò quò ad perſonas: veluti cùm fama, clamoroſaque inſinuatione præcedente, ad aures Iudicis peruenit, multa contra ius, ac Regulam a Fratribus talis Conuentus perpetrari, contra quos generalis inquiſitio inſtituitur, vt agnoſci poſſit, quale delictorum genus committant, quæ etiam

Digitized by Google

exerceri ſolet in Syndicatu Miniſtrorum, tàm Generalium, quàm Prouincialium, ac Guardianorum, quo tempore illorum officium exſpirat, de quibus ſingulis ſuo ordine agendum eſt, ac primùm explicandum eſt.

Inquiſitio generalis, quæ ſit, & quæ in ea obſeruari debeant. *Cap. III.*

INQVISITIO generalis ea eſt, quæ in viſitatione tàm Generalium, quàm Prouincialium Miniſtrorum præſtari ſolet, apud nos quidem à Prouincialibus bis in quolibet anno, in ſuis Prouincijs, à Generali verò ſemel in toto ordine; ea verò non tam paterna, quam iudicialis nuncupari debet, cùm iudicium præparet, & in ea punitiones iuxta delictorum grauitatem fiant. Veruntamen quoniam eiuſmodi inquiſitio non parùm à reliquis differt, quæ per ſe, & ſuapte natura iudicium attingunt; idcirco nè in ea a iudice errari contingat, nonnulla illi in ea peragenda obſeruanda ſunt.

Primum eſt, nullam ad huiuſmodi inquiſitionem præcedentem, aut delictorum, aut perſonarum infamiam requiri: imò verò ad ipſam tàm Generales, quàm Prouinciales Miniſtros, nulla expectata delictorũ infamia, ex officio reſpectiuè teneri:[a] vt ex Conc. Trid. conſtat.

Secũdum, nullum in tali inquiſitione à Subditis iuramentum à Prælatis exigi debere, nè aliquis occultum crimen prodere cogatur.[b] Quòd ſi fortè in ea crimen aliquod graue, aut criminoſus quiſpiam graui infamia laborans detegatur, contra quem ſpecialis inquiſitio inſtituenda ſit, poterit Iudex, capitulis ex delatis in generali inquiſitione formatis, adhibito iuramento, teſtes interrogare: niſi crimen Prælato, tanquam Patri, delatum fuerit, tunc enim à ſpeciali inquiſitione prorſus abſtinendum eſt, cùm via iudicialiter procedendi ex fraterna delatione illi penitus intercludatur.

Tertiò cauere debet Prælatus, nè in generali inquiſitione de aliqua particulari perſona inquirat, hoc aut illud crimen

[a] Conc. Trid. ſeſſ. c. 8. & 20. de reformatione.

[b] c. Romana de cenſibus in § ſane, & gloſ. ibi in verbo coactione.

commiſſerit,

commiſerit, necnè, niſi crimen adeò leue ſit, vt in iudicium vocari non poſſit, neq; cuiquam præcipiat, vt ſibi tanquam Iudici, occultum alicuius crimen patefaciat. Cùm enim rem iniquam, & contra ius præcipiat, lethali profectò ſe peccato obſtringit, & Subditi conſcientiam ad necē vulnerat, cùm occulta huiuſmodi crimina præter ordinem ſibi pandi poſtulat. At neque Subditus vllo huiuſmodi præcepto compelli poteſt, vt criminoſos occultos, qui nulla laborant infamia, iudicialiter prodat. [a]

Aret. c. 2. Ghisle. c. 1 6.

Addo [b] quòd ſi Subditus de occulto crimine à Iudice interrogatus illud detexerit, delinquens ex illius depoſitione nullatenus ſecundùm iura poteſt puniri. Crimen verò, quòd ad propoſitum ſpectat, illud occultum dicitur, quòd quamuis teſtibus probari poſſit, nulla tamen de eo infamia percrebuit [c].

a Ca. qualiter, & quando de accuſationibus

b cap. inquiſitionis de accuſat iuncta gloſ. Nau. in c. inter verba 11. q. 13. corrol. 61.

c d. cap inquiſitionis eod. tit. & Nau. loco cit.

Quartò, aduertere quoque debent Miniſtri, ac Viſitatores, ne criminum ſcientia, quam tanquam Patres interdū à Subditis in generali inquiſitione acceperunt, tanquam Iudices ad externum forum vtantur: tametſi de eodem crimine multi teſtes ſingulares deponant, ſi illud tanquam Patri denuntient. Crimina enim, quæ tanquam Patri denuntiantur, nullam ſpeciali inquiſitioni iudiciali viam aperiunt; quò fit, vt Prælati aduerſus huiuſmodi criminoſos iudicialiter procedentes, quandoquidem abſq; præcedente infamia, vel iudiciali denuntiatione ad iudicium procedūt, ſimul, & Actoris, & Iudicis perſonam induant, quòd eſt à iure prohibitum, & ſuam ipſorum conſcientiam ad mortem vulnerent.

Quintò, nè modum interrogandi in viſitationibus excedant, hoc planè modo vti poterunt. An ſciant, aut credant, aut fama ſit, aliqua delicta in Prouincia, aut Conuentu graſſari, aut aliquem fratrem, ſiue Prælatum, ſiue Subditum certo crimine eſſe irretitum, aut ſecundum Regulam, & Statuta (vti oportet) religiosè non viuere, hic enim modus generalem inquiſitionem decet, in qua generaliter, tantùm de delictis inquiritur.

Sextò quamquam minimè neceſſarium ſit in generali inquiſitione, quæ in viſitationibus fit, Prælatos ſcripto vlle

procedere, præſertim cùm de leuibus, aut grauibus tantum delictis agitur, quæ ſine ſtrepitu iudicij aut proceſſu corriguntur. Attamen minimè a ratione diſſentaneum eſſet, tum ad omnem de Iudice ſuſpicionem ab aliorum animo propulſandam, tum etiam ad iudicia ipſa, quæ interdum ex generali inquiſitione erumpunt, citra calumniam præparanda,[a] vt vniuerſa, tàm viſitationis, quàm generalis inquiſitionis acta apud nos ſcriptis mandarentur: quare formulam, qua huiuſmodi acta condenda ſunt, in huius directorij calce ſubijciemus.

a Ghisl. c. 16.

Septimò obſeruandum eſt in hac generali inquiſitione omnes vniuerſaliter tàm beneuolos, quàm maleuolos, infames, ſuſpectos, & qui alioqui à teſtimonio ferendo iure ipſo repellendi eſſent: abſq; diſcrimine audiendos eſſe. Nã cùm in hac generali inquiſitione iuramentum teſtibus non deferatur: teſtis verò non iuratus nullam fidem in iudicio aſtruat; eo fit, vt in generali inquiſitione nemo vllius teſtimonio poſſit condemnari; ſed via tantùm ad ſpecialem inquiſitionem Iudici aperiatur, in qua deinde, qui iure a teſtimonio ferendo repelluntur, a Iudice excipi debent.

Denique in inquiſitione generali poteſt Prælatus ſub præcepto ſanctæ obedientiæ præcipere; vt omnes fratrum exceſſus, ac delicta ſibi manifeſtentur[b]. Quod tamen prudenter, & à Prælatis fieri, & a Subditis ſano modo intelligi debet. Nempe vt leuia quidem, & grauia delicta abſque diſcrimine pandantur; grauiora autem, & grauiſſima, quæ occulta ſunt, & nulla infamia laborant, nec teſtibus probari poſſunt, tanquam Patri tantummodo denuncientur,[c] vt explicatur in noſtro modo procedendi. Quæ verò infamia laborant, & teſtibus probari poſſunt, tanquam Iudici deferantur. Neque Subditi in diſcrimen vocare debent, an huiuſmodi præcepto illis parendum ſit. Cùm enim illud neque aduerſùs Regulam, neque contra animam militer, nimis ſanè proteruum eſſet, in huiuſmodi præceptum inſilire. An verò Subditi ad illud, etiam nulla præmiſſa fraterna correctione, teneantur: inferiùs explicabimus, cùm de denunciatione iudiciali agemus.

b Ricardus in 4. d. 19. q. 1. S. Angelus V. denunciatio.

c Modus proc. c. 2. & d. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7.

Quæ

Quæ Inquiſitio ſpecialis ſit, & quomodo in ea fama probari debeat. Cap. IV.

HACTENVS de Inquiſitione generali actum eſt, qua via interdum ad ſpecialem inquiſitionem ſternitur, nunc ad ipſam inquiſitionem ſpecialem deflectendum eſt, ex qua iudicium exordium auſpicatur. Porrò Inquiſitio ſpecialis, quæ & ſolemnis dicitur, ea eſt, in qua de vno, aut pluribus ſpecialibus delictis, aduerſùs certam, aut certas perſonas iudicialiter inquiritur. Exempli gratia Inquiritur an frater. N. tale ſacrilegium commiſſerit, aut F. N. & F. N. tale delictum perpetrauerint.

Hanc ſpecialem inquiſitionem duobus modis Iudex adoriri poteſt. Primò à generali Inquiſitione ex officio in viſitatione facta, cùm in ea aliquod crimen, ex ijs, quæ grauiora, aut grauiſſima ſunt, iudici denunciatur. Secundò extra viſitationem, ac generalem delictorum inquiſitionem, quòd ad primum attinet: ſi à generali inquiſitione ſpecialis inquiſitio exordienda ſit, quædam tum Iudici, tum Subditis obſeruanda erunt. Primum huiuſmodi inquiſitionem regulariter à Iudice inſtitui neque poſſe, neque debere, niſi prius infamia, aut indicia ſufficientia legitimè probata præceſſerint, vt [a] communis iuris, ac Doctorum ſententia docet. Generalis enim inquiſitio, tametſi ex officio, vt iudicij præparatiua inſtituatur, p ſe tamen abſque ijs viã ſpeciali inquiſitioni non aperit: vt notant [b] Miranda, & Ghiſlerius.

Secundò Subditis cauendum eſt, nè Iudici generaliter inquirenti occulta aliorum crimina aperiant, quæ nulla infamia laborant, niſi ea iudicialiter denunciare velint: eo enim mortifera ſe culpa obſtringunt, & ad famæ reſtitutionem tenentur: vt ex communi Theologorum conſenſu probat Sotus [c]: neq; Iudici ea inquirenti illi parendum eſt, ſed vel prudenti Amphibologia declinare, vel ſimplici negatione tegere debent. Nam etſi Subditum ad Iudicis mentem, cùm legitime interrogat, reſpondere oporteat,

a Ca. qualiter, & quando 2. c. cum oporteat c inquiſitionis de accuſ. c. licet Heli de ſim. & c. Deus omnipotens 2. q. 1. Sot. l. 5. de iuſt. & Iu. q 6 ar. 3. conc. 5. Sylu. S. Ang v. Inquiſitio Salon. 2. 2. q. 69. ar. 2. conc. 6. Aragon, & Bannez ibid. Nau. in man. c 18 n. 38. Valen. to. 1. diſp 5. q. 14. p. 1

b Mirand. in ord. iud. q. 5. ar. 9. in cõc. Ghiſl. de Iud. Reg. c. 16. nu. 79.

c Sot. de ſecr. teg. m. 1. q. 2.

vbi tamen Iudex in occulto crimine præter ius inquirendo à iure exorbitat, abſque vllo diſcrimine, aut verbis amphibologicis vtendo. ſiue etiam apertè negando, eludi poteſt: neque enim tunc Iudex legitimus cenſetur, cùm de ijs perperàm interrogat, quæ non laborant infamia: vt ex omnium doctrina colligitur, quam tradit Sayrus[a].

Tertio obſeruandum eſt, quòd quamquàm ex doctrina Nauarri[b], Leſſij, & aliorum, quoties in generali inquiſitione Auctor delicti proditur, ſiue id iuſtè. ſiue iniuſtè, nulla Infamia præcedente, fiat: Iudex ex officio contra illum procedere valeat: tametſi Subditus occultum crimen reuelando peccauerit: Veruntamen tùm pios, ac Religioſos Iudices maximè deceat proſpicere, tùm nè alicuius fama iniuſtè lædatur, tùm etiam nè quiſquam cum propriæ ſalutis diſcrimine occultum crimioſum prodat: melius (vt arbitror) noſtris Iudicibus conſultum erit, vt huiuſmodi crimina, quæ abſque vlla præcedente infamia plerumq; ab ignaris, ac iura neſcientibus deferuntur iudicialirer non accipiant: quin etiam ipſos Delatores imminentis culpæ ſuauiter admoneant: nè ex iniqua criminum delatione iudicium colligant[c].

a Say in clau. Reg. l. 12. cap. 9 nu 17.
b Nau in rub de Iudicijs nu 87. contra Sotú, & DD in l. 2 § ſi publico ff. d. adult. Leſſ de iuſt. & Iur. l. 2. c. 29. dub. 15.
c Sot. de ſecr. reg nu. 2. q. 6. Nau in c. Inter verba 11. q. 3 con 6. corr 62 Sayr. in Clau. reg. l. 2. c. 9. n. 18.

Cùm verò extra viſitationem, ac generalem delictorũ inquiſitionem ſpecialis inquiſitio à Iudice inſtituitur, nulli dubium eſt, quin eam ſemper infamia, & clamoroſa inſinuatio præcedere debeant, vt iure ſtatutum eſt, præſertim ſi aduersùs Prælatum ſpecialis inquiſitio facienda ſit; tunc enim præter infamiam, clamoroſa quoque inſinuatio tam delicti; quàm delinquentis eſt neceſſaria, quæ infamiam ipſam non ſemel ſed ſæpius ad aures Iudicis perduxerit.[d] Ante omnia vero opus eſt, vt Iudici conſtet de corpore delicti,[e] nimirum an delictum de quo inquirendum eſt, verè patratum fuerit, id verò vel ex plenis probationibus, vel ex indicijs, & coniecturis probatio debet. Cùm enim duo ſint delictorum genera, quædam quæ facti permanentis appellantur, eos quòd eorum ſemper ſunt poſt factum veſtigia: qualia ſunt Incendium, Vulnus, Homicidium, Furtum cum fractura, atq; alia huiuſmodi. In his de corpore delicti per oculorum teſtimonium conſtare debet: itaut

d Cap. quall. ter, & quando c. inquiſitionis de accuſ. Farin. q. 9 nu. 1. & Raph Cuman. cõ. 23 in princ.
e Tex in l. 1. § item illud ff. ad Syllau. & cõmunis ſenſus Doctorũ Marſ. in pract crim. § principiũ in 4. Cla. l 5. § fin. q. 4. verſ quando vero. Farin. q 1. nu. 6.

ante-

antequam vlla inquiſitio fiat, locus Incendij. Vulnus, cadauer occiſi, & fractura inſpiciantur.[a] Alia facti tranſeuntis nuncupantur, quorum veſtigia poſt factum remanere non ſolent: puta Fornicatio, Iniuriæ, Furtum, abſq; fractura, & ſimilia.[b] Porrò in his Indicia, & coniecturæ ſufficiunt, cum plenæ probationes haberi non poſſunt, vt dicatur conſtare de corpore delicti.

a Clar. §. fi. q. 4. in princ. & verſ. quando vero.

b Gandin. in tit. de præſump. & iud. col 2. n. 6. Clar. vt ſupra verſ. ſcias tamẽ.

De Infamia, & clamoroſa Inſinuatione, qua ratione differant inter ſe, & quomodo probandæ. Cap. V.

VERUM enimuerò, vt quid Infamia, & clamoroſa inſinuatio præſeferant, & vnde oriri debeant, quóue modo, aut ratione probandæ ſint, innoteſcat. Obſeruandum eſt, primò famam [c] eſſe communem opinionem voce manifeſtatam ex ſuſpicione prouenientem, quæ ſi circa malum, aut delictum verſetur, infamia nuncupatur. Clamoroſa verò inſinuatio eſt eadem fama, aut infamia, ſæpe ad aures Iudicis perlata.

c Bart. in l. de minore §. tormenta ff. de quæſt.

Secundo, vt huiuſmodi infamia, & clamoroſa inſinuatio legitima eſſe poſſit, itaut his præcedentibus Iudex ſpecialiter poſſit inquirere: duo neceſſaria ſunt. Primum, vt ea non à maleuolis, aut indignis, ſed ab honeſtis, & probis viris originem ducat.[d] Infamia enim, quæ ortum habet à maleuolis, aut indignis repelli debet, nec ſufficientem ad inquiſitionem ſpecialem viam aperit, quamuis ea ad generalem ſufficiat. Secundum, vt ea per duos ſaltem teſtes, & nõ pauciores probetur, qui teſtentur ſe ita publicè vel in vrbe, vel in Conuentu audiuiſſe, vel ita paſſim dici[e]. Iidem præterea teſtes de infamia deponentes, interrogandi ſunt, à quibus audierint, vt Iudex agnoſcere valeat, num fama ab honeſtis, ac probis viris ortum habeat, vel à maleuolis aut improbis; qui ſi nullũ nominant, non probatur infamia[f]. Quarè Iudex ſolicitè curare debet, vt vſque ad famæ Auctores perueniat, ob id potiſſimùm, vt an infamia rectè, ac

d Cap. qualiter, & quando extra. de accuſ.

a Bal. in c. literas n. 2. de præſũptio, Iulius Clar. q. 6. & alij paſſim.

b Bart. in. l. de min. §. tormenta ff. de quæſt. & Innoc. in c. qualiter, & quando.

legitimè probata ſit, agnoſcat.

Quòd ſi duæ famæ contrariæ ſimul probatæ concurrant, nimirum vna in fauorem, altera in odium Rei:[a] bona fama Rei præualere debet malæ famæ contra ipſum probatæ; imò ſi Reus probaret ſe per triennium honeſtè conuerſatũ fuiſſe, infamia contra ipſum probata abſtergeretur.[b] Si verò prædictæ famæ inæqualiter tam reſpectu temporis, quã probationum ſe prodant, quoad tempus ſtandum eſt priori, quoad probationes verò ſemper tribuendum erit veriſimilioribus probationibus; quicquid ſit de prioritate, aut poſterioritate temporis[c].

Sed quoniam[d] clamoroſa inſinuatio cum infamia coniungitur, & vtramque neceſſariò præcedere debere decernitur, vt Iudex contra aliquem ſpecialiter inquirat, declarandũ eſt, num ad ſpecialiter inquirendum clamoroſa inſinuatio præter ſimplicem infamiam ſemper ſit neceſſaria. Communis eſt Doctorum ſententia clamoroſam inſinuationẽ tum neceſſariò requiri, quando inquiſitio contra Prælatũ, aut Collegium inſtituitur,[e] tunc enim talis infamia eſſe debet, quæ non poſſit abſque ſcandalo, & periculo tolerari, ac proinde ſæpe Iudicis aures pulſare debet, antequàm Iudex ex officio aduerſùs Prælatum inquirat. Cùm verò Inquiſitio contra Subditũ ſit, ſufficit, quod infamia abſque clamoroſa inſinuatione præcedat[f].

Cùm verò præcedentem infamiam ad ſpecialem inquiſitionem neceſſariam dicimus, id non modò de fama delicti; ſed etiam delinquentis intelligi debet; nam tametſi præcedens fama delicti ſufficiat, vt Iudex generaliter de Auctore delicti inquirat, Exempli gratia, Quis illud perpetrauerit, ea tamen haud ſatis eſt, vt contra aliquam certam perſonam ſpecialem inquiſitionem inſtituat, ſed neceſſe eſt præter infamiam delicti, infamiam quoque delinquentis præcedere: quæ viam ſpeciali inquiſitioni aperiat.

Ex his facilè perſpectum erit, quandocunque ſpecialis contra certam, aut certas perſonas inquiſitio fieri debet, non ſolùm vtramque, & delicti, & delinquentis infamiam præcedere oportere, ſed præterea opus eſſe, vt vtriuſque probatio ex proceſſu appareat iuxta communiorem Doctorum

a Boſſ. in Prac. crim. tit. de fac. defen. n. 13.
b Clar. q. 21. V. 1. Salic. in l. ſi minorem n. 2. C. de in. teg. reſtit. minor. Clar. q. 21. v. 1.
c Nau. conſil. 473. nu. 20. & 21.
d Cap. qualiter, & quando de accuſ.
e Ghisler. de Iud. Reg. c. 16. nu. 87. Farin. q. 9. nu. 1. Cõman. conſ. 130.
f Clar. q. 6. v. Item quæro Sotus de teg. Secr. m. 2. q. 6. conc. dub. 3.

Digitized by Google

ctorum ſententiam[a]. Itaut Iudex ante inquiſitionem ſpecialem ſaltem per duos teſtes probet famam tam delicti quã delinquentis præceſſiſſe, atque hæc probatio in proceſſu ante omnem Iudicis inquiſitionem appareat: cuius rei duplex ratio eſſe poteſt. Prima eſt, quòd probationes, quæ valent ad cõdemnandum Reum ex proceſſu conſtare debẽt.[b] Quapropter, cùm exploratum ſit famam præcedentem tam delicti, quàm delinquentis vnam ex probationibus eſſe, quæ ad Rei condemnationem concurrunt; hinc colligimus vtramque formam in Proceſſu eſſe ſeruandam. Nec ſufficit quòd ex teſtium probationibus in proceſſu vtriuſque famæ probatio appareat, debet enim ante proceſſum probari, vt iudicium per præcedentem infamiam rite inchoatum eſſe conſtet, ſi quidem contingere poteſt, vt fama tàm delicti, quàm delinquentis per teſtium depoſitionem in proceſſu appareat, ipſe tamen proceſſus abſque vlla præcedenti infamia dolo iudicis inſtitutus fuerit; ex quo proceſſus ipſe ſit ipſo iure nullus,[c] ex quo Iudex Actoris, & Iudicis ſimul partes agit.

Altera quoque ratio eſt, quod ex textu irrefragabili in c. quoniam contra: extra de probationibus, expreſsè cauetur, ne Iudici credatur ſuper proceſſu, niſi quatenus per acta, vel aliàs per legitima documenta conſtabit, ex quo neceſſariò infertur, Iudici aſſerenti præceſſiſſe infamiam, & eam ſibi extraiudicialiter conſtitiſſe, credendum non eſſe, niſi probatio ante proceſſum appareat, quæ omnem à Iudice doli ſuſpicionem propulſet. Hanc ſententiam docent inſigniores quique Canoniſtæ,[d] Fulgoſius, Decius, Anan. Felinus, quàm ſequuntur Nauarrus, Aretinus, Ghiſlerius, & alij.

Id tamen ignorandum non eſt: quòd ſi Iudex, infamia, aut probatione infamiæ prætermiſſa, ad inquiſitionem ſpecialem proceſſerit: nihilominus valebit proceſſus, & ex eo Reus poterit condemnari:[e] dummodò Reus præſens non excipiat, vt ex ipſo Iure colligitur, quòd ſequuntur Nauarrus, Leſſius, & alij. Nam ſi ſtatim exceperit, & appellauerit, proceſſus erit nullus.

a Doctores in cap. qualiter. & quando extra de accuſ.

b Aret. Pract. crim. c. 16.

c Clar. q. 5, n. 4, leſſ. de iuſ. & iur. l. 2. c. 29. dub. 15.

Textus in c. quoniam contra extra de p̃bat.

d Fulgoſ. conſ. 107. Dec. conſ. 170. Anan. cõſ. 59. Felin. in c. qualiter, & quando 2. de accuſ. Nauar. rub. de iudicijs n. 91. Aret. in pract. crim. c. 14. Ghisler. de iud. Reg. c. 16. n. 92. & 93.

e D. cap. 1. & 2. de accuſ. in 5. Nauar. in rub. de iud. n. 91. Leſſ. de iuſt. & iur. l. 2. c. 29. dub. 16.

An Infamia ſpecialem inquiſitionem ſemper præcedere debeat. Cap. VI.

DIXIMVS Iudicẽ Regularium ad ſpecialem alicuius delicti, aut delinquentis inquiſitionem niſi præcedat infamia, procedere non poſſe; neque tantùm grauiſſima culpa ſeſe culpa obſtringere, qui hunc iuris ordinem euertunt: verum nec ipſum iudicialem proceſſum ſine parente exortum incolumem eſſe poſſe: ſed in ipſo ortu certum abortum pati oportere.

Excipiuntur tamen aliqui caſus, in quibus ſine præcedente infamia, aut clamoroſa inſinuatione Iudex ſpecialiter aduerſus aliquem poteſt inquirere. Primus eſt cùm aliquis coram Iudice, & Notario, ſiue ſcriba crimen in iudicio confitetur, ſiue illud ex profeſſo, ſiue tantùm incidenter aperiat, vel ea ſit tantùm circunſtantia delicti, vel etiã diſtinctum delictum.[a] Nec fruſtra dicitur in iudicio, extra iudicialis enim confeſſio, etiam coram multis facta, ſi nulla ex ea oritur infamia, aut plenè probata non fuerit, non ſufficit ad ſpecialiter inquirendum ex doctrina Nauarri vbi ſupra ſicut neque illa quæ coram Prælato extra iudicium fit incogitanter, aut per epiſtolam ſecretam, quæ à Prælato aperitur: neque ea, quæ fit metu tormentorum, ſi poſtea reuocetur, iuxta eundem Nauarrum, & alios.[b]

Secundus eſt, cùm in generali inquiſitione Auctor delicti proditur, tunc enim abſque præcedente infamia Iudex poteſt procedere.[c] Quid tamen in hoc caſu noſtris Iudicibus ſequendum ſit, ſuperiùs conſuluimus.

Tertius quando delictum in iudicio eſt commiſſum, veluti cùm teſtis falſum deponit, aut accuſator calumnioſè agit, vel tergiuerſatur. Cùm enim eiuſmodi crimina iudicia euertant, vel impediant, vel bono publico noceant; ex indicijs, ac vehementi ſuſpicione contra ea, abſque præcedenti infamia, procedi poteſt: vt docet idem Nauarrus loco citato. Leſſius, & alij.[d]

Quartus eſt in crimine hæreſis, ac violatæ Religionis, vbi

a Nauar. in Rub. de iud n. 86. Leſſ. de iuſ & iur. l. 2. c. 29. dub. 15.

b Sotus de modo reg. & de reg. ſecret. m. 2. q. 6. & Nau. vbi ſupra.

c Nau. in rub. de Iud. n. 87. Leſſ. de Iuſt. & iur. q. 2. c. 29. dub. 15.

d Nau. ibid. n. 88. Leſſ. de iuſ. & iur l. 2. c. 29. dub. 15.

Digitized by Google

ex indicijs non leuibus, aliqua ſuſpicio oritur; tunc enim ſine verò, ac ficto accuſatore, qui vicem ſuppleat accuſatoris, ac ſine præcedente infamia ſpecialiter inquiri poteſt. Hoc enim crimen cùm maximè Reip. ſit peſtiferum, præuiam infamiam non depoſcit. Idem quoque ſentiendum eſt, cùm agitur de malis præſertim animarum euitandis, aut impediendis [a].

Quintus eſt in crimine læſæ Maieſtatis humanæ [b].

Sextus cùm de morte Domini contra ſeruos inquiritur. v. g. Cùm Dominus inuenitur occiſus, & Auctor delicti ignoratur, aut vehemens populi, ſiue Conuentus ſuſpicio in aliquem fertur, hæc enim ſupplet vicem infamiæ [c].

Septimus, cum delictum eſt euidens, & notorium, ita ut nulla tergiuerſatione celari poſſit, quale eſt, quod corã populo, aut Conuentu, aut maiori parte Conuentus ab aliquo perpetratur; facti enim euidentia habetur pro accuſatore [d].

Quòd ſi delictũ ſit euidẽs, delicti verò patrator ignoretur, nec vlla adſint indicia, aut infamia perſonę: Sotus [e] negat inquiſitionẽ fieri poſſe. At communis conſuetudo, & orbis praxis obtinet, vt in hoc caſu Iudex generaliter de auctore criminis poſſit inquirere, nimirum, quis illud patrarit, & indicio contra aliquem habito poſtea in eundem valeat procedere [f].

Id tamen notandũ eſt deprehenſum in flagranti crimine coram multis, ſi crimen negat, poſſe quidem torqueri, non tamen condemnari, niſi duo vel tres conteſtes de ipſo crimine deponant, nimirum illud ab eo perpetratum fuiſſe, quæ eſt communis opinio, vt tradunt [g] Clarus, Aretinus, & alij. Hinc Iudex, qui ſolus aliquem in flagranti crimine deprehendit, vel ſolus delictum patrantem videt, contra ipſum ſpecialiter inquirere non poteſt, niſi diffamatio præcedat [h]. Scientia enim Iudicis teſtis locum ſupplere non poteſt, cùm iudicium dnntaxat ſecundùm allegata, & probata fieri debeat, neque idem poſſit eſſe Iudex, & teſtis [i], quod planè eſſet, ſi ſcientia Iudicis ad inquirendum ſufficeret.

Octauus eſt cùm intercedit denuntiatio, tunc enim Iu-

a Nau. in Ru. de iudi. n 43. & colligi. ex cap. Excõmunicamus §. adijcimus de hæret. & l. Apoſt. C. de Apoſtatis Leſſ. loco citato.

b Extrau. Fer. Imp. quæ incipit ad reprimẽdum.

c L. 5. ff. ad S. Conſ. Silama. & Nau. in Sub. de iud. n. 95.

d cap Euidentia extra de acuſ.

e Sotus l. 5. de Iuſt. & iur. q. 6.

f Innoc. in c. Bona. 1. n. 5 extra de elect. & Nau. in Man. c. 18 nu. 38. Clar. q. 5. verſ. Poterit igitur Leſſ. de Iuſt. & Iur. l. 2. c. 29. d. 15.

g Clarus q. 8. Aret. in prac. c. 15.

h Clar. q. 8. v. ſed peno.

i 11. q. 1. c. Multis.

dex poteſt, nulla præcedente infamia ſpecialiter inquirere: denunciatio enim ſuccedit loco accuſationis. Debet tamen denunciantem admonere, ſi abſque requiſitis conditionibus illum denuntiaſſe animaduerterit.

Nonus, quando quis contra ordinem iuris, & extraiudicialiter crimen confitetur coram multis [a]. Quod tamen intelligi debet, dummodò talis confeſſio extra iudicium facta duobus ſaltem conteſtibus omni exceptione maioribus, qui de vna eademque confeſſione deponant, probetur; nam ſi vnus teſtis de vna confeſſione vno loco coram pluribus facta deponeret, alter de altera confeſſione eiuſdē delicti alio loco facta coram multis teſtaretur; cum hi eſſent teſtes ſingulares, confeſſionem plenè non probarent, ac conſequenter viam ad ſpecialem inquiſitionem non aperirent, confeſſio enim extraiudicialis, quæ ad ſpecialiter inquirendum ſufficit, plenè probata eſſe debet; quemadmodum, & fama, cuius loco ipſa ſuccedit.

Decimus eſt, cùm delinquens ſecreta prius admonitione, deinde coram teſtibus correctus, poſtremò fraternè denunciatur Prælato: tunc enim ſi rebellis exiſtat, rebellio ipſa ſuccedit loco accuſationis, Iudexq;, nulla alia præcedente infamia, poterit ſpecialiter inquirere, & contra delinquentem procedere [b]; Denunciatoremq́, in teſtem aſſumere, ac delato iuramento interrogare; quamuis ſolus Denunciator non ſufficiat, ſed alius teſtis, vel infamia, vel alia indicia adeſſe debeant ad Reum interrogandum, & cōſtituendum.

Vndecimus, quando habetur confeſſio iudicialis Rei cū iuramento facta, licèt coram Iudice incompetente; quamuis enim Reus ob incompetentiam Iudicis condemnari nō poſſit, vt expreſsè extat in iure, ea tamen confeſſio Rei, cùm maximam præſumptionem criminis ingerat, vicem infamiæ ſupplet, ac proinde viam Iudici competenti aperit, vt contra ipſum inquirere, atq; illum, tanquam ex indicio torquere queat.

Duodecimus, quandocunq; crimen eſt contra Remp. vel eſt delictum atrox. In his enim Iudex nulla probata in infamia poteſt aduersùs Delinquentem ſpecialiter inquire-

re,

a Aret. pract. crim. c. 15. Inciſa trac. 3. c. 9. n. 5.

Aret. c. 15.

b Sotus de ſecret. m. 2 q. 6. conſ. 1. dub. 1. & alij paſſim.

Cap. Atſi Clerici de indicijs.

re,ac procedere [a] ex communi Doctorum ſententia Quænam verò ea crimina ſint, quæ in publicam Reip. aut Religionis perniciem tendunt, inferiùs explicabimus.

Tertiuſdecimus, quoties crimen commiſſum eſt in iudicio coram Iudice, alijs præſentibus. E. g. Si quis aliquem graui iniuria afficeret, aut percuteret in conſpectu Iudicis coram multis, tunc enim Iudex, nulla expectata accuſatione, aut denunciatione, poſſet crimen ipſum inquirere, & contra illud procedere; ſecus eſſet, ſi crimen tantùm coram Iudice perpetraretur, de eo enim abſq; præcedente infamia inquirere non poteſt.

Quartuſdecimus, eſt, cum incidenter in iudicio præter principale aliud crimen, vel per confeſſionem Rei, vel per depoſitionem teſtium detegitur; quocunque enim caſu ex proceſſu conſtat Iudici de aliquo delicto, illud, nulla præcedente infamia, aut denunciatione, aut querela, inquirere valet, ſiue illud ſit circunſtantia principalis delicti, ſiue ſit crimen omnino diſparatum. Nam, & ſi Sotus oppoſitum ſentiat, nimirùm incidentem cognitionem criminis occulti diſparati ius non præbere Iudici, vt iuſtè de illo inquirat, niſi infamia probata præcedat: hæc tamen communis eſt Doctorum ſententia [b]. Cuius rei ratio redditur à Nauarro. Cùm enim in hoc caſu reperiatur notorietas iuris, quæ ipſi Iudici ex proceſſu iudiciali emergit, quæq; accuſator fictus nuncupatur, ea proculdubio ſupplet vicem infamiæ. Confeſſio enim iudicialis, vt ex iure perſpicuum eſt, notorium iuris inducit [c].

Illud quoque obſeruandum erit: quòd ſi crimen incidenter in iudicio patefactum principalis criminis ſit tantùm aggrauatiuum, in eodem iudicio puniri poterit; vt ſi Iudex de fornicatione inquirens, incidenter cognoſcat mulierē eſſe Rei conſanguineam, aut Monialem; ſi verò aliud crimen eſt à principali diſtinctum, vt ſi inquiſitus de furto reperiatur Clerici percuſſor, vel fornicator, in eodem quidem iudicio puniri non poterit, ſed nouam iudicij telam ex officio exordiri opus erit [d], cum diſparatum crimen diſtinctum iudicium depoſcat.

Poſtremò monet Nauarrus, hæc non tantùm locum ha-

a Roderic. q. 5. ar. 6. tom. 2. Nauar. & cæteri Doctores in c. qualiter, & quando de accuſ.
Inciſa tract. 3. c. 8.

b In l. 2. §. ſi publico ff. de Adult. & l. q̄d euitandi c. de cond. ob tur. cauſ. & l. Pæn. C. ſi aduer. libert. Nau. In rub. de iud poſt n. 86. v. ex quo colligitur.

c Cap fin. extra. de temp. ordin. c. veſtra, & fin. extra de cohab. Cler & mul.

d Nau. rub. de iud. n. 36. v. admoneo tamen.

bere, vbi Reus ipſe aliquod crimen occultum incidenter in iudicio confeſſus fuerit, ſed etiam quando per teſtes in iudicio examinatos incidenter detegitur aliud crimen, vel ipſius Rei, vel alterius, nam cùm indicia iudicialia, vel in iudicio probata pariant notorietatem iuris, quæ eſt fictus accuſator; in ijs proſequendis præcedenti infamia minimè opus eſt, quæ huiuſmodi inquiſitioni viam aperiat, ſed ex teſtium depoſitione Iudex poteſt ad illius criminis inquiſitionem procedere; atque ijdem teſtes, qui de huiuſmodi crimine in priori iudicio depoſuerant, in poſteriori quoque teſtes adhiberi poſſunt. Neque obſtat, quòd notorietas iuris, quę ab ipſis exorta eſt, vice accuſationis fungatur, nã ſi Denunciator à teſtimonio non excluditur, quamuis vicem accuſatoris gerat [a], ita neque, qui crimen incidenter detexerunt in priori iudicio, vim probandi in ſecundo amittunt; tametſi in priori quandam perſonam accuſatoris geſſerint, quæ eſt ratio Nauarri [b]. Quinetiam ex eodem Nauarro [c], ab ipſa communi praxi confirmato, huiuſmodi notorietas delicti, per vnum duntaxat teſtem excitata, ad inquirendũ ſufficit, cùm id fama efficiat, quæ minor eſt notorietate iuris.

a Bart. in l. Diuus n. 14. ff. de custo. Reorum.

b Nau. rub. de iud. n. 91. in fine.

c Nau. Ibid. n. 88.

Poſtremus eſt, cum euidentia, ac ſufficientia adſunt indicia, quibus crimen ab aliquo patratum eſſe proditur: ſi indicia huiuſmodi ſaltem per duos teſtes ſint probata, ea Iudici abſque alia infamia ad ſpecialem inquiſitionem ſufficiunt, vt poſt D. Thomam, Sotus, Rodriguez, Miranda, Leſſius, Nauarrus, Inciſa, & alij docent. Id vero intelligi debet, cùm delictum eſt euidens, & Auctor delicti ignoratur, & adſunt indicia grauia, & ſufficientia contra Auctorem delicti; neque enim tunc huiuſmodi indiciorum infamia Iudici neceſſaria eſt, vt aduersùs inditiatum inquirat, ſed ſatis erit, vt de ipſis indicijs conſtet per aliquos teſtes. Exempli gratia. Cum reperitur cadauer hominis occiſi, & commiſſi delicti patrator ignoratur, ſi patrato homicidio inueniantur in cella alicuius Fratris arma recenti ſanguine aſperſa, qui prius fuiſſet inimicus occiſi: tametſi de illo indicio fama non præcederet, illud tamen indicium ſufficeret, vt Iudex abſque alia infamia aduersùs illum ſpe-

D. Tho. 2. 2. q. 79. ar. 2. Sot. de Iuſt. & iur. l. 5. q. 6. ar. 2. Rodrig. 2. to. qq. Reg. q. 5. ar. 5. Miranda. Ord. iud. q. 6. ar. 8. conc. 1. Leſſius de Iuſt. & Iur. l. 2. c. 29. dub. 16. Nau. in rub. de iud. n. 89. & 96. Inciſa tract. 3. c. 9.

cialem inquiſitionem inſtitueret.

His, & alterum caſum addit Nauarrus, nimirum cùm in aliquo Conuentu conſtat clarè de crimine, ignorato Au ctore, ſi adſit ſuſpicio vehemens maioris partis Conuentus, ſupplet vicem infamiæ[a]. Denique ſi non ad punienda delicta, ſed ad examinanda merita, aut demerita eligendorũ, inquiſitio à Prælato fiat, nulli dubium eſt, minimè opus eſſe, vt infamia huiuſmodi inquiſitionem præcedat[b].

a Nauar. rub. de iud. n 95. pluresque ibi in ſuam ſentẽtiam Doctores citat.

b Leſſius de iuſti. & Iu. l. 2. c. 29. dub. 15.

De inquiſitione mixta ex generali, & ſpeciali. *Cap. VII.*

HIS igitur, quæ ad generalem, & ſpecialem inquiſitionem pertinent, ita explicatis, ſupereſt de mixta inquiſitione pauca duntaxat ſubijcere. Mixtam inquiſitionem ſuperiùs iam eſſe diximus, quæ partim ex generali, partim ex ſpeciali conflatur, quã idcirco ita appellamus, quòd quædam ſit generalis tantùm quo ad perſonas, & ſpecialis quo ad delicta; alia contra generalis quo ad delicta, ſpecialis verò quo ad perſonas.

Porrò in ea duo obſeruanda ſunt. Primum, mixtam hanc inquiſitionem, quo ad vtrumq; membrum, vel ex generali inquiſitione reſultare poſſe; nimirum ſi ex ea per plures teſtes, ac legitimas delictorum probationes, vel per indicia ſufficientia erumpant, quæ viam ad huiuſmodi inquiſitionem aperiant, vel extra generalem inquiſitionem poſſe contingere, nimirum quoties præcedit fama delicti, aut delinquentis, quæ iudicem ad inquirendum excitet.

Secundum, in priori, quæ eſt generalis quo ad perſonas, & ſpecialis quo ad delicta (quæ tunc primùm fit, cùm delictum eſt euidens, ac notorium, & ipſius auctor ignoratur) inquiſitionem duobus modis poſſe à Iudice inſtitui. Primo generaliter, nempe inquirendo in genere, quis delictũ illud cõmiſerit. Secũdo ſpecialiter, an Titius illud perpetrauerit.

Primò modo poteſt Iudex abſque vlla præcedente delinquentis infamia, in genere de auctore delicti inquirere, dũmodò priùs in proceſſu conſtet de corpore delicti[c]. Ratio

c Nau. in c. inter verba con c. 6. n. 15. & in Man. c. 18. n. 38. Innoc. c. Bon. 1. de elect. n. 5. Silu. correc. 5. n. 6. Panor. & Imol. in c. bone 1. de elect. aduerſus Cay et 2. 2. q. 69. ar. 1. & 2. Sotum de ſec. teg m. 2. q. 6. dub: 4 & quoſdam alios.

aperta eſt: nam cùm inquiſitio generalis Iudici nunquam interdicta ſit, vt patet ex cap. in ſingulis de ſtat. Mon. & ex Conc. Trid. ſeſſione 25. c. 8. & 20. eo quòd ex ea nulli irrogetur iniuria: neque vllius fama iniuſtè lædatur: planè exploratum eſt huiuſmodi inquiſitionem, qua generaliter de auctore alicuius delicti inquiritur eſſe generalem, cùm in ea de nullo ſpecialiter inquiritur. Ac proinde Iudicem nullo iure impedit, quò minùs ad eam procedere valeat. Adde quòd infamia ſpecialem tantum inquiſitionem præcedere debet [a]. Ergo vbi nulla eſt ſpecialis, ſed tantùm generalis inquiſitio, ibi nulla præcedente infamia opus eſt. Idque ex communi vtriuſq; tam Eccleſiaſtici, quàm ſæcularis fori praxi confirmatur, in quibus huiuſmodi inquiſitio abſq; vllo diſcrimine fieri ſolet. His aliam quoque rationē addit Leſſius [b]. Niſi enim talis inquiſitio fieret, duo grauiſſima oriiētur incommoda. Primum quòd facinoroſi liberiùs in ſcelera ſe præcipites darent, quæ nulla Iudicum diligentia indagari extimeſcerent. Alterum, quòd populo grauis ſcandali anſa præberetur, ſi Iudicem ad manifeſti criminis inquiſitionem minimè moueri cerneret. Neque obſtat, quòd inquiſitio fiat de ſingulari delicto, ſufficit enim, quòd non fiat de ſingulari perſona. Veruntamen in ea Subditi cautè ſe gerere debent, vt ſi Auctor delicti ita occultus fuerit, vt nulla laboret infamia, crimenq; perpetratum non ſit publicum, & exceptum (in his enim criminibus nulla infamiæ ratio habenda eſt, cùm in publicum Reip. damnum vergant, ſed ſtatim Auctor eſt denunciandus, vt alibi probabitur) eum nullo modo iudicialiter prodant, nè iniuſtè illius famam lædant.

In poſteriori verò inquiſitione, quæ generalis eſt quo ad delicta, & ſpecialis quo ad perſonas, in qua de vnius certæ perſonæ, vel plurium delictis ignoratis generaliter inquiritur; vix caſus dari poteſt [c], in quo hæc inquiſitio practicè exerceatur, præterquàm vel in generali inquiſitione Subditorum, quæ in viſitationibus Generalium, ac Prouincialiū inſtituitur, vel in Syndicatu Miniſtrorum Generalium, Procuratoris ordinis, Prouincialium, ac Guardianorum, cùm ſuo munere defunguntur.

a Cap. quali, & quando, & cap. inquiſitionis extra de accuſ.

b Leſſ. de iuſt. & Iur. l. 2. c. 29. d. 14.

c Roder. to. 2 q. 5. ar. 1.

Cúm

Cùm igitur huiuſmodi inquiſitio à Iudice inſtituenda eſt, nullam opus eſt præcedere delictorum infamiam, ſed ſufficit, quòd Prælatus generaliter Subditos interroget, quo modò ſyndicatui expoſitus in adminiſtratione ſui officij ſe geſſerit; an in Regulæ, ac Conſtitutionum obſeruantia deliquerit, an aliquem Subditorum oppreſſerit, an malis vitę exemplis aliquos affecerit, an crimine aliquo notatus fuerit, ac ſimilibus. Cùm enim hoc inquiſitionis genus à iure diuino ortum habeat, vt perſpicuum eſt ex verbis Samuelis ad populum Iſraeliticum 1. Regum. 12. neque à generali inquiſitione diſtet, eo excepto, quòd in hac inquiſitio contra ſingularem perſonam inſtituitur: eadem in hac inquiſitione tam circa delictorum interrogationem, quàm iudicialem procedendi, formam, ſi grauiora in ea crimina deprehendantur, à Iudice obſeruari debent, quæ in inquiſitione omnino generali ſeruari ſolent. Vtraque enim extra omnem iudicij ſtrepitum fit, quamdiu grauiora ex ijs crimina non erumpunt, quæ ad iudicium impellant.

Quòd ſi nonnunquàm fortè contingeret, vt præcedens duntaxat incertorum delictorum infamia, certas quaſdam perſonas, velut criminum reas, ad iudicis aures deferret. Exempli gratia. Rumor eſt, quòd in tali monaſterio, vel omnes, vel tales multa contra ius, Regulæq; obſeruantiam committant. Primùm quidem Iudex cauere debet, nè facilè vulgi clamoribus moueatur, ſed legum potius auctoritati innitatur [a], præſertim cùm populi rumor facilè ad Prælatorum accuſationē feratur, in quos facilè tumultuatur, idcirco eum potius prudenter ſedare, & ad veritatis notitiā manu ducere, quàm temerè audire debet [b], vulgus enim leue eſt, & facile odio, ac alijs affectibus concitatur, iuxta illud Ethnici.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Pręterea diligenter aduertat, nè inquiſitionem huiuſmodi inſtituat, niſi verè Præcedat infamia; neque tantùm ſimplici infamia contentus eſſe debet, ſed quoniam de re graui agitur, clamoroſam quoque inſinuationem expectet, quæ non ſemel, ſed ſæpius infamiam ad ipſius aures detulerit, ipſam verò clamoroſam inſinuationem non accipiat,

a L. iuſtifi. c. de offic. rec. Prou. & l. decurio C. de pęnis.

b Cap. delendus diſ. 66.

niſi

niſi à probis, & honeſtis viris originem duxerit, duobuſque ſaltem teſtibus probata fuerit; ac tùm demum ad Monaſterium illud accedat, & capitulis ſuper talium infamatorum vita, & conuerſatione formatis, delatoque teſtibus iuramẽto, ſpecialem ſuper his inquiſitionẽ formet, vt ſciat quodnam genus delicti commiſerint, iuxta quorum grauitatem, ac menſuram puniri debeant, In hoc verò proceſſu Iudici ea omnia prȩter interrogationes obſeruanda erunt, quæ in ſolemni, ac ſpeciali inquiſitione ſeruari ſolent. Interrogationes enim fieri debent, non de ſingulari delicto, nimirũ, An N. & N. tale delictum perpetrauerint, ſed tantùm de incerto, nempe, quale delictum commiſſerint.

De ſecundo modo procedendi, qui eſt via Denunciationis. Cap. VIII.

EXPLICATO itaque quid Iudici agendum ſit, cùm via inquiſitionis ex officio procedit. Secundò nobis indagandum eſt, quomodo legitimè via denunciationis ad iudicium progredi valeat, vbi primùm, quid, & quotuplex denunciatio ſit, explicandum erit.

Nota eſt Denunciationis apud veteres Doctores quadripartita diuiſio, nimirum in Euangelicam, Iudicialem, Canonicam, & Regularem, quãm tradunt [a] Panormitanus, Sotus, Syluester, Nauarrus, & alij, in cap. Nouit de iud. & in cap. ſi peccauerit 2. q. 1.

Alijs verò magis placet Denunciationem omnem in duo tantùm membra diſtinguere: nimirum in fraternam, & iudicialem, vt varia nominis vſurpatio, quæ confuſionem inducit, prorſus de medio tollatur, quam ſententiam docẽt D. Antonius [b], Gregorius de Valentia, Rodriguez, & alij quamplures, cui, & ipſi nos quoque noſtros calculos deferimus, vt ſuperuacaneam membrorum multiplicationem, qua animus plerunque obruitur, & defatigatur, & rei ſcientia inuoluitur, deuitemus. Et enim omnibus exploratum eſt, Denunciationem omnem, vel extra omne iudicium

fieri

[a] Abb. in cap. nouit de Iud. Sylu v. Denunciation n. 1. Sotus de ſecr. teg. ß. 2. q 5. Nau. in cap. nouit de iud.

[b] D Anton. 3. p. tit 19. c. 5. Greg de Valentia to. 2. diſp. 5. q. 32. p. 1. Rodrig. to. 2. qq. Reg. q. 6. ar. 1. Miranda in ord. iud. q. 7. ar. 2.

fieri, vel ad iudicium pertinere. Si Denunciatio iudicium excludat, quocunque nomine nuncupetur, ea euangelica, ſeu fraterna appellari debet, ea præſertim ratione, quod hæc omnem Denunciationem complectitur, quę à iudicijs abhorret, & ſolam fratris, iuxta euangelicam doctrinam, emendationem reſpicit. Si verò per ſe ad iudicium ſpectet, iam proculdubio iudicialis eſt, quæ multipliciter à fraterna ſeu euangelica denunciatione differt, vt pleriq; Doctores obſeruant[a]. Primò ex parte finis, qui in vtriſq; eſt diuerſus: finis enim fraternæ, ſeu euangelicæ denunciationi ſola fratris emendatio præſtituitur, vt à culpa reſipiſcat. At iudicialis denunciatio eo ſuapte natura tendit, vt frater ſeruato iuris ordine iudicialiter puniatur. Secundò ex parte actus. Nam denunciatio Euangelica eſt actus Charitatis: Iudicialis verò partim charitatis, partim iuſtitiæ, præſertim verò eſt actus iuſtitiæ. Tertiò ex parte ordinis: ſi quidem Euangelica procedit ordine euangelico, abſque vllo ſtrepitu, ac figura iudicij: ſed iudicialis ordine iudiciali, perſcriptum, ac probationes legitimas. Quartò ex parte termini: quia terminus Denunciationis Euangelicæ eſt fratris emendatio, in qua neceſſariò ſiſtit, & ſi denunciatus frater reſipiſcat, protinus ceſſat: ſin minus, rebellio ipſius exinde pro accuſatore habetur, atque inde forum iudiciale exordium ſumit. Denunciationis autem iudicialis terminus per ſe non eſt emendatio fratris; ſed vt publicum, aut priuatum damnum reſarciatur. Quintò, ex parte obiecti: nam obiectum denunciationis Euangelicæ eſt bonum delinquentis. At iudicialis denunciationis obiectum eſt bonum publicum, vel priuatum ſuiipſius. Denique ex parte obligationis: etenim ad Euangelicam, aut fraternam denunciationem cuncti reſpectiuè tenentur, quoties fraterna admonitio minus iuuat. At verò ad iudicialem non ita: cum plerique ab ea à iure ipſo repellantur, vt infames, &c. neque omnibus denunciare indictum ſit.

Hinc tamen facilè omnibus exploratum eſſe poteſt, denunciationem rectè in Euangelicam, ſeu fraternam, & iudicialem diſtingui: qua diſtinctione quoties de denunciatione nobis agendum erit, paſſim vtemur.

a D. Tho. 22. q. 33. & q. 68. & 69. Saurus l. 10. c. 10. Mirand. ord. Iud. q. 7. ar. 4. Inciſa tract. 5. c. 2. Ioſeph. & S. M. Trib. Rel. tract. 2. c. 7. Aret. prac. crim. c. 9. Ghil. c. 16.

Denunciatio Euangelica, ſeu fraterna quid ſit, & quomodo ſit adhibenda. Cap. IX.

EVANGELICA igitur ſeu fraterna denunciatio, vt ex communi Doctorum ſententia colligitur, eſt criminis apud Iudicem, & Patrem delatio ad fratris emendationem, quæ in fraterna correptione prius obtineri non potuit, potiſſimùm inſtituta, iuxta euangelicam doctrinam Matthæi 18. *Si te non audierit, dic Eccleſiæ.*

Hinc tria colligimus. Primum hoc Denunciationis genus ad charitatis, non Iuſtitiæ virtutem pertinere; atque adeò Euangelicam denunciationem proprium charitatis actum eſſe, ob id potiſſimùm, quod Euangelicus Denunciator fratris crimen Iudici tanquam Patri denunciando, nihil præterquàm illius emendationem paterna Superioris correptione præſtandam in animo verſet. Ex quo facilè elici poteſt ad Euãgelicum Denũciatorem ſpectare tam leuia fratris crimina ad Iudicem corrigenda deferre, dummodò id extra omne iudicium, & ex charitate fiat, quàm grauiora, & grauiſſima apud eundem tanquàm Patrem paternis tantum correptionibus arguenda denunciare; cùm in vtriſque charitas ad denunciandum moueat, nec vlla fratris punitio, quæ ad Iuſtitiam pertinet, in hac denunciatione prætendatur.

Secundum eſt. Ad Euangelicam Denunciationem id ſemper requiri; vt eam ſecreta, ac fraterna admonitio præcedat: niſi paterna Iudicis correptio magis delinquenti profutura credatur: vt cõmuni ſenſu tradunt Doctores [a]. Cùm enim ordo fraternæ correptionis à Chriſto inſtitutus cadat ſub præcepto, vt exploratum eſt ex Theologorum ſententia [b], quoties nihil impedit, is profectò neceſſariò ſeruandus eſt, ac proinde fraternam Denunciationem ſecreta admonitio debet præcedere.

Poſtremò colligimus Euangelicã Denunciationem tam in leuibus, ac grauibus, quàm in grauioribus, ac grauiſſimis

a D Tho. 2. 2. q. 33 ar. 6 & quodl. 4 Sot. in 4 d 19. q. 1. Nauar.

b D. Tho. 2 2. q 33 ar. 7. Banne z ibid Albertus Mag in 4. d. 19. ar. 21 Ricar. d. eadem ar. 1. q. 1. Paludan. q 4. Durandus q. 4. Greg. de Valent. to. 3. diſp. 1. q. 10. p. 5.

mis criminibus toties adhibendam eſſe, quoties vel ex fraterna admonitione fratris emendatio deſperatur, vel Prælati, vt Patris correptio delinquenti magis profutura creditur; eo tamen diſcrimine, quòd cùm de maioribus criminibus agitur, ea ad illa duntaxat delicta ſe extendat, quæ occulta ſunt, & in Religionis, vel graue alterius damnum nõ vergunt; nam crimina excepta, quæ ad publicum, vel vnius, vel multorum damnum tendunt, ſi alia ratione impediri non poſſunt iudicialiter denunciari debent, vt inferius explicabimus, cùm de iudiciali denunciatione agemus.

Hinc tamen liquidò conſtat fraternam admonitionem iuxta Euangelicam normam ſemper Euangelicam Denunciationem præcedere debere, ſi ea profutura credatur. Cùm enim proximi fama, quoad fieri poteſt, ſeruanda ſit; ſi delinquens Frater ſecreta admonitione emendandus ſperatur: cur fraterna admonitione prætermiſſa præter Euangelicũ ordinem ad Prælatum defertur? cùm ex huiuſmodi denunciatione non parua proximi famæ macula inuratur?

Quamobrem Prælato in generali inquiſitione præcipienti, vt ſibi Subditorum crimina pandantur, vel vt Patri, vel vt Iudici prudenter parendum eſt, ſi admonitio ſecundùm Euangelicam Regulam præceſſerit[a]. Neque ratio moderni cuiuſdam Doctoris quicquam ponderis ſibi vendicat, qua ità in Sotum inſurgit. *Nam ſi Dominus præciperet, quod peccatum non denuncietur Prælato tanquàm Patri ante præuiam monitionem: ſequeretur, quòd nemini liceret, in aliquo caſu ante monitionem illud denunciare Prælato tanquàm Patri.* Præceptũ enim correctionis fraternæ, quemadmodum; & ordo in eo à Chriſto præſcriptus, qui ſub eodem præcepto cadit, non ſunt præcepta negatiua, vt Doctor ſupponit, ſed affirmatiua, quæ non ita ſemper homines ad ſui ipſorum obſeruantiam adſtringunt, quia ſi aliquod impedimentum adſit, vel præſtantius aliquod bonum amplectendum ſe offerat, vel tandem aliqua iuſta ratio exigat citra culpam prætermitti non poſſint. Quapropter ruit illius conſequẽtia, qua id ſequi contendit: quòd nemini liceret in aliquo caſu ante monitionem fratris crimen denuntiare Prælato: cùm id minimè ſequatur. Quinimò potiùs hoc pacto infe

a Franc Aret. in prac. crim. c. 4. in addit. Sot. de reg ſecre. m. 6. q. 2.

rendum eſt. Chriſtus modum, & ordinem fraternæ correptionis clariſſimè præſcripſit in Euangelio, vt ſcilicet frater, qui emendādus creditur, priùs ſecreta correptione admoneatur, quàm ad Prælatum corrigendus deferatur: ergo nemini licet, Euangelico ordine prætermiſſo, huiuſmodi ad Prælatum immediatè etiam tanquàm ad Patrem deferre, quando ſecreta admonitione æquè illi prodeſſe putatur. Quapropter vel huiuſmodi Prælatorum præceptio benignè interpretanda eſt, vt ſcilicet vel Euangelij ordinem ſeruari ſupponat, vel in eo tantùm caſu locum habeat, cùm paterna Prælati correptio efficacior ad fratris emendationem eſſe creditur.

Hæc autem intelligenda ſunt in criminibus tantùm grauioribus, & grauiſſimis, vt dictum eſt, cùm fratris delinquentis fama denunciando periclitatur, nam leues culpæ nulli dubium eſt, quin ſtatim ad Prælatum deferri poſſint, cum enim ad huiuſmodi culpas fraternæ correptionis præceptū minimè ordinetur, ea proculdubio in his abſq; culpa omitti poterit.

Quoad verò ad eam quæſtionem attinet, qua aliqui percunctantur, An Prelato præcipienti vniuerſa fratrum crimina ad ſe vel vt ad Iudicē, vel vt ad Patrē deferri, Subditus in eo caſu obedire teneatur, quo iam correctū Fratrem videt, an ipſius iam correcti crimen eidem tanquàm Patri denunciare teneatur: quam quæſtionem exagitant Ricardus in 4. d. 19. q. 1. Angelus v. Denunciatio. Sotus de ſecr. teg. q. 4. m. 2. conc. 4. dub. 3. Nauar. in Man. c. 34. nu 73. eam facilè diſſoluimus; nam frater, vel ita perfectè correctus eſt, vt non ſolum à crimine reſipuerit, verum, & occaſiones recidiui iam pro viribus deuitet. Hoc pacto certum eſt correctum Fratrem minimè Prælato denunciandum eſſe; cum enim paternæ correptionis finis, vt docent Nauarrus, & Sotus, locis ſupra citatis, ſit ipſa fratris correptio, ſi iam perfectè correptus eſt, quorſum Prælati correptio neceſſaria erit? Neque obſtat, quod quidam aiunt, correcti fratris denunciationem non parùm ad Prælati regimen conferre: cùm ex ea pecoris ſui vultum agnoſcat. Neq; enim, vt Apoſtolus ait, facienda ſunt mala, vt eueniāt bona. Por-

rò

rò malum eſt, quòd frater perfectæ correctus Prælato denuncietur: quod ex multiplici capite euincitur. Primò namq, finis huiuſmodi denunciationis eſt fratris emendatio, quo habito ea ceſſare debet. Igitur à fine exorbitat, qui fratrem poſt emendationem denunciat, quod ſanè malum eſt. Præterea denunciationis materia, ſiue obiectum, eſt crimen emendandum: vt ex omnium Doctorum ſententia liquidò conſtat, qui Denunciationem Euangelicam ad delictorum emendationem inſtitutam eſſe docent. At crimen emendatum non eſt crimen, ſaltem denunciabile: Ergo qui huiuſmodi crimen denunciat, præpoſterè agit, cum abſque debita denunciationis materia denunciet.

Denique Chriſti vox eſt in Euangelio. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum:* atque ibi ſiſtit, neque vlteriùs ordinem correctionis extendit. Malè igitur à Chriſti regula recedunt, qui fratris lucro non contenti ipſum iam lucratum fratrem Eccleſiæ quocunque titulo denunciant.

At verò ſi frater non adeo perfectè correctus euaſit, vt cauſas omnes recidiui præciderit, ſed adhuc inter occaſiones, & pericula recidiuandi verſetur: tunc propter euidens periculum imminentis ruinæ, vt Patri, Prælato denunciandus erit, ne in crimen iterum impingat, & hoc ſenſu intelligendi ſunt Ricard. & Ang. cùm neceſſariam huiſmodi denunciationem eſſe affirmant.

De Denunciatione Iudiciali, & in quo ab Accuſatione differat, & quot de cauſis fiat. Cap. X.

PORRO altera Denunciationis ſpecies eſt, quæ iudicialis appellatur. Ea verò eſt, qua crimina Prælato, vt Iudici manifeſtantur, abſque vlla prætēſione, aut iure actionis, ſed merè, ac præciſè ad excitandum Iudicem, vt ipſe pro arbitrio ſuo, iuris ordine ſeruato, inquirat, corrigat, & prouideat, prout de iure illi expedire videbitur. Cùm verò hæc ſola ſit, quæ Iu-

dicem

Digitized by Google

dicem excitat, & viam ad ſpecialem inquiſitionem præparat in ea explicanda pauló diutius immorandum erit.

Tria igitur in hac re expendenda ſunt. Primum, quænã ſit huius Denunciationis natura, & quomodo ab Accuſatione differat. Secundum, quid denuncians ante Denunciationem obſeruare debeat. Tertium, quænam ſit Iudicis officium, cùm via Denunciationis procedit.

A primo igitur auſpicantes obſeruandum eſt, hanc eſſe huius iudiciariæ Denunciationis naturam, vt Iudicem tantummodò excitet, quo ex officio contra denunciatum procedat, quò fit, vt in ea Iudex non procedat ad inſtantiam partis, nec denunciator partem in iudicio ſumat: ſed Iudicis arbitrio, ac conſcientiæ vniuerſa relinquat, vt tradunt communiter doctores [a]. Ex qua facile colligimus Iudicialem Denunciationem nihil aliud eſſe præterquàm alicuius criminis apud Iudicem delationem, ad aliquod publicum, vel priuatum damnum reſarciendum, inſtitutam.

a Doctores in cap. ſuper his & c. cum dilectus de accuſat. & c. nouit de Iudicijs.

Hinc perſpectum eſt, quidnam inter Denunciationem, & Accuſationem diſcriminis intercedat; de quo agunt Doctores in cap. Super his. de Accuſ. Summiſtæ in v. Denunciatio [b]. Sayrus, Miranda, Rodriguez, & alij. Primum namque diſcrimen eſt, quòd Denunciatio iudicialis, eſt mera criminis manifeſtatio ſine aliqua actione: Denuncaitor enim tantummodò crimen iudici manifeſtat, vt Iudex ex officio præſtet, quod ſibi ſecundum iura viſum fuerit: quo fit, vt in denũciatione Iudex nõ procedat ad inſtantiã partis, ſed tantùm ex officio: nec Denunciator Actor dici poſſit. At verò Accuſatio eſt delatio criminis cum actione, qua à Iudice petitur, vt Reum puniat; atque adeò Iudex in accuſatione ad inſtantiam partis procedit: ex quo Accuſator verè Actor eſt in iudicio. Secundum Accuſator ſuſcipit onus probandi, & accuſationem proſequendi vſque ad finem, Denũcians vero nullis probationibus ſeipsũ ſubijcit, ſed viã tantummodò ad iudicij probationem ſternit. Tertium Accuſator tenetur teſtes in iudicio producere, Denunciator verò tantum proponere, vt deinde à Iudice vocari, & examinari queant. Quartum Accuſator in probatione deficiens pœna talionis mulctari debet, vt habetur cap. cum di-

b Sayr. in Clau. Reg. l. 12 c. 11. Mirã. ord. iud. q. 12. ar. 2. Rodrig. to. 2. q. 6. ar. 1.

lect. de calumniator. At vero denunciator, cum probationem criminis proſequi non teneatur, niſi omnino falſum denunciaſſe deprehendatur, nulla pœna plectendus eſt, tametſi crimen in iudicio improbatum maneat. Quòd ſi falſum ſciens, ac prudens depoſuiſſe deprehendatur, pœna iudici arbitraria puniri debet, vt in noſtro procedendi modo cautum eſt. Quintum iudex denunciatum iudicialiter punire non poteſt tota pœna legis: non ita accuſatum, cui totam pœnam à lege conſtitutam neceſſariò debet imponere. Sextum, denunciator quandoquidem partem in iudicio non induit, in iudicio teſtes eſſe poteſt, niſi propriam cauſam proſequatur. Accuſator verò à teſtimonio in ſua cauſa ferendo repellitur, cum nullus Accuſator, & teſtis eſſe poſſit. Poſtremum, finis accuſationis eſt vindicta legis: At denunciator non tendit per ſe ad vindictam legis, aut punitionem publicam, ſed ad excitandum iudicem, vt bono publico, vel priuato proſpiciat.

Cœterum quamquam denunciatio non ſolum publico ſcripto, ſed etiam per literas fieri poſſit: Ea [a] tamen per literas ſine nomine Auctoris directas fieri prohibetur tametſi in ipſis teſtes nominētur. Proceſſus [b] enim ſuper huiuſmodi literis formatus, eſt iure ipſo nullus. ex c. Inquiſitione §. tertio de Accuſat. Cuius rationem reddit Panorm. Si quidem huiuſmodi literæ ſine Auctoris nomine ſcriptæ, neq; Accuſationis, neq; Denunciationis vicem ſupplent, neq; vllam infamiam irrogant, quæ inquiſitioni viam aperiat. At [c] cum certum ſit iudicium omne, vel ab Accuſatione, vel à denunciatione, vel ab inquiſitione cum præcedenti infamia, vel aliquo quòd infamię locum ſuppleat, oriri debere: hinc [d] perſpicuum eſt proceſſum in his fundatum nullum prorſus, ac irritum eſſe.

Poſtremò Denunciationem tribus de cauſis inſtitui ſolere, exploratum eſt. Prima eſt ad reſarciendum denunciatoris damnum, quòd alia via reparari non poteſt. Secunda, Ad aliquem à dignitatibus excipiendum: Cuius electio totius Prouinciæ, aut Religionis corpore pernicioſa foret. Tertia, Ad publica, vel priuata damna, aut ſcandala euitanda de quibus ſingillatim differendum eſt.

a Abb. in c. licet à beato de Accuſ. nu. 2. & in cap. dilect. eodem tit. n. 3.

b Clar. q. 5. V. Scias. igitur & Roder. to. 2. q. 6. à 10.

c cap. fin. de Accuſ.

d D. c. inquiſ. & cap. qualiter & quando el. 2. de Accuſ.

Primùm, denunciatio quæ à denunciatore ad ſuiipſius damnum inſtaurandum inſtituitur, quandoque criminalē, interdum verò ciuilem tantum actionem inducit: iuxta damni genus, ac naturam, quód ſibi inſtaurandam contendit. Plerumq; enim accidit, vt quis de illata ſibi iniuria, aut contumelia, aut vulnere per denunciationem apud iudicem conqueratur, ac tunc actio criminoſa eſt. Interdum vero de re ſurrepta in denunciatione agitur, quam quis ſibi reſtituendam proſequitur; vt puta cum denunciator ſibi ſua ſcripta; Quadrageſimalia à iudice reſtitui contendit, quæ ab altero per vim retinentur. Porrò cum hoc damnum tantū ciuile ſit, ciuilem tantummodo actionem inducit; quo fit, vt tota cauſa ciuilis nuncupetur.

Verum Iudex animaduertat cauſam non tam ob ſubiectā materiam de qua in iudicio agitur, quàm ex fine quem denunciator expreſsè in denunciatione intendit, Ciuilem, aut criminalem fieri, ac denominari: Et enim fieri poteſt, vt Res de qua in iudicio agitur ad crimen pertineat, quia tamen finis denunciationis in ciuili tantum actione ſiſtit, totū iudicium ciuile cenſendum ſit, vt quando denunciatio coram iudice fit ad aliquem à dignitatibus excipiendum, aut expellendum ob aliquod crimen ab ipſo commiſſum quod in iudicio agitatur.

Idcirco Iudex prudenter cauere debet ne in huiuſmodi criminale iudicium cum ciuili confundat, vel ad criminale iudicium, niſi noua Iudicij tela exorſa procedat quem pertexere poterit ex officio de ipſo delicto inquirendo per depoſitiones Teſtium, qui in denunciatione examinati fuerūt: Ita fiet, vt cauſa quæ ex denunciatione erat ciuilis, ex inquiſitione iudicis criminalis fiat. Hoc pacto denunciatus non ſolum condemnari poterit ad reſtitutionem Quadrageſimalis, verumetiam ad pœnam furti, vel à dignitate aliqua conſequenda repelli, ſed etiam ob crimen puniri.

Cœterum ſi denunciatio fiat ad aliquem à dignitate excipiendum ea duobus modis poteſt contingere. Aut enim denunciator contra eligendum, aut contra electum excipit; Quocunque modo excipiat. Actio, quę à denunciatore intentatur eſt ciuilis, quæ tamen per nouam iudicij telam ex

criminis

criminis probatione à iudice exorſam (vt diximus) ad criminalem transferri poteſt.

In ea verò obſeruandus eſt ordo à patribus præſcriptus, de quo in fine capitis Quintidecimi agetur. Aliquod quoque diſcrimen agnoſcendum eſt inter eum qui contra eligendum excipit, ne eligatur, & eum qui contra iam electũ, & confirmatum exceptionem proponit, vt ab officio, ac dignitate remoueatur: præſertim ſi Denunciator inſtet in cauſa, & Accuſatoris quodammodo perſonam induat. Nã ſi contra eligendum excipiat, nec delictum ſaltem ſemiplenę probet, pœna aliqua plectendus eſt, ne huiuſmodi calumniatoribus fores aperiantur: mitiori tamen quam ſi contra electum exciperet. At verò ſi contra iam electum, & confirmatum excepiſſet, nec delictum probaſſet, pœna grauiori, ac extraordinaria plecti debet, eo quod ius acquiſitum, electo ſubripere vellet. Elicitur hæc doctrina ex cap. ſuper his de Accuſ. Speculat. 3. part. tit. de except. Claro l. 5. q. 19 §. fin. Villag. l. 3. tract. de Except.

Poſtremo cum denunciatio, vel ob publica, vel priuata damna, ſeu ſcandala tollenda fit, in ea pleraq; tàm circa Denunciatoris perſonam, & officium, quàm ipſum denunciandi modum, ac cœteras circunſtantias obſeruanda ſunt, quæ ſequentibus capitibus explicanda erunt.

De perſona, ac munere Denunciatoris. Cap. XI.

COETERVM quòd ad Denunciatorem attinet omnium Doctorum ſententia receptum eſt. Denunciatorem bonæ famæ eſſe debere, qui enim infamis eſt, ac maleuolus, aut alioqui omnium iudicio improbus à denunciando repelli debet, niſi denunciatio de criminibus publicis, & exceptis fiat, quo caſu etiam infames admittuntur, vel niſi denuncians ſuam proſequatur iniuriam, tunc enim omnes denunciare queũt; in cœteris verò par eſt Accuſatoris, & denunciatoris conditio, qui enim ad accuſationem non admittũtur ab huiuſ

modi quoque denunciatione repelluntur[a].

Denunciator præterea ſub præcepto non tenetur denunciare niſi publica delicta, quæ in graue Reipublicæ, vel Religionis, vel aliorum detrimentum vergunt in quibus fraterna correctio minus valere exiſtimatur. Qui[b] enim eiuſmodi crimina non denunciaret eorum ſe participem efficeret, vt tradunt[c] Innoc. Panorm. Adrianus, Nauarrus, Syluester, Medina, & alij. Imò eadem pœna delicti, vel ſaltem extraordinaria plectendus eſſet, iuxta communem opinionem, quam docent[d] Clarus, Cornelius, Bartolus. Ratio expreſſa eſt in c. Quantæ extra de ſenten. Excō. Qui enim non obuiat manifeſto delicto, cùm commodè poſſit, præſumitur opem ferre. Id tamen intelligendum eſt, niſi graue denuncianti damnum immineat, tunc enim à denunciatione abſtinere poteſt, vt conſtat ex cap. hoc vi detur 22. q. 5. & ex communi Doctorum ſententia[e].

Porrò in cœteris delictis priuatis, quæ delinquenti tantùm nocent, lex denunciandi eatenus cuilibet impoſita eſt, ſi poſt fraternam admonitionem, & Euangelicum ordinem à Chriſto inſtitutum iuxta prudentiæ Regulas obſeruatum, delinquens à crimine non reſipuerit.

Verùm vt luculentiùs pateat, quænam publica, aut excepta crimina, & quæ priuata dicantur, id obſeruandum eſt ex communi Doctorum ſententia[f]. Priuata crimina ea eſſe, quæ in propriam tantùm, ac priuatam delinquentis perniciem vergunt. Qualia ſunt peccata Gulæ, Superbiæ, Iræ, ac ſimilia, ex quibus nullum Reip. ſuaptè natura damnum infertur. Publica verò aut excepta crimina ea tantùm nuncupari, quæ atrocia ſunt, & in publicum Reip. detrimentum vergunt. Hæc verò vt plurimum ſunt. Primo Crimina Læſæ Maieſtatis diuinæ, vt hæreſes, blaſphemiæ, euerſiones templorum, & imaginum, furtum notabile rerum Eccleſiæ, Sacrilegia, violatio immunitatis Eccleſiaſticæ, profanationes ſacrorum locorum, ac ſimilia. Secundò Crimina Læſæ Maieſtatis humanæ, qualia ſunt, conſpirationes in Principem, percuſſio, vulneratio, homicidiū eiuſdem, Rebelliones, Proditiones, furtum publici ærarij, latrocinia publica, homicidium viri eminentis, à quo ſalus

a Cap. qui ſin. 3. q. 3. & c. cum dilectus de Accuſ. glo. in ſub. 2. q. 8. & c. in o... ri negotio de teſt. & confirmant Barto. in l. Diuus nu. 7. ff. de cuſt. reo. Spec. tit. de renunciat. §. quis poſſit denunciare V. Canon. quoq; Diaz. in trac. crim. Canon. c. 6. Salyc in l. ea quidem cap. de Accuſ. Clar. q. 7.

b D. Thom. 22. q. 33. ar. 7. Nau. in Man. c. 2. 14.

c Innoc. in ca. qualiter, & quādo de Accuſ. Panor. in c. cū dilect. de exceſſ. Prel. Adrian. in 4. de reſtit. q. 6 Nau. in Man. c. 18 n. 54. 56. Syl v. de reſtit. Medin. de reſt. q. 3.

d Clar. q. 34. Cornel. in l culpa caret n. 21 ff. de reg. iur Bar. in l verum ff. ad legē Pōpeij de Parricidijs.

e Sylu. v. Denūciatio, & alij Summiſtæ eod. Mirand. ord. Iu. q. 1. ar. 3. Sayr. Cla. reg. l. 12. c. 14. Bertus in praxi Crim. tit. 7. de Accuſatione c. 11.

f Gloſ. in Rub. 6. q. 1. Villag l. 1. cap. 2. conc. 2. Direc. inq. 3. p. q 67 Fari q 49. nu. 1. Sotus de teg ſec. m. 2. q.

Reip. potiſſimùm pendet, atque alia huiuſmodi. Tertiò Crimina Parricidij, Matricidij, vis publicis Miniſtris illatæ, extractionis annonæ, ac ſimilium, ſi Lege ſtatutum ſit, vt publica habeantur: atque hæc quidem communia ſunt. 4.Rodrig. to. 2. q 5.ar.6 Mirād. ord.iud.q 2.ar. 2. Ghisl. c. 14. nu. 26.

Quòd ſi quæratur, quænam apud Regulares, & præſertim apud nos Capuccinos, pro publicis, & exceptis criminibus præter hæc haberi debeant. Dixerim profectò, primò inter crimina læſæ Maieſtatis diuinæ præter enumerata, reponenda eſſe maleficia, ſortilegia, Magiam, pactiones omnes cum Diabolo, ac magicas omnes Sacramentorum profanationes. Secundo inter Crimina læſæ Maieſtatis humanæ collocanda eſſe conſpirationes in corporale damnum Generalium, ac Prouincialium Miniſtrorum, ac eorundem Delegatorum, in Procuratorem ordinis, in Diffinitores, Cuſtodes, Guardianos, ac ſuperiorem locorum eorundem percuſſiones, vulnerationes, & quod abſit homicidia, Subornationes in electionibus, tàm localibus, quàm capitularibus, Simonias. Tertiò inter crimina atrocia, quæ Religionem deturpant ſtatuenda eſſe, aggreſſiones ferro factas, graues fratrum percuſſiones, homicidia. An verò inter hæc enumeranda ſint peccatum nefandum, & fornicatio ſequenti capite expendendum erit.

An crimen nefandum, & fornicatio apud Regulares inter crimina excepta collocanda ſint, quæ abſque præuia admonitione Iudici ſunt denuncianda. Cap. XII.

ILLVD imprimis in hoc capite, velut certum ſupponendū eſt, quod in poſteriori fusè explicabitur: nimirum in his criminum generibus, quæ publica, & excepta dicuntur, fraternam admonitionem, quæ denunciationem iudicialem regulariter præcedere debet, neceſſariam non eſſe; ſed ſimulatq; ea certò

machinari deprehenduntur, Iudici eſſe denuncianda.

Hoc itaque conſtituto. Ratio, quæ in propoſita quæſtione dubitationem mouet, hæc eſt. Nam cùm exploratum ſit hæc crimina per ſe in commune Reip. aut Religionis damnum non tendere: neque corporale alterius detrimentum pro obiecto ſibi vendicare: priuata potiùs quàm publica, & excepta eſſe videntur, quibus præuia admonitio debetur. Huic ſententiæ videntur adſtipulari Rodriguez,[a] & alij nonnulli.

Verùm plerique alij oppoſitum ſentiunt: inter quos ſunt Ludouicus[b] à Miranda, Ioſephus Alderete Societatis Ieſu, qui in hanc ſententiam citat D. Thomam in 4. diſt. 19. q. 2. ar. 3. ad 2. & quodlib. 11. ar. 13. S. Antoninũ 2. p. tit. 19. c. 6. §. 6. v. Notandum, Gabrielem in Canon. Miſsæ lect. 74. lit. 5. S. Angelicam v. Denunciatio, & Nauarrum conſ. 2. de Accuſat. Eandem ſententiam docent Valerius Carthuſianus, Ioannes Ximenes, Ioſeph de S. Maria, Aretinus, & alij, quos inferiùs recenſebimus, qui fornicationem inter ea crimina reponunt, quæ in totius Religionis damnum vergunt, ac proinde Iudici abſque vlla præuia correptione denuncianda cenſent.

a Rodrig. t. 2. qq. Reg. q. 5. ar. 6. Bertus in praxi crim. tit de denuntiatione. cap 11.

b Mirand, ord. Iud q. 11. ar. 2. Alderete l. 1. de Diſcip. tuenda, c. 5. §. 4. nu. 29. & 30. Valer de Diff. inter vtrũque for. v. Inquiſitio n. 6. Ximenez in Declar. Reg. c. 10. q. 2. con. 3. n. 17. Ioſeph. de S. M. Trib. Relig. tra 2. c. 3. § 2. Aret. in prac. crim. c. 11. in addit.

Hic itaque tria imprimis ſtatuenda ſunt. Primum, quod ex communi omnium fere Theologorum doctrina receptũ eſt: nimirum Religionis ſtatum, quandoquidem perfectione, ac dignitate Sæcularium hominum ſtatum antecellit, eò faciliùs Religioſorum ſceleribus maculari, quò minora crimina ad eum deturpandum ſufficiunt quò fit, vt non modò ex Hæreſis, Proditionis, Homicidij, ac alijs criminibus, quæ apud ſæculare forum excepta ſunt commune Religionis bonum periclitetur, ſed ab his etiam, quæ grauiora in Religione reputantur, ex quibus graue ſcandalum ſiue apud ſæculares, ſiue apud Religioſos viros oriri poteſt, vel probabiliter ſcandalum timetur, famæ iacturam patiatur: Hanc doctrinam diſertè tradit Suarez[c] his verbis. Aduertendum eſt, inquit, vt peccatum aliquod Religioſi iudicetur grauiter pernicioſum Religioni, non oportere, vt ſit Hæreſis, aut Proditio, &c. Sed ſatis eſt, ſi ex illo graue ſcandalum oriatur ipſis Religioſis, vel ſi ſit morale periculum, vt ex tali

c Suarez de fide, ſpe, & charitate diſp. 8. de prac. char. ſect. 6. nu. 11.

peccato

peccato grauis oriatur infamia corpori Religionis. Cui adſtipulatur[a] Thomas Sanchez de pręceptis Decalogi ita ſcribens. Grauia Religioſorum delicta redundant in maximū Religionis detrimentum, cedunt etiam in totius Religionis infamiam. Eandem tuentur Ribadeneyra in ſuo Satisfactorio, Emanuel Sa in Aphoriſmis: ac reliqui Doctores ſuperiùs citati.

a Sanchez to. 2.l.6.c.56.n.50. Ribade. in ſatisfac.c.34.§.la 4. Sa v. Correctio n.5.

Hac igitur Doctrina, quæ vera, ac certa eſt, prælibata, Secundum ſtatuendum eſt, nempe nulli dubium eſſe, quin crimen nefandum, & fornicatio inter grauiora ſcelera recenſeantur, ex quibus graue tum in Religioſos, tum in Sæculares viros ſcandalum inuehitur, & maxima Religioni infamia inuritur, ea præſertim ratione, vt docent[b] S. Auguſtinus, & S. Bonauentura, quod hæc crimina à Sæcularibus viris non tam ſingulari illi delinquenti, quàm toti Religioni tribuantur, quam eadem macula conſperſam eſſe ſibi perſuadent.

b S. Augu. Ep. 137. S. Bonau. in Exp. Reg. q. 11.

Tertium, quoque ſtatuendum eſt, nempe bifariam dici poſſe, quòd crimen aliquod in perniciem Reip. tendat, Primò immediatè, ac per ſe. Hoc pacto illa, ac ſola delicta in perniciem publicam vergere dicuntur, quæ ſuapte natura contagioſa ſunt, & damnum, ac ruinam Reip. moliuntur; qualia ſunt Hæreſis, Proditiones ciuitatum, &c. vt docent Rodriguez[c], & Miranda, cuius hæc ſunt verba. *Propriè, & in rigore loquendo illa, & ſola peccata in perniciem publicā eſſe cenſentur, quæ habent pro obiecto proximo bonum publicum, & quæ ex genere ſuo ſunt contagioſa, & contaminant ipſam Rempublicam.*

c Rod. to. 2. q. 5. ar. 6. Mirand. q. 11. ar. 2.

Secundo mediatè, & quodammodò per accidens: reſpectu ſcandali, quod ex ipſo oritur, & infamiæ, quę in Religionem redundat, quoties ad aliorum notitiam peruenit. Hac ratione fornicatio, ac peccatum nefandum, quoties morale periculum publicationis imminet, in publicam Religionis perniciem eſſe cenſentur, vt apertè ſentiunt Rodriguez, Miranda Ximenez, Valerius[d] Carthuſianus, qui ita ſcribit. *Fornicationes in Religioſis, vbi timeri poteſt publicatio, puto vergere in damnum totius Religionis.*

d Valer. de diff. vtr. for. v. Inquiſitio diff. vlt.

His accedit, quòd huiuſmodi crimina ſuapte natura con-

tagioſa

tagioſa ſint, vt notant Suarez, Sanchez, & Alderete locis citatis, & in ſpiritualem alterius perniciem tendunt, ex quo facilè, vt Cancer ſerpunt, atque inde non leue periculum imminet, ne totam Religionem commaculent; vnde facilè conſequitur ea totius Religionis corpori pernicioſa eſſe, neque ab his diſſentit [a] Rodriguez in ordine iudiciali, vt inferiùs explicabitur. Ex his colligimus hæc duo crimina ex duplici capite contra bonum commune Religionis pugnare. Primò, quia ſcandaloſa, Secundò, quia aliorum ſubuertiua eſſe euincuntur.

[a] Rodrig. ord. Iud. c. 3. n. 6.

His ita conſtitutis, dico primò Crimen nefandum, & fornicationem, qua parte in graue tum Religioſorum, tum Sæcularium virorum ſcandalum redundant, inter publica, & excepta crimina reponi debere, ac proinde Iudici abſque fraterna correptione denuncianda, dummodò morale periculum ipſorum publicationis immineat. Declaratur concluſio. Vtrumq; enim crimen in duplici ſtatu conſiderari poteſt. Primò, quatenus ita occulta ſunt, vt nulli præter quàm delinquentibus ſint perſpecta, nec probabile vllum periculum adſit, vt ad aliorum notitiam deueniant. Altero, quatenus eadem crimina ita ſunt in via ad publicationē, vt probabile ſit ea in aliorum notitiam eſſe deuentura.

Primo modo cùm moraliter ab his criminibus ſcandalum abeſt, nulla ratio eſt, cùr ex hac ſaltem parte inter publica crimina recenſeri debeant. At Concluſio ſecundo modo procedit: nimirum ſi hæc crimina ſint in via ad publicationem: tunc enim inter publica crimina haberi debent, quæ cùm in totius Religionis perniciem vergant, abſque præuia admonitione Iudici ſunt denuncianda. Atque in hac Concluſione conueniunt omnes Auctores ſuperiùs adducti Miranda, Alderete, Valerius, Ximenez, Ioſeph à Sancta Maria, Aretinus, & Rodriguez locis citatis.

Quòd ſi quæratur, qua ratione euinci queat ea delicta eſſe in via ad publicationem. Reſpondetur id ex perſonarũ, loci, ac aliarum circunſtantiarum conditionibus pendere, quę ab vno quoque prudenter expendenda ſunt [b]. Quidam tamen aiunt, tunc morale periculum eorum publicationis impendere, vbi vnus, vel alter Sæcularium, aut Reli-

[b] Alderet l. 1. de Diſc. tu. c. 5. §. 4.

gio-

gioſorum crimen reſciret.

Dico ſecundò. Crimen nefandum, & fornicationem, qua parte ad aliorum ſubuerſionem tendunt, inter crimina publica cenſenda eſſe, atque adeò abſque præuia admonitione ad Iudicem deferenda. Quam Concluſionem tradunt inter alios Alderete, Sanchezius, & Aretinus locis ſupra citatis. Cuius concluſionis ratio ex Apoſtolo deſumi poteſt. Cum enim dicat Apoſtolus. *Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit*: quandoquidem hæc crimina ex ſuo genere contagioſa ſunt, & in aliorum ſubuerſionem tendunt (qui enim huiuſmodi vitijs obſtrictus eſt, regulariter nititur plures corrumpere) Hinc liquidò conſtat huiuſmodi crimina inter publica, & excepta collocanda eſſe, quæ ſtatim abſque fraterna correptione Iudici denunciari debent.

Hic tamen lubet inter huiuſmodi criminoſos diſtinguere, ſunt enim, qui fragilitate potiùs, quàm peccati libidine ducti in huiuſmodi crimina incidunt; quos non captata, ſed oblata occaſio illis peccādi anſam præbuit: Alij verò ſunt, qui ex malitia peccantes diù in animo delictum verſant, cogitatione nutriunt, libidine decoquent, & vndique lapſus occaſiones quærunt. Ego quidē priorum crimē ad ſubuerſionem minimè tendere exiſtimauerim, ac proinde nec inter publica crimina recipiendum, nec ſtatim Iudici denunciandum eſſe ſenſerim, cum ſubuerſio conſummatam malitiam præſupponat: ſed fraterna priùs admonitione corripiendos crederem: cum eam illis profuturam eſſe ipſe peccati modus perſuadeat.

At verò poſteriores, vtpotè peruerſa peccandi libidine animo corruptos ita aliorum Subuerſores, ac corruptores eſſe mihi perſuadeo, vt quamcunque fratrum correptionē, non tam illis prodeſſe, quàm obeſſe ſentiam, quippe quòd ea peiores, non meliores fiant, atq; adeò eorum crimen abſque vlla præuia admonitione Iudici denunciandum eſſe exiſtimo.

Quòd verò ad eam rationem dubitandi attinet, quæ ab initio capitis propoſita fuit: ea profectò non obſtant, quin hęc crimina inter excepta haberi debeāt: nam etſi ea apud

Digitized by Google

ſæculare forum ea ratione priuata cenſeantur, quod priuatum tantùm damnum, tanquam proximum obiectum ſibi vendicant: attamen apud Regulare forum tum ob imminens ſcandalum, tum etiam ob morale periculum ſubuerſionis multorum, quæ in Religionis perniciem redundat, iure merito in publicum Religionis detrimentum eſſe exiſtimantur, vt ex Suarez, Sanchez, & aliorum doctrina ſuperiùs explicauimus, quibus idcirco præuia admonitio minimè debetur. Neque à nobis diſſentit Rodriguez in ordine iudiciali c. 3. nu. 6. vbi ſic ſcribit. Verior quidē opinio eſt. Quod hæc duo Crimina Sodomia ſcilicet, & Fornicatio ex natura ſua aduersùs Communitatem non militant, cum ea principaliter in Reipublicæ ruinam non tendant. Verum tamen eſt, quòd ijs prouidendum eſt, perinde acſi contra Communitatem eſſent, ſi periculum publicationis immineat. Itemque procurandum eſt, nè ex his in Religione infamia oriatur. Hæc Rodriguez, qui etſi nobiſcum in concluſione conſpiret, in eo tamen hallucinatur, quod neceſſarium exiſtimet, crimen omne, quod commune Religionis bonum oppugnat eius generis eſſe debere, vt directè ad Religionis ruinam, ac deſtructionem tendat, cum (vt diximus) duntaxat ſufficiat illud in aliorum ſcandalū cedere, atque in Religionis infamiam redundare.

An fraterna admonitio in criminibus publicis Denunciationem Iudicialem præcedere debeat. Cap. XIII.

DVO eſſe criminum genera, nempe publica, & priuata, quæ iudiciali Denunciationi velut propria materia, ſubijciuntur, nuper oſtendimus. Iam verò inquirendum eſt, num in his denunciandis fraterna admonitio iuxta Euangelicum ordinem ita ab omnibus prælibanda ſit, vt abſque mortifera culpa prætermitti non poſſit.

Principio itaque ab his criminibus exordientes, quæ publica, & excepta nuncupantur, in his explicandis ampliori diſtinctione opus eſt. Quædam enim idcirco publica dicuntur, quia notoria ſunt Vrbi, Communitati, vel Collegio, & in omnium fere oculis patrantur. Huiuſmodi præuiam admonitionem non exigunt, ſed Iudici ſtatim denunciari poſſunt, Iuxta communem Doctorum ſententiam [a] Soti, Bannez, Gregorij de Valentia, Mirandæ, & aliorum. Ratio eſt, quia in delictis notorijs boni communis potiùs ratio habenda eſt, quàm delinquentis, vt docet D. Thomas 2.2. q. 33. ar. 7. Hoc ſenſu D. Auguſtinus ſermone ſexto de verbis Domini interpretatur illud dictum Apoſtoli Rom. 5. Peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri, timorem habeant. Cui adſtipulatur. c. ſi peccauerit 2. q. 1. vbi ſic habetur. *Corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur corã omnibus: ipſa verò ſunt corripienda ſecretiùs, quæ peccantur ſecretiùs: diſtingue tempora, & concordabis iura, & ſcripturam illam, ſcilicet ſi peccauerit, &c. Vnde, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, & illam, Peccantem coram omnibus argue.*

Alia publica dicuntur, quæ in publicam Reipublicæ, aut Religionis perniciem vergunt: quæ etiam excepta crimina apud Doctores nuncupari ſolent. In his fraterna admonitio nullatenus debet præcedere: Sed quantumlibet occulta ſint Iudici ſtatim ſunt denuncianda, vel ſi probari poſſint, accuſanda. Quæ aſſertio eſt omnium communiſſima [b] D. Thomæ, Ricardi, Paludani, Durandi, Adriani, Innocentij, Medinæ, Sayri, Mirandæ, Nauarri, & aliorum. Bonum enim commune bono particulari delinquentis præferri debet. Cumque alio modo Reipublicæ, aut Religionis damna impediri non poſſunt, niſi delictum iudici denũcietur, quilibet communi bono proſpicere tenetur, dummodo ex eo graue illi detrimentum non accidat.

Porrò & ſi id veriſſimum ſit duo tamen obſeruanda ſunt. Primum, quòd huiuſmodi delictum ex Sacramentali Confeſſione nullo modo ſit cognitum. Alterum, quod denuncians certus non ſit delinquentem fraterna ſua admonitione à crimine reuocandum fore; ſi enim certus eſſet, à denunciatione abſtinere deberet, vt apertè ſentiunt D. [c] Tho-

[a] Sot. de teg. ſec m. 2. q. 5 cõ 3. Bannez 2. 2. q. 33. ar. 8 du. 6 Greg. de Valen 2. 2. diſ. 3. q. 10. p. 5 Mirãd ord. iud. q. 13. ar. 1.

[b] D. Tho 2. 2. q. 33. ar 7. Ricard in 4 ſen. q. 19 Palud, Durand. Adrianus ibidem de corr. tract. 2 Innoc. in c. qualiter de accuſ. Med. de reſt c. 8. Say cla Reg. l. 11 c. 4 nn. 4 Mirand or i ud. q. 1 art 2. Nau in man c. 18 n. 31.

[c] D. Inn loco citato Salon. 2 2. q. 68. ar. 1. cont. 2. conc. 2. Aragon. ibidẽ. Say. & Mirand. vbi ſupra.

mas, Salon, Aragon, Sayrus, Miranda, & omnes communiter. Ratioque in promptu eſt. Nam quoties cum communi bono Proximorm vita, ac fama conſeruari poſſunt, tam Charitatis, quàm Iuſtitiæ lege tenemur eorum occulta crimina non Detegere, Secus eſt, & ſi quis tantùm dubius eſſet, tunc enim ſecretam monitionem præmittere nō tenetur, ſed certum Religionis, vel Reipublicæ damnum, etiam cum certo delinquentis damno denunciando impediendum eſt.

Cùm verò rariſſimè contingat, quemquàm certum eſſe, quòd huiuſmodi grauiſſimorum ſcelerum patratores à delicto reſipiſcant, monent [a] Sotus, & Aragon nimis ſcrupuloſè huic dubitationi inſiſtendum non eſſe, ſed ſtatim abſq; vlla mentis hæſitatione eſſe denunciandos.

a Sot. de iuſt. & Iur. l.5.q.7. ar. 1, Arag. 2.2. q. 33 .ar. 7.

Neque in his criminibus, quæ in publicam Reipublicæ perniciem tendunt, Clerici, ac Regulares à denunciatione immunes cenſeri debent, tametſi mortis, aut enormis effuſionis ſanguinis periculum delinquentibus immineat; dummodò priùs Iudici proteſtentur, ſe membri mutilationem, aut ſanguinis effuſionem denunciati non intendere, ſed tantùm vt damnum publicum, vel etiam priuatum proximi euitetur: nè ſi mors, aut membri mutilatio ſequeretur, ipſi irregularitatem incurrant.

An priuata delicta abſque vlla prauia admonitione iudicialiter denunciari poſſint. Cap. XIIII.

QVID in publicis criminibus cuique agendum ſit, ſatis pro inſtituta breuitate declarauimus. Nunc verò de priuatis indagandū ſupereſt. An ea fraterna correptione prætermiſſa, Iudici denunciari valeant.

In primis quędam priuatorum criminum diſtinctio pręlibanda eſt, quæ ad neceſſariam huius quæſtionis explicationem exigitur. Quædam enim priuata crimina dicuntur,

Digitized by Google

quæ tametſi eo nomine priuata ſint, quòd in publicã Reip. aut Religionis perniciem non vergunt, ea tamen tendunt in damnum, ac præiudicium alterius. Cuiuſmodi ſunt aduersùs Inimicum inſidiæ, machinationes, &c. quibus tam ſpirituale, quàm corporale ipſius bonum impetitur.

In his minimè opus eſt, vt ſecreta admonitio denunciationem antecedat, niſi quis certus ſit delinquentem fraterna ipſius correctione emendandum iri. Sed tametſi occultum ſit crimen ſtatim vel Iudici denunciari, vel proximo, cui damnum inferendum eſt, manifeſtari debet, vt ab imminẽti periculo ſibi caueat: quam doctrinam tradunt omnes fere Doctores[a], Gregorius de Valentia, Rodriguez; Miranda, Sayrus, ac reliqui.

Illud tamen obſeruandum eſt. Si crimen adeò occultum ſit, quòd teſtibus probari non poſſit, nec vlla ipſius præcedat infamia, illud Proximo potiús, cui damnum inferendum eſt, reuelandum eſſe, debitis cautelis adhibitis, vt ſtatim explicabimus, quàm iudici denunciandum, vt rectè monent[b] Sotus, Aragon, & Miranda. Quòd ſi ad Iudicẽ deferendum ſit, conſultum eſt, vt ipſi non vt iudici, ſed vt Patri denuncietur, præſertim ſi damnum quod intentatur, non ſit graue. At verò ſi damnum adeò graue ſit, quòd abſque Iudiciali denunciatione euitari non poſſit: ea conditione ac prudentia denuncietur, vt quàm minimùm fieri poteſt, delinquentis fama lædatur: Idcirco ſi criminis reuelatio ſufficiat, non reueletur perſona. Si per reuelationem perſonæ in genere alterius damnum euitari poteſt, ſingularis perſonæ reuelatio non fiat. Quòd ſi imminentia damna nullatenus propulſari queunt, niſi reueletur perſona, id fiat, dummodò non ſit Sacramentalis Confeſſionis ſecretum, quod nullo vnquam tempore, aut ratione reuelari debet. Hęc ipſa circunſpectio, ac prudentia ſeruanda eſt, cùm proximo alterius crimen, à quo ſe cuſtodire debet, detegitur, vt optimè admonent[c] Rodriguez, Sayrus, Miranda, & alij.

Quædam etiam crimina priuata nuncupantur, quæ in denunciatoris tantummodò damnum, ac præiudiciũ vergunt, vt puta ſi quiſpiam ipſius famæ detraxit, vel eidem

[a] Greg de Val. 2. 2. diſp. 3. q. 10. p. 5. Rodr. to. 2. qq. Reg. q. 6. ar. 5. Mirand. ord. iud q. 11. ar. 3. Say. cla. reg. l. 11. c. 4.

[b] Sot. de ſec. teg. m. 2. q. 4. conſ. 2. Arag. 2. 2. q. 33. ar. 7. Mirand. ord. iud. q. 11. ar. 3.

[c] Rod. Say. Miran. vbi ſupra.

Quadrageſimale, aut alia ſcripta ſubripuit: quę damna ſibi per Iudicem reſarciri contendit.

In his quilibet antequam ad Iudicialem Denunciationē progrediatur, fraternam admonitionem adhibere tenetur, ſi probabili ratione ſibi perſuadeat, ea fratrem emendatū iri, ac illata ſibi damna ab eo ſibi reſarcienda fore: cum enim præter damni illati reparationem Denunciator aliud nihil intendat: ſi illam abſque proximi famæ detrimento conſequi poteſt, indebite profectò eam ſibi per Denunciationem dari poſtulat, quæ communis fore eſt omnium doctrina.

Alia verò crimina eatenus priuata nuncupantur, quatenus in damnum duntaxat ipſius peccantis redundant. Porrò in his conſtans eſt omnium iurium, ac Doctorum aſſertio fraternam, & ſecretam admonitionem ante iudicialem Denunciationem ita neceſſariam eſſe, vt abſque læthali culpa omitti non poſſit, ſi ea delinquenti profutura ſperetur.

Hanc aſſertionem docent Gratianus [a], D.Thomas Sotus, Adrianus, Petrus Nauarrus, Bannez, Gregorius de Valentia, Nauarrus, Saytus, Rodriguez, Miranda, Valerius, & reliqui omnes, nemine, quem viderim, diſcrepante, qui vno ſenſu affirmant in his correptionis fraternæ ordinem a Domino inſtitutum ſub præcepto ſeruandum eſſe. Cùm enim nō tam fraterna correptio, quàm ipſe fraternæ correptionis ordo a Chriſto præſcriptus ſub præcepto cadat (vt docent [b] D. Thomas, Bannez, Albertus magnus, Ricardus, Paludanus, Durandus, Adrianus, Gregorius de Valentia, Filliutius, Miranda, Saytus, & alij) qui nulla admonitione præmiſſa huiuſmodi crimina ad prælatum vt Iudicem deferunt, Domini præceptum violant, ac ipſius ordinem peruertunt, ac proinde mortifero ſe peccato obſtringunt, nam etſi correptionis præceptum, vtpotè affirmatiuum ad ſui obſeruantiam ſemper, & vbique non obliget, in hiſce tamen priuatis criminibus obligationem inducit, cùm frater emendandus ſperatur, & ſimul cum ſpirituali bono eiuſdem fama conſeruatur.

Quod ſi præuiam admonitionē fratris emendatio non

ſequa-

[a] Ca. qualiter, & quando de accuſ. D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 8. ad 4 Sot de tec. teg m. 2. q. 4. cō. 8. d 3. Adri. in 4. de correct. frat. q pen. Petr. Nauar. l. 2. de reſti cap. 4. p. 2. d. 11. Bannez. 2. 2. q. 33 ar. 8. dub. 1. Gre de Val t. 3. diſp. 3. q. 10. p. 5. Naua. in Ma. c. 24. n. 14. Say. cl. reg. l. 11. c 4. Rodrig t 2. qq. Reg q. 7. ar. 5. Mirād. ord. iud. q. 11 ar. 4. Valer. de diff vtr. for. v. inquiſitio diff. vltima.

[b] D. Th 2. 2. q 33 ar. 7. Bann. in 2 2. q. 33. ar. 7 Alb. in 4 d. 19. ar. 21. Ric. ead. diſ ar 3. q. 1. & 2. Palud. q. 4. Dur. q. 4. Adr. in 4. q de corr Greg de Val. t. 3. d 3. q. 10 p 5. Fillicu. in ſuo. mor. de correc. Miran. in ord iud. q. 1. ar. 4 Say. lib. 11. c. 4.

ſequatur, non tamen ſtatim crimen iudici denunciandum erit, ſed bis, ter, & toties correptio repetenda eſt, quoties profutura creditur, vt bene monent Rodriguez[a], & Miranda ex Auguſtino. Veruntamen, ſi fraterna correptione ſępius repetita, delinquens minimè mouetur, num ſtatim denunciandus erit? minimè ſanè: ſed ſecundus fraternæ correptionis ordo tentandus eſt, nimirum, vt diſtinctim duo, vel tres, vnus ſcilicet ſeorſim ab altero, ex his, qui delinquentis amici, ac neceſſarij cenſentur ad illius correctionem adhibeantur, vt qui vnius correctione reſipiſcere nolit fraterna multorum reprehenſione ruborem conci piat, & corrigatur. Quæ eſt doctrina D. Thomæ, Bannis, Alberti, Ricardi, Palud, Durandi, Adriani, Gregorij de Valentia Filiucij, Mirandæ, Sayri, locis ſupra citatis, & omniũ fere communis, vt tenẽtur Miranda[b], & Rodriguez, quod nõ tã in peccatis, quæ teſtibus probari poſſunt, quã in occultis obſeruari debet, ſi id profuturũ credatur. Si verò nulla omnino ſit ſpes, quòd per teſtiũ inductionẽ frater delinquens emendetur: tunc nec ſtatim Prælato iudicialiter denunciandus erit, ſed prius ad ipſum tanquàm Patrẽ eſt deferendus, vt nihil intentatum remaneat, quo proximi famæ conſulatur, id enim ordo charitatis expoſcit, ex omnium fere Doctorum ſententia D. Thomæ[c], Soti, Nauarri, Petri Mauarri, Greg. de Valen. Rodriguez, Sayri, Mirandæ, qui hanc doctrinam certam, & indubitatam exiſtimãt. Quòd ſi minimè ad fratris correptionem ſufficiat, reſtat, vt ſi crimen adeò occultum ſit, quod teſtibus probari non poſſit, hic ſiſtendum ſit, neque vlteriùs procedendum, & proximi ſalus Deo tantummodò precibus commendanda. Si verò crimen infamia aliqua laboret, vel teſtibus probari queat, tunc iudicialiter denuncietur, vt delinquens publica ſaltem punitione reſipiſcat.

Id tamen certum eſt, neminem ad ea crimina denunciãda teneri, quæ auditu tantùm percepit, niſi vel ob grauitatem criminis, vel nullam aliam ob cauſam Iudex rationabiliter præcipiat, vt ea delicta denuncientur, quę Subditi fama, vel auditu acceperunt, quo in caſu obedire tenentur, & vniuerſa crimina Iudici abſque vllo diſcrimine manife-

a Rodr. t. 2. q. 7. ar 4. Mirand. ord. iud. q 11. ar 8. conc. 2.

b Mirand. ord. iud. q. 11. ar 8. Rodrig. vbi ſup.

c D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. in corp. Sot. de ſec teg. m. 2. q. 4. con 2. diſ. 3 Mar. Nau. in Man. c. 24. n. 14. Pet Nau. l. 2. de reſt. c. 4. p. 2. d. 11. Greg. de Valen. t. 3 diſp. 3. q 10. p 5. Rod. t. 2. q. 7 ar. 2. Say. l. 11. c. 4. Mirand. q. 11. ar. 9.

ſtare, quæ ab alijs, vel parui, vel magni nominis viris audierunt. Excipiendi quoque ſunt teſtes in iudicio legitime examinati, qui iuxta iudicis præceptum, crimina eo modo, quo ſciunt, vel de viſu, vel de auditu pandere tenentur dummodò ea non ſint occulta, aut per Sacramentalem Confeſſionem, aut ſecretam conſultationem ſibi credita, vt tradunt [a] Nauarrus, & alij.

a Naua. in Manu. c. 25. nu. 46. & alij.

Quapropter Denunciator ſibi diligenter caueat, ne ob animi puſillanimitatem, aut amicitiam denunciationem, cùm debet, omittat, aut cùm non debet odio potiùs, ac maleuolentia, quàm pietatis, aut iuſtitiæ zelo ductus eam vrgeat, nè quempiam, cùm opus eſt, ante præuiam admonitionẽ iudicialiter denunciet, néue vlli falſa, aut improbata crimina imponat, quæ vnico ſaltẽ teſte probari non poſſint. Atq; hęc quidẽ ſunt, quę ad denunciatoris perſonã ſpectant.

De Iudicis officio, cum via denunciationis procedit. Cap. XV.

EXPLICATO denunciatoris munere; nunc ad iudicis officium accedendum eſt, vt qua ratione quáue prudentia in denunciatione ſe gerere debeat, non ignoret.

1 Iudex igitur antequàm ex oblata denunciatione ad inquiſitionem procedat, grauiter apud ſe perpendere debet, tàm denunciantis, quàm denunciati perſonam, vt inde diſcernere valeat, num denunciationem admittere debeat, neq; enim Iudex ex officio tenetur denunciationem accipere, aut contra denunciatum iudicialiter procedere, ſed prudenter expendat priùs quidem denunciatoris perſonam, num ſit, bonæ famæ, num zelo charitatis, ac publici boni tuendi ſtudio moueatur, num fraternam admonitionem erga delatum præmiſerit, num denunciatio apparentem ſaltem veritatem contineat. Quòd ſi denunciatorem malignum, calumniatorem, ſubdolum, inquietum, atque huiuſmodi vitijs maculatum, ante iudicium deprehenderit: ipſum cũ ſua denuntiatione poteſt, ac debet reijcere, ſi quidem iudi-

cis

cis arbitrio inſidet de denunciatore, & denunciatione, quã do admitti debeant, iudicare. Si verò denunciatorem in iudicio ſubdolè Accuſatoris perſonam gerere, & iudicem, vel Teſtes iterum, & ſæpius vel ore tenus, vel per litteras excitare, & vſque ad cauſæ finem vrgere cognouerit, tametſi is ſub ſpecioſo denunciatoris titulo latere ſtudeat, vt talionis pœnas euadat, eum quamprimùm ſe denunciationi ſubſcribere, legitimas probationes offerre, & Accuſatoris perſonam induere cogat; & ſi in probatione defecerit, talionis pœnam ſubire conſtringat, vt noſtro procedendi modo cautum eſt. Denunciator enim, quamuis non teneatur denunciata crimina probare, ſed tantùm teſtes proponere, & ideo ſi in probatione defecerit de iure puniri non debeat: attamen, ſi denunciatorem in iudicio Iudex, vel Accuſatoris perſonã induere, vel falſa depoſuiſſe animaduerterit, eundem pœna extraordinaria, & arbitraria punire poteſt, ac debet, vt vera denunciare diſcat.

Contendit modernus quidem Auctor[a] denunciatori ad hibito iuramento probandum incumbere, ſe fraternam correptionem denunciato adhibuiſſe, nec reſipuiſſe, & ſi alijs præſentibus denunciatum monuit, eorum teſtimonia denunciationi inſerenda eſſe, vt de fraterna correptione Iudici conſtet, quinetiam addit, iudicem a denunciante, adhibito iuramento, inquirere debere, an huiuſmodi fraternam denunciationem præmiſerit, nec non teſtes tam pro monitione præmiſſa, quàm pro delicti probatione eidem quærendos, ac interrogandos incumbere. Veruntamen id eſt iudicis, & denunciatoris obligationem plùs æquo augere, ac iudicijs fores præcludere, præſertim cùm id in communi praxi non ſeruetur, neque vllos Doctores ſibi fauentes adſciſcat, quapropter, iuxta receptam ab omnibus ſententiam, ſufficiet, vt iudici de denunciatoris probitate, vel improbitate conſtet: vt ex ipſo iure, ac Doctoribus eſt perſpicuum[b].

Iudex deinde denunciati perſonam diligenter perpendat, & ſi denunciatum virum in Religione eminentem, aut Prælatum magni nominis, vita, & moribus per plurimos annos probatum reperierit, non facilè cuiuslibet contra ipſum denun-

a Ghisl. in tracta. de ind. Reg. c. 16.

b Cap. qui ſine 3. q. 3. c. cum dilectus de accuſ. c. in omni negotio de teſtib Bar. in l. Diuus nu. 7. ff. de cuſt Reo Diaz in pract. crimi. c. 6. Rodrig. to. 2. q. 6. ar. 1.

denunciationem admittat, nè Prælatorum, aut inſignium virorum fama, quæ Reip. aut Religioni maximè vtilis eſt, ac neceſſaria in graue ipſius damnum à quocunque denigretur. Quare in tales magni nominis viros accuſatio tantùm acceptanda eſt, quæ ad pœnam talionis Accuſatores obſtringat, vt rectè notauit Rodericus [a]; idem quoque docent Speculum, Hoſtienſis, Gloſſa. At vbi Iudex denunciationem legitimam iudicauerit, tenetur ex ea contra denunciatum inquirere, ac iudicialiter procedere, alioquin peccat, cùm iuſtitiam negligat, & publicum Religionis bonum, quod ex criminum purgatione conſurgit, & quæ ex officio illi coniuncta eſt, paruipendat, vt communi Doctorum ſententia eſt receptum [b].

Poſtremò, lege in noſtris generalibus comitijs lata, ſancitum eſt, quòd qui ſemel quempiam, tum apud Prouincialem Miniſtrum, tum apud Prouinciale capitulum de aliquo certo crimine denunciauerit, amplius in ea Prouincia non audiatur, & poſt Generale capitulum perpetuū illi ſilentium imponatur.

Præterea ad viam malignantibus intercludendam, ſtatutum fuit, nè in Prouincialibus, aut Generalibus capitulis contra perſonam eligendorum de delicto, vel aliquo impedimento canonico, non notorio propter denunciationem exceptio vlla admittatur, niſi in caſu, in quo de conſilio, & conſenſu omnium Patrum Diffinitorum Prouincialis, aut Generalis Miniſter talem exceptionem admittēdam fore iudicauerit. Hæc de denunciatione ſufficiant.

[a] Roderic. to. 2. q. 6. ar. 8. & colligitur ex c. repellantur de accuſ. c. ſi peccau 2. q. 1. Speculum de denūciat § 1. Hoſtiē ſis tit. de Inquiſit. §. . v. vt autem Gloſ. in c. cum contingat de Reſcrip. c. ſi quis. præpoſtera d. 50.

[b] Gloſ. in cap excommunicamus v. neglexerit de Hæret. Iaſō in 4. nota. in l. Argentarius §. fin. ff de Addit. Panor. in c. cum dilectus de accuſ. Ananias in c. excōmunicamus in fine de Hæret. D. Tho. 2. 2. q. 54. ar. fin. Boſſ. in pra. crim. ti. de official corr. Rodriguez to 2. q. 39. ar. 1.

De tertio modo procedendi qui eſt via Accuſationis, & quæ legitimæ Accuſationis conditiones eſſe debeant. Cap. XVI.

SVPEREST tandem inquirendum, quomodò Iudex via accuſationis procedere debeat, Vbi primùm quid accuſatio ſit, & quænam ad ipſius ſubſtantiam requirantur, expendendum erit. Secundò quis accuſator ſit legitimus, & quodnam ipſi onus

incum-

incumbat. Tertiò quid Iudex agere debeat, cùm procedit via accuſationis, quæ omnia tribus hiſce capitulis abſoluentur.

Accuſatio, vt à primo exordiar, eſt delatio criminis ante Iudicem competentem ad Delinquentis punitionem, & in ſui, vel Reip. vindictam à legitimo Accuſatore propter commune bonum inſtituta: quæ Diffinitio deſumpta eſt ex [a] D. Thoma, & alijs Doctoribus, ex qua facilè colligitur, accuſationis finem eſſe publicam Delinquentis punitionem, ex zelo potiſſimùm iuſtitiæ profectam, nimirum vt vnius pœna cæteris timorem incutiat, iuxta illud Apoſtoli. *Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Hinc pleraq; ad legitimam accuſationem conſtituendam neceſſaria eſſe ex communi doctrina elicimus.

a D. Tho. 2. 2. q. 68 ar. 1. c. 1. & 2.

1. Thimo. 5.

Primum, quòd accuſatio, fieri debet in ſcriptis, iuxta [b] D. Thomam, & ius commune, quamuis hodie vſu recceptum ſit, vt ea quoque verbotenus fieri poſſit, modò Notarius, vel ſcriba eam confeſtim in ſcriptis redigat, vt tradit [c] Iulius Clarus in practica criminali.

b D. Tho. ibidem. C. quiſquis c. Accuſator c. crimen. 2. q. 8.

c Iul. Clar. q. 12. nu. 7.

Secundum, quòd in ea nomina Accuſatoris, & accuſati exprimantur, vt conſtare valeat, quis Accuſator, & quis Accuſatus ſit. Quòd ſi Accuſati nomen ignoretur, ex habitu, patria, officio, ac alijs circunſtantijs perſonæ adiacentibus deſcribi poterit.

Tertiũ, quòd in accuſatione explicetur nomen Iudicis, vt appareat iudicium ſub Iudice competenti inchoari; nam coram Iudice incompetenti accuſatio ipſo iure eſt nulla, quæ eſt omnium ſententia.

Quartum, quòd in ea ſpecies delicti, ac præterea locus, ac tempus, nempe annus, & menſis, quo delictum commiſſum fuit, clare exponatur, vt poſt Bartolum vniuerſi Doctores ſentiunt in l. Edita C. De edendo.

Quintum, vt in ea ſit Accuſatoris inſcriptio, qua ſe Accuſator ad pœnam talionis ſubeundam obliget.

Sextum, vt in omni Accuſatione dies, & annus exprimatur, quibus primò accuſatio intentatur.

Porrò hæ legitimæ accuſationis conditiones ſunt, quæ tum ex l. libellorum ff. de Accuſatio. tum ex communi

Doctorum ſententia colliguntur, quæ omnes etſi accuſationis ita Subſtantiam non attingant, præſertim quinta, & ſexta, vtſi apud Regulares omittantur, protinus Accuſatio corruat, & Rei nomen aboleatur, adeo tamen ad omnem dolum ab Accuſatore propulſandum neceſſaria ſunt, vt prorſus omitti non debeant.

Verùm cùm in d. l. libellorum ff. de Accuſ. Accuſator non cogatur in Accuſatione exprimere diem, ſed tantùm menſem commiſſi delicti: dubitari poteſt, An ſi Reus petat exprimi diem, & horam delicti, vt probet ſe eo die, & hora fuiſſe abſentem, Accuſator necne cogendus ſit, vt diem ſaltem exprimat. Cõmunis ſententia eſt, teſte Gomezio [a], Emanuele Soar, & Iulio Claro ad id Accuſatorem cogendum eſſe: cùm id maximè faciat ad defenſionem Rei, quæ de iure naturali illi competit, lex autem prædicta, cum annum tantùm, & menſem commiſſi delicti ab Accuſatore explicari vult, quid iure commiſſi ab Accuſatore exigendum ſit, ſi aliud Reus non poſtulet, explicare videtur, non tamen in caſu obligationem excludit, qua diem quoque commiſſi explicare teneatur, ſi id Reus pro ſui defenſione petat.

[a] Gomez c. 11. n. 4. Eman. Soar. in annotat. in Gomez Iul. Cla. q. 12. n. 13.

At neq; Accuſator, qui diem, & horam commiſſi delicti ſponte in accuſatione poſuit, ſi in eorum ſigillatim probatione deficiat, condemnari debet, dummodò probauerit delictum tali tempore (licet diuerſo) eſſe à Reo commiſſum, vt docent [b] Clarus, & Gomezius, niſi ratio temporis ad delicti ſubſtantiã pertineat. Vt ſi quis accuſatus fuerit, carnes in Quadrageſima comediſſe, aut operi ſeruili in die feſto vacaſſe, ibi enim dies, ac tempus commiſſi delicti neceſſario probari debent, cum circa ipſa accuſationis ſubſtantia verſetur. Quapropter ad hæc, & alia accuſationis incommoda euitanda ſolet Accuſator clauſulam in libello apponere, qua proteſtatur, ſe nullatenus ad alia præterquàm ad ea, quæ in accuſatione neceſſaria, ac principalia ſunt probanda velle obligari.

[b] Clar. q. 12. n. 24. Gomez. c. 12. nu. 6.

De

De legitimo Accuſatore, & quis accuſare debeat, aut poſsit. *Cap. XVII.*

IAM verò ad ſecundum caput, in quo de legitimo Accuſatore agendum eſt, accedo. Iudicem nullatenus via accuſationis procedere poſſe, niſi legitimus adſit Accuſator, qui accuſationem, aut ſcripto, aut verbotenus ſcripto exceptam porrigat, ſatis ſuperque probant. Cap. Nihil 2. q. 1. Cap. Dignum 3. q. 9. de accuſ. & Cap. ferus §. in omni quoque negotio de verb. ſign. C. non oportet & ſeq. 3. q. 9.[a] Nauarrus, D. Thomas, Aragon, & alij, Et cõfirmatur Actorum 25. vbi dicitur. *Non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priuſquam is, qui accuſatur præſentes habeat Accuſatores, &c.*

Legitimus verò Accuſator is cenſendus eſt qui legibus accuſare non prohibetur. Plurimi autem ſunt, qui iure communi ab accuſando repelluntur.

Primò [b] Infames tàm infamia iuris, quàm infamia facti.
Secundò [c] Criminoſi. Panor. Felin. Clar.
Tertiò [d] Excommunicati.
Quartò [e] Apoſtatæ, de fide ſuſpecti.
Quintò [f] Hæretici.
Sextò; Infideles, Iudæi, aut Pagani [g].
Septimò, Calumniatores [h].
Octauò, Conſpiratores [i].
Nonò, de falſo teſtimonio conuicti [k].
Decimò, Facilè litigantes [l].
Vndecimò, Adulatores [m].
Duodecimò, Inimici [n], Reconciliati [o] quoque de recẽti. Id verò intelligendum eſt; cùm ſuam non proſequuntur iniuriam, tunc enim, & ipſi accuſare poſſunt, vt Doctores vno conſenſu docent [p].
Tertiodecimò, Suſpecti [q].
Quartodecimò, Conſanguinei inimicorum [r].
Quintodecimò, Qui cũ Inimicis cõmorãtur familiariter [s].

p Fari. q. 12. n. 57. q Cap. accuſ. & ſeq. 3. q. 5. r C. cum oportet de accuſ. s C. accuſatoribus 3. q. 5. c. cũ oporteat de accuſ. & c. repellantur eodem.

a Nau. conſ. 5 de appellat. nu 1, 10. 1. D. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 3 Arag. in 2. 2. q 67. ar. 7.

b Cap. Alieni 2. q. 1. c. conſtituimus, & ſeq 2. q. 5. l. qui Accuſ. ff. de Accuſat. c. prohibemur. 2. q. 1

c Cap. Accuſatio c. ſi quæ ſũt c. querendum, & c. præſumũt 2. q. 7. c. Criminationes c. ſuſpectos c. conſtituimus, & ſeq. 3. q. 5. c. cum dilectus de accuſ Panor. & Felin. in c. 1. de Accuſatione Clar. l 5. § fin. q. 24. videri quoque.

d Cap. in ſãcta 2. q. 7. c. nullus 3. q. 4. c. illi qui, & ſeq. 6. q. 1. c. certum 24. q 3. Far. q 12. n. 13.

e Cap. Non poteſt 2. q. 7. c. ſuſpectos. 3. q. 5.

f C. Pag. 2. q. 7.

g Ibidem.

h Cap. ſimiliter, & ſeq. 3. q 5

i Cap. omnes 3 q. 5. & c. cum dilect. de accuſ.

k Cap. conſtituimus. 3. q. 5.

l C. ſimiliter, & ſeq. 3 q 5.

m Cap ſimiliter q. 5.

n Cap. accuſ. & ſeq. 3 q. 5. c. ſuſpectos, & c. omnes eadem q. c. cum oporteat de accuſat c. meminimus eodem c. Far. q. 12. n. 34.

o C. accuſ. & 1. 3. q. 5. c. qui crimen 6 q. 1. Far. q. 12. n 41.

Digitized by Google

Sextodecimò, Prodeuntes de domo Inimici [a].
Decimoſeptimò, Laici aduerſus Clericos [b].
Decimo octauò, Dominus Aduerſarij [c].
Decimononò, Alienigena [d]. Si quidem neceſſe eſt Accuſatorem, & Accuſatum eidem Iudici eſſe ſubiectos, vt Accuſator, ſi in probatione defecerit, pœna talionis puniri queat.

Vigeſimò, Socius criminis [e]. Qui tamen admittitur in criminibus exceptis, vt in hæreſi, maleficio, Sortilegio, ſodomia, furto famoſo, crimine Læſæ Maieſtatis, proditionibus vt docet Nauarrus [f].

Vigeſimoprimò, Accuſatis [g]. Non enim poteſt Accuſatus Accuſatorem reaccuſare. Quod [h] tamē intelligendum eſt de pari vel minori delicto.

Vigeſimoſecundò, Impubes [i] minor viginti annorum. Quod etiā intelligendū eſt, præterq̄ in criminibus exceptis.

Vigeſimotertiò [k]. Qui à teſtimonio ferendo repelluntur.

Vigeſimoquartò. Milites [l].

Vigeſimoquintò, Viles perſonæ, & abiectæ [m], cum hi facilè ob inopiam ſubornentur.

Vigeſimoſextò, & poſtremò Mulieres [n].

Sed quoniam ex indulto Bonifacij octaui Regulares non tenentur ad apices iuris, idcirco Iudex Regularis hos omnes enumeratos, ſi cauſa id expoſcat, reipſa maturè ponderata tanquàm habiles, ac idoneos ad accuſandum admittere poteſt, vt tradunt Doctores [o]. Quod tamen facilè, & abſq; conſilio præſtandum non eſt; ne amplior via, quàm par eſt Accuſatoribus ſternatur, præſertim apud Regulares, quibus accuſationis via, præterquàm in criminibus exceptis, in quibus omnes accuſare tenentur, intercluſa eſſe debet, vt re ipſa mundo, ac temporalibus damnis ſe mortuos oſtendāt, vt habetur in Clem. Exiui de verborum ſignif. §. verum etiam; quo fit, vt turpe ſit Regulares, ac præſertim fratres Minores ſuiipſorum iniuriam in iudicio accuſatione proſequi, aut de illatis damnis vindictam inſtanter à iudice petere, quin etiam id ab ipſorum profeſſione abhorrere plerique Doctores [p] obſeruant. Cùm enim Religionem aliquā profeſſus, mortuus mundo habeatur [q], profecto viuus eſſe

a C. accuſatori 3. q. 5. & c. accuſatores, & 5. eadem q.
b C de cetero de teſtib. c. nullus, & ſeq. 2 q. 7 Far. q. 12. n. 13.
c C. accuſat. & 3. 3. q 5.
d C. accuſatores & 2. 3. q. 5.
e L. fi. C. de accuſ.
f Nau. l. 5. cōſi. 3. n. 2. & con. 5. n. 2. tit. de accuſationibus.
g C. negāda 3. q. 11.
h C. ſeq. 3 q. 11. Far. q. 10 n. 25.
i L 2 §. Pupillus ff. de accu. c. prohibētur 2. q. 1. c. inuiti 4. q. 3.
k c. ſuper prudentia 12. q. 1. c. ipſi Apoſt. & c. teſtes 2 q 7. Far. in acc. de queſt. n. 57.
l C. prohibentur 2. q. 1. l. qui accuſ. ff. de acc. Farin. loco citato n. 14.
m C. imprimis 2. q. 1.
n l. qui accuſare ff. de accuſ. c. prohibētur. 2. q. 1 Farin. d. q. 12. nu. 16.
o D. Antonin. 3. p t. 9. c. 25. §. 6. & Sylu. v. iudex q. 5.
p Plac. in Epit. delict. c 42. n 17 & 18. & Farin. q 13 n. 23. & 24. Aret. con. 138.
q Cap. placuit 16 q. 1. cap. in præſētia de probat. Abb. Felin. & alij in c. cum dilectus de reſcrip.

euincitur, & proinde ſuæ profeſſionis oblitus, qui accuſatoria actione illatas ſibi iniurias apud iudicem proſequitur, cùm eas iuxta Regulæ præſcriptum patienter tolerare debeat. Certè illa vox Apoſtoli agnoſcenda eſt, qua Religioſos viros ſuiipſorum officij admonet. *Quarè non magis iniuriam patimini?* Quòd ſi tandem famæ iacturam humanam paſſi ſibi reſarciri volunt, cur non eam vel paterna Prælati correptione, vel iudiciali ad ſummum apud iudicem denunciatione ſibi inſtaurari contendunt?

Cæterùm quamquàm iuxta D. Thomæ [a], Soti, Valentiæ, & aliorum Doctrinam, quilibet accuſare poſſit, ac debeat, quandocunque crimen publicum eſt, & in Reip. damnum redundat, ſufficienterque probari poteſt. Tunc enim Accuſator ex iuſtitiæ zelo moueri præſumitur. Vbi tamen de priuato delicto agitur, quod in ſingularium tantùm perſonarum detrimentum vergit, cùm nemo accuſare teneatur, multò magis in his accuſatio Religioſos dedecet, qui excellentiorem perfectionis viam amplexi, Chriſti conſiliũ ſequi debent dicentis. *Si quis te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei, & alteram. Matthei* 5. Præſertim cùm in his Accuſator non ex charitate, aut iuſtitiæ zelo, ſed ex liuore, aut odio ad accuſandum moueri præſumatur [b]. Hinc enim accuſatio illaudabilis intentio nuncupatur [c], quæ vix ſine culpa exerceri poteſt, vt ſentiunt Gloſſa, & Follerus.

a D.Tho. 2.2.q. 68.ar. 1. Sot. de iuſt.& Iu l.5.q. 5. ar. 1. Valent. tom.3.diſp.5.q. 12 p. 1.

b 6.q.1. ſi omnia gloſ. 2. q. 6. c.decretor.

c Cap. ſi quis Epiſcop 2.q.7.

d Gloſ. loco citato Foller. in prac.crim. can. c.4.n. 9.

Vbi verò probationes deſunt, nullus neque in publicis, & exceptis criminibus accuſare, ſed tantùm denunciare tenetur, nè pœnam talionis, qua Accuſator in probatione deficiens, ſecundùm iura mulctari debet, ſubire cogatur, vt in ſequenti capite explicabimus.

Accuſator ad quanam præſtanda teneatur. Cap. XVIII.

GRAVE, ac periculoſum eſt Accuſatoris onus, ac tūc præſertim cùm ex nulla iuris obligatione, ſed ſuapte tantùm voluntate ad Accuſationem procedit. Cum enim mitiùs, ac ſuauiùs vel per fraternam correptionem, vel per Euangelicam, aut iudi-

cialem

cialem denunciationem priuatum ſui, ac aliorum bonum proſequi valeat, quid eſt, quod aſpera potius, ac rigida accuſationis via fratrem adoritur?

Quapropter metuendum eſt, nè in vitia, quæ Accuſatorem ſæpe comitari ſolent, ſciens, ac prudens impingat, quæ D. Thomas [a], ac Sotus tria eſſe diſtinguunt.

Primum calumnia, in quam Actor incidit, non ſolùm, cùm ex propoſito, ac ſcienter falſò quempiam accuſat, verùm etiam quoties crimen Reo obiectum non probat: nā eo ipſo quod in probatione obiecti criminis deficit, calumniator præſumitur, vt docet Gloſ. in cap. 1. in verſ. calumniandi. Extra. de calumnia. & alij paſſim [b], Abbas, & Clarus. Idcirco in cap. qui non probauerit 2. q. 3. ſancitur, vt pœna talionis Accuſatori in probatione deficienti ſedatur, ob id præſertim, quod calumniator præſumitur.

Eodem quoque crimine irretitur, qui quempiam de occulto delicto accuſat, quod probare non poteſt. Delictum enim, quod probari non poteſt, pro falſo reputatur, vt docet Sotus loco citato, quo fit, vt tam qui accuſando falſum crimen imponit, quàm qui de occulto crimine accuſat, quod probare non poteſt, mortiferè peccet: vt probat Nauarrus [c] in Manuali.

Veruntamen excuſatur à præſumptione calumniæ, ac proinde non meretur totam pœnam talionis, qui probat aliqua indicia putà infamiam, aut vnum teſtem integrum habeat, vel probat ſe crimen audiuiſſe à viris fide dignis, ac ſimilia, vt teſtantur Abbas [d], Conradus, Bartolus, Guido, Diaz, Clarus, & alij. Ratio in prōptu eſt, quia cùm delictum eſt ſemiplenè probatum, aut per famam, aut per vnū teſtem omni exceptione maiorem, aut per alia indicia illis æquipollentia, nulli dubium eſt, quin Reus teneatur crimen confiteri, quod verè commiſit, vt docent D. Thomas [e], & Cayetanus cōiter ab omnib⁹ Doctoribus recepti. Sufficere ergo debet Accuſatori, vt Reum ad illum iuris terminum adegerit, in quo teneatur crimen confiteri, vt ſaltē ſeipsū à calumniæ præsūptione liberet, & cōſequenter totā pęnā talionis iure illi debitā effugiat quāquā hæc pœna talionis hodie nō ſit in vſu, ſed ipſius loco pęna arbitraria ſuccedat.

[a] D. Tho 2.2.q. 68.ar.3. & Sot. de teg.ſec. m.2. q.2.conű.5.

[b] Abb. in c. calumnia n.2. extra de pœnis Clar.q.62.v. dixi ſupra.

[c] Nau. in Manu.c.25.n.31.& c.18.n.54.

[d] Abb.con.78. n.1.v.venio nūc lib. 1. Conr. in prac.fol.231. n. 27. Bart. in l. cum quidem §. quod dictum n. 3.ff.de acquirē dis reddit. Guido Pap. deciſ. 446. quæ incipit. Vox publica n.1. Diaz pra. crim.can.n.59. verſ. quæ ſint. Clar. in pract. crim.q 62. verſic. ſed pono.

[e] D. Thom. & Cayet. 2.2.q.69. ar. 2.

Sunt

Sunt, & alij caſus, qui Accuſatorem à calumnioſa actione excuſant, quos recenſet Gloſſa in cap. 1. §. fin. v. ſufficiens de electionibus in 6. Primus cùm teſtes ex humanis deceſſerunt, ex quo Accuſator illos producere non poteſt. Secundus cùm Reus clam crimen abſtergit, veluti ſi Accuſatori probandum eſſet Reum eſſe excommunicatum, aut ſuſpenſum, ipſe verò Reus clanculum abſolutionem, aut diſpenſationem impetraſſet. Tertiùs cùm id agit ex ignorantia, vel animi leuitate, non malitia: vel materia adeò exilis eſt, vt calumnia ad mortalem culpam non pertingat, vt notat Miranda [a] in ordine iudiciali.

Secundum Accuſatoris vitium eſt Præuaricatio, quod alio quoque nomine Colluſio nuncupatur, quo duobus modis ſe obſtrĩgere poteſt Accuſator ex Roderici [b], & aliorum ſententia. Primo cùm Reo manifeſte accuſato occultè fauet: idque declarat, dum friuolas ac falſas quaſdam excuſationes Accuſati acceptat, vt eum ab accuſatione liberet. Secundò quando grauia crimina, quæ Reo appònere poterat, reticet, & alia leuia, ac parui momenti aduerſùs illum vrget. Quocunque modo Accuſator præuaricetur, actionem accuſatoriam vitioſam reddit, & vt docent Sotus [c], & Nauarrus in Diaboli laqueum, & tentationem incidit, niſi propriam iniuriam proſequatur, & punitio Reip. non ſit neceſſaria; tunc enim illi liberum eſt ab accuſatione deſiſtere. At ſi crimen ſit in perniciem publicam nunquam Accuſatori licet, aut Reum iuuare, aut ab accuſatione recedere.

Hinc tertium Accuſatoris vitium erumpit, quod eſt tergiuerſatio, quod tunc potiſſimùm committitur, quando Actor cum graui Reip. vel alterius damno cum Reo de deferenda accuſatione pactum init; peiùs ſi aliquod ob id donum acciperet, vel abſque conſenſu partis, quæ damnum perpeſſa eſt: & abſque iudicis auctoritate ſine rationabili cauſa ab accuſatione recedit. Tales enim tergiuerſatores non ſolùm mortiferè peccant, vt notant D. [d] Thomas, Nauarrus Rodericus & alij, verùm etiam pœnam arbitrariam incurrunt, iuxta Syluestrum [e].

Verùm vt hæc melius intelligantur, exponendum eſt,

[a] Mirand. q. 13. ar. 7.

[b] Rod. q. 7. ar. 5. to. 2. Mirand. q. 13. ar. 7.

[c] Sot. de teg. ſec. m. 2. q. 5. cõ. 6. Nau. in Man. c. 25. n. 3.

[d] D. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 3. Nau. in Man. c. 25. n. 32. & Rod. t. 2. q. 7. ar. 5. Mirand. q. 13. ar. 7.

[e] Sylu. v. accuſ. 5. n. 8.

quando Accuſator ab accuſatione poſſit, aut non poſſit recedere.

Actor idcirco accuſationi ſiue verbo, ſiue ſcripto tenus oblatæ ſeipſum ſubſcribere cogitur, vt ſe accuſationem ad finem vſque proſequuturum profiteatur, & ſi in probationibus deficiat, pęna talionis, aut arbitraria mulctetur. Quapropter in cauſa ciuili, ſi actio ſit famoſa, qualis eſt actio facti, poſt litis conteſtationem [a]. Actor ſine iudicis auctoritate tranſigere, & ab accuſatione recedere non poteſt, alioqui notatur infamia.

In cauſa criminali cùm Actor in criminibus publicis tenetur accuſare, eidem nunquàm licet ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam ab accuſatione deſiſtere, alioqui punitur pœna S. C. Turpilliani nimirum infamia, & quinque libris auri, vt perſpicuum eſt in l. 1. C. ad Turpillianum. In priuatis autem criminibus poſt litem conteſtatam, non poteſt Accuſator abſque iudicis auctoritate, & conſenſu Rei, ſi ex accuſatione fuit infamatus, aut tormentis ſubiectus ab accuſatione retrocedere, quòd ſi retrocedat, punitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis [b]. Denique vbicunq; agitur de iniuria partis poſt litem conteſtatam nemini licet abſque auctoritate iudicis, & conſenſu Rei ab accuſatione deſiſtere, præſertim ſi punitio Rei ſit Reip. neceſſaria, & Reus ex accuſatione infamiam contraxerit.

Nonnunquam tamen Actor poteſt à cœpta accuſatione recedere. Primò ſi errorem, aut falſitatem in accuſatione depræhendit, vel res incipit illi eſſe dubia, vel tandem ſi animaduerterit ſe crimen probare non poſſe. Tunc quãuis poſſit, ac debeat ab accuſatione deſiſtere, nè calumniã proſequatur, attamen ſi iam lis eſt conteſtata, & Reus infamatus, accuſationem ſine auctoritate Iudicis, & conſenſu Rei deſerere non poteſt, vt dictum fuit.

Pręterea Accuſator poteſt ab accuſatione recedere, quoties propriam iniuriam in iudicio proſequitur: poteſt enim cedere iuri ſuo, & vltra ad propriæ iniuriæ vindictam non procedere.

Poſtremò ſi Iudex, vel ob defectum in accuſatione repertum, vel ob aliam iuſtam cauſam accuſationem reijciat,

a l. fur. §. pact. ff de his qui notantur infamia & gloſ. in c. 1. de colluſione detegenda.

b L. ſi quis ff. de his qui notãtur infamia gl. in c. 1. de collu. det. & Sylu. v. accuſatio 5. n. 8

ciat, poterit Actor ab accuſatione deſiſtere, & ſi alioqui accuſare teneatur, quæ omnia ex iure communi ſatis apertè conſtant.

Supereſt, vt de præuia admonitione ab Accuſatore ante accuſationẽ adhibenda quid ſentiendum ſit, breuiter explicemus. Iure communi ab omnibus receptum videtur, vt quoties crimen in iudicio probari poteſt, Accuſator ex iuſtitia fraternam correptionem præmittere non teneatur, iuxta c. qualiter, & quando extra. de accuſ. vbi dicitur, quod ſicut denunciationem admonitio, ita & accuſationem inſcriptio præcedere debet. Idque ea ratione potiſſimùm videtur confirmari, quòd accuſationis finis ſit vindicta, & punitio criminis abſque vlla relatione ad fratris emendationem: ſiquidem ceſſante crimine, & delinquente emendato, accuſatio aduersùs ipſum ad publicam legis vindictã inſtaurari poteſt.

Verùm quicquid ſit de ſæculari foro, de quo hæc ſecundùm communem iuris diſpoſitionem dicta procedunt. Certum eſt apud Regulares ob Religionis excellentiam charitatem potiſſimum, ac principem locum obtinere debere. Ac proinde in eo Accuſatorem non tam zelo vindictæ legis, ac fraternæ punitionis, quàm charitatis vrgentis impulſu ad accuſationem mouendum eſſe: quin etiam, vt diximus, accuſationis nomen, præterquàm in neceſſarijs caſibus, apud Religioſos abolendum eſt, vt res nomini Religioſorum reſpondeat: quo fit vt præterquam in publicis criminibus, & exceptis, quæ in graue Reip. aut religionis damnum tendunt, quibus fraterna correctio vix vnquã prodeſſe dignoſcitur, maiorq; in Remp. vel Religionem charitas prompte accuſando, quàm periculosè admonendo oſtenditur, vt rectè docent Nauarrus [a], & Sotus Euangelicus ordo à Chriſto præſcriptus obſeruari debeat, nimirum, vt nemo accuſationem aduersùs aliquem intentet, niſi fraternam admonitionem, ſi eam profuturam credat, anteipſam adhibuerit, vt poſt D. Thomam pleriq; Doctores [b] tradunt. At verò ſatiùs eſt, vt Regulares pro accuſatione, canonica denunciatione vtantur, ne accuſationis nomen, quod apud Regulares horrendum eſſe debet,

[a] Nau. in Man. c. 18. n. 30. Sotus de rat. teg. ſec. m. 2. q. 5. concl. 4. v. ſed dubiũ.
[b] D. Tho. 22. q. 33. ar. 8. Durãd. in 4. d. 19. q. 4. Sylu. v. accuſat. q. 3. C. yet. 22. q. 33. ar. 7. Salõ. 22. q. 68. ar. 1. cont. 2. Aragon ibid. Bãnez. ibi dub. 1. con. 3. & 4. Tol. l. 5. c. 56.

Digitized by Google

paſſim abſque neceſſitate vſurpetur; vt Apoſtoli vox obtineat Religioſos potiſſimum monentis. *Omnia veſtra in charitate fiant.*

Quomodo Iudex ſe erga Accuſatorem gerere debeat. Cap. XIX.

IVdicem[a] ſine Accuſatore, vero vel ficto, qui vicem veri Accuſatoris ſuppleat, aduersùs Reum procedere non poſſe trita iuris vtriuſque doctrina receptum eſt. Quæ verò Accuſatoris vicem gerunt, hæc potiſſimũ cenſentur. Primò notorietas iuris, ſecundò euidentia facti, tertiò infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio, vel indicia æquipollentia infamiæ, quartò Denunciatio iudicialis, quintò rebellio Delinquentis poſt paternam iudicis correptionem.

[a] C. ſi legit. de accu l. illicitas ff. de officio pręſid. D. Tho. 22. q. 67. ar. 1 Arag. in 22. q 67. ar. 7. Nau. l. 2. de reſt. c 4. n. 176. Sot. l. 5. de iuſt. & iur. q. 4. ar. 3. Rod. 1. 2 q. 7, ar. 2.

Cùm autem de vero Accuſatore agitur, Iudex Regularium, qui apud nos eſt Prouincialis, vel Generalis Miniſter, vel ab his Delegatus antequàm ex accuſatione ad iudicium procedat, cùm primùm oblatam ſibi accuſationem perſpexerit, diligenter, & Accuſatoris, & Accuſati perſonas conſideret[b]: accuſationẽ quoque ipſam perpendat, etſi quidem Accuſatorem odio, vel liuore, vel prauo aliquo affectu ad accuſandum moueri, vel iure communi ab accuſatione repelli animaduerterit, niſi grauis cauſa ſubſit, vel Accuſator propriam iniuriam proſequatur, accuſationem reijciat, vt monent Innocentius, Oldradus, Clarus, & alij, præſertim ſi in ea graues aliquos viros, quorum fama Religioni maximè neceſſaria eſt, quales Prælati, ac inſignes quædam perſonæ eſſe ſolent, accuſentur; ſic enim maligni criminationibus, quæ in publicum Religionis damnũ à vilibus interdum perſonis intentantur, ianuam percludi neceſſe eſt, ita enim decretum habetur c. ſi qui ſunt 2. q. 7. his verbis. *Si qui ſunt vituperatores, aut accuſatores Epiſcoporum, aut aliorum Sacerdotum, non oportet à Iudicibus Eccleſiæ audiri, antequàm eorũ diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua*

[b] Innoc. in c. nulli de accuſ. Old. conſ. 224. n. 1. Clar., q. 15. v. 3.

conſcien-

conſcientia, quóue merito; ſi pro dolo, aut vanagloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate, iſta præſumunt, necnè. Idem quoque repetitur c. quærendum ibidem. *Quærendum eſt, inquit in iudicio, cuius ſint conuerſationis, ac fidei, is qui accuſat, & is qui accuſatur. Quoniam hi, qui non ſunt rectæ conuerſationis, ac fidei, & quorum vita eſt accuſabilis, non permittuntur maiores natu accuſare, nec viles perſonæ in eorum recipiuntur accuſatione.* Hoc ipſum ſentiunt D. Thomas [a], Sotus, Clarus. Quare Iudices noſtri diligenter animaduertant, nè ex indulto Bonifacij facilè eos ad accuſationes admittant, quos iure communi ab ea excluſos eſſe cognouerint, ne amplior quàm par eſt via accuſationibus ſternatur.

a D. Tho. 2. 2. q. 68. art. 1. ad 2. Sot. l. 5. de iuſti. & iur. q. 1. ar. 1. Clar. q. 74. verſ. quarto ergo.

Ipſam quoque accuſationem diligenter inſpiciant, num vitium aliquod ſubſtantiale contineat, num Accuſatoris inſcriptionem habeat, atque alia, quæ legitimæ accuſationi neceſſaria ſunt, complectatur, quòd ſi aliquem huiuſmodi defectum deprehendat; vel in ea eminentem aliquã perſonam accuſari perſpiciat, quæ vel abſq; ingenti Reip. aut Religionis perturbatione puniri non poteſt, vel publico Prouinciæ, aut Religionis bono maximè vtilis, ac neceſſaria cenſetur: eam poterit inferior Iudex ab initio repellere, non quidem ordinario iure, & poteſtate, ſed ex tacita ſupremi Iudicis voluntate, ſeu ex Epikeia, vt docet Cayet [b]. Admiſſam tamẽ non poteſt ſua auctoritate abolere, verum eam illi ſuſpendere, ac diſſimulare licebit, & interim totum negotium per literas Generali Miniſtro exponere, qui eam penitus ſua auctoritates valet reſcindere.

b Cayet. 22. q. 68. a. 1. 5.

Accuſatore itaque vel criminoſo, vel aliàs illegitimo ex officio, vel ex Epikeia repulſo, ſi Iudex legitimum Accuſatorem offenderit, accuſationem quoque integram agnouerit, eam admittere debet: iuramentumq; ab Accuſatore exigere, quod non animo calumniandi accuſationem porrigat. Verùm antequàm Notarius in actis accuſationem deſcribat, talionis pœnam Accuſatori proteſtari debet, niſi crimen probauerit, quæ pœna illi quoque denunciatori intimari debet, iuxta noſtrum procedendi modum, qui in cauſa inſtigator deprehenditur, & vicem Accuſatoris aſſumit, quanquam, vt diximus, hæc talionis pœna iam ipſo

vſu in arbitrariam commutata ſit.

Crimen autem, quod ab Accuſatore deponitur, vel eſt facti permanentis: quale eſt, quòd Titius Meuium vulnerauerit, percuſſerit, aut occiderit, vel eſt facti tranſeuntis, nempe quòd Titius blaſphemauerit, aut Meuium iniuria affecerit, aut fornicatus fuerit, &c.

Qualecunque autem crimen ſit, Iudici ante omnia debet conſtare de commiſſo delicto, antequàm procedat: quapropter ſi delictum fuerit facti permanentis, Accuſatoris onus erit omnino efficere, vt tale delictum iudici conſtet, aut illum deducendo ad locũ, vbi percuſſus, aut vulneratus, aut occiſus, iacet, ſiue inſtando, vt aliquem ad videndum mittat. Iudex vero vbi ad locum delicti, ſiue vulnerati, vna cum diſcretis viris venerit, ad vulneratum accedere debet, ac vulnus inſpicere, niſi iam medicamenta adhibita fuerint, & omnia ab aliquo adamuſſim deſcribere curabit, & ſi vulnus propter medicamẽta inſpicere non potuerit, in ſcripto explicabit, ſe vulnus propter medicamenta videre non potuiſſe, vt fuſiùs in praxi explicabitur. Deinde Accuſator teſtes ad probandum producere debet.

Si verò delictum facti tranſeuntis fuerit, Iudex teſtes ab Accuſatore ad illud probandum exquirat, itaut ſi plura delicta obijciat, pro vno quoque illorum probando teſtes aſſignet.

Si Iudex delegatus fuerit in ipſo proceſſus initio delegationis mentio facienda eſt, ac delegatoriæ litteræ in proceſſu inſerendæ, vel deſcribendæ.

Si Accuſatio in cedula porrigatur, ſcribendum erit in actis, cedulam porrexit accuſatoriam, eiuſque cedulæ ſeu libelli verba, quæ in principio, ac fine illius habentur in proceſſu deſcribenda erunt, vel cedula ipſa in proceſſu inſerenda. Si autem verbotenus accuſationem porrexerit Notarius deſcribet in actis. Fr̃ N. accuſatoriam querelam contra Fratrem N. propoſuit, inſtauitque infraſcriptos teſtes ad veritatem habendam interrogarij. Porrò teſtium nomina, cognomina vbi opus eſt, cognomen apponi, patriam, ætatem, gradum, ſtatus, profeſſionem Notarius ipſe deſcribat.

In initio quoque proceſſus, Rei nomine appoſito, annus quoque, dies, ac menſis, quibus accuſatio intentatur, ac proceſſus conficitur, Accuſatoris quoque nomen, cognomen, dignitas, officium Notarij, ac loci, in quo iudicium exercetur, delicti ſpecies, locus, tempus, annus, menſis, dies, quoque, ſi Reus petat, in quibus delictum fuit perpetratum, Accuſati nomen, cognomen, patria, ætas deſcribantur, vt in formula propria in fine huius libri exarabitur.

De Teſtium probationibus, ac primò, qui teſtes eſſe non poſsint iure communi, & canonico. Cap. XX.

INTER alia, quæ ad iudicium rite inſtituendũ, ac proſequendum ſpectant, legitimæ teſtium probationes adeò omnium calculis neceſſariæ ſunt, vt quacunque via Iudex procedat, niſi earũ adminiculo fulciatur, iudicij corpus, velut reſectis neruis, protinus ruere neceſſe ſit, neque ad finem vſque incolume ſubſiſtere. Quapropter vijs, quibus Iudex ad iudicium graditur hactenus pro inſtituta breuitate explicatis, nunc de teſtium probationibus, ex quibus iudicium coaleſcit, agendum eſt.

Porrò in hac re tria potiſſimum capita diſcutienda ſunt. Primum, quinam in iudicio Regularium ſint idonei, vel non idonei teſtes. Secundum, quot ſint teſtium genera, quiue perfectam, aut imperfectam probationem efficiant. Tertium, quis in teſtium interrogatione modus, ac prudentia ſeruanda ſit, quæ ſigillatim ſuo quæque ordine explicanda erunt.

A primò igitur capite rem aggredientes. Quamquam in Regularium iudicijs, in quibus ex Sedis Apoſtolicæ indulto, iuris apices, ac ſolemnitates minimè obſeruari ſolent, teſtes, qui iure communi à teſtimonio ferendo repelluntur, velut habiles admitti queant, ſi id Regularium iudici, cauſa poſtulante, viſum fuerit: haud tamen æquum eſt, iudicem

ea, quæ communis iuris ſunt ignorare. Idcirco quinam iure communi minus idonei teſtes cenſeãtur, declarandum eſt, vt inde facilius agnoſci poſſit, qui in Regularium iudicijs pro idoneis teſtibus haberi debeant.

Primum itaque iure canonico in cauſis criminalibus à teſtificando repelluntur Inimici [a] Rei, dummodò probetur inimicitiam eſſe capitalem [b]. Quod etiam debet intelligi in criminibus exceptis [c]. Idque non ſolùm iuregentium, ſed ipſo quoque iure naturali.

Neque tantùm [d] Inimicus verus, ſed etiam præſumptus, ſi de eo iuſte præſumatur, à teſtificãdo repellitur [e]. Quamuis inimicitia non ſit publica, ac notoria [f]: & ex cauſa minus probabili orta fuerit [g], tametſi poſtea reconciliatus fuerit [h]. Secus tamen erit, ſi inimicitia non ſit capitalis, leuis enim inimicitia teſtem non repellit. Quæ autem capitalis inimicitia cenſenda ſit Rodericus [i], & Ghislerius, pluribus allatis cauſis declarant, quas breui compendio recenſebimus. Prima [k] eſt cùm Reus teſtis conſanguineum occidit, aut dedit operam, vt interficeretur, & è contra. Secunda idem [l] intelligendum eſt, cùm aliàs Reus teſtem, vel teſtis Reum conatus eſt occidere, aut ei parauit inſidias, aut minas intentauit. Tertia [m], cùm Reus teſtem, vel è contra pugno, alapa, baculo, vel ferro percuſſit, aut vulnerauit. Quarta [n] cùm alter alterum graui iniuria affecit. Quinta [o] cùm alter alterum accuſauit in cauſa criminali, ex quo graue damnum ſequi poterat. Sexta [p] cùm alter aduersùs alterum depoſuit, aut deponere voluit in cauſa criminali. Septima cùm alter adulteriũ commiſit cum alterius matre, vxore, ſorore, filia, eo ſciente, ac reclamante. Octaua [q] cùm Reus teſtem in vinculis detinuit. Nona [r] cùm Reus alias aduersùs teſtem mouit quæſtionem de ſtatu v.g. cum eſſe plebeium, ortum de genere Iudæorum, aut Sarracenorum. Decima [s] cùm alter aduersùs alterum quæſtionem mouit de prælatione obtenta, & ipſi iam confirmata,

a Cap. accuſatores el primo, & duob⁹ ſequẽ. 3.q.5.c omnes eadẽ 1. eũ oporteat &c eũ memini m.de accuſatione auth ſi dicatur C de teſtib. Bart. in l. filius famil. n.6. ff. de donation. Far.q.12.n.35.
b C. fertur de ſimonia. & in crim. hęreſis, Pariſ. conſi. 2. nu. 61. l 4.
c C.ꝙ ſuperceſt 3 q 5. Direct in quiſ. 3.p q 67.
d Iaſ. cõſ. 167. n.8.l.4 Marſil. cõſ.25.n.7. Menoch l.1. de Arbit. Iud. q.28.
e Marſil. ſingn. conſ. 178. poſt Bart. in l 1. ff. de ijs quib⁹, vt ind. Fari.q.53.n.15.
f Arg.c. veniẽs & ſecundo de ſpõſalib⁹ Alex. conſ.99.n.3.l 2. Meno. loco cit.
g c. Accuſ. el primo 3.q.5.& c. qui crimẽ 6. q.1. Imol. in l. filius familias ff de donation. Couarr. li. pract. quæſt. c. 18.
h Cl. q. 6. verſ. Item quæro.
i Rod l.2.q.15 ar 3. Gisl. de Iu. Reg. c. 14. o. 22.
k Socin. in c. repellantur n. 14 de accuſ.
l Gloſ. in l. licet ff. de recog. Arbit. v. capit. & Alex. conſ. 14. l. 3.
m Gomez. lib. 3 Variar c. 6. n. 3. Alex. conſ. 99. l. 1.

n Bald. in c. veniens de iur. iuran. d in l. procur. Marſi in lib. 1. § præterea ff de quæſt.
o Bar. in l 4 § fi. de alim. legal. Gl. in l. 3. § capitales ff. de recep. Arbitr.
p Ioann. de Anania. & alij in c cum P. Maconella de accuſ.
q Felin in c. repellãtur n.3 & Giam. conſ.46.n.1.& 2.
r Bal in l. Athle. §. dant. rem. ff. de excuſ. Tuto.
s Felin. in c toties de teſt. n.5. Panorm. in c.1.n 3. de iud.

eadem

ea ſem enim eſt Regularibus viris, perinde ac ſi moueretur de omnibus bonis, aut de maiori parte bonorum. Vndecima [a] cum teſtis eſt conſanguineus, vel deſcendens ab inimico capitali, vel collateralis vſque ad quartum gradum. Rei [b] tamen affines, & conſanguinei interdum admitti poſſunt ad defenſionem ipſius. Duodecima [c] ſi teſtis commoratur, vel valde familiariter conuerſatur cum inimico capitali Rei, vel de domo Inimici prodijt. Tertiadecima [d] ſi Teſtis cùm Inimico capitali Rei amicitiam, aut cognationem, aut affinitatem coniunxit. Idemque [e] ſentiendum eſt, ſi inimicitiam cum Rei amicis contraxit. Poſtremò Iudex poſt latam contra Reum ſententiam ipſius Inimicus cenſetur.

Secundò ſuſpectus [f] Legibus à teſtificando arcetur. Suſpectus autem dicitur, qui non eſt omni exceptione maior. Talis [g] eſt conſanguineus, & collateralis Accuſatoris vſq; ad quartum gradum, & familiaris eiuſdem. Qui [h] de domo Accuſatoris procedit. Item [i], qui de domo iudicis prodit.

Tertiò, Infamis [k] infamia iuris, & facti.

Porrò, infamia iuris, quædam eſt iuris ciuilis, quædam iuris canonici [l]. Infamia iuris ciuilis, ſiue à iure ciuili introducta incurritur. Primò [m] per ſententiam diffinitiuam (non autem interlocutoriam vel arbitrariam) Iudicis, ob crimen aliquod publicum, aut priuatum, vt ſtupri, furti, homicidij, adulterij, falſi, & aliorum quorumcunque delictorum. Secundò ipſo facto incurritur, cùm id fit, per quod à iure operante irrogatur infamia. Hinc [n] Infames iure ipſo dicuntur Athletæ in arena pugnantes, ac duellantes. Milites [o] militaribus inſignijs ſpoliati, & in exilium miſſi. Vſurarij [p] publicis fœnoribus incumbentes. Lenocinia [q] exercentes. Cum [r] duabus viuentibus nubentes. In adulterio [s] deprehenſi. Et de furto [t] conuicti.

Infamia autem iuris Canonici incurritur. Primò [u] ob quodcunque lethale crimen notorium: cum tamdiu eſt ſuperſtes, quouſque ipſum crimen ſublatum fuerit [x]: vt notāt

a Gomez li. 3 variar c. 6 n 15. & habetur in l. Athlet § dat remiſ. ff. de excuſ
b Clai. q. 24 n. 12.
c c. accuſatoribus 3 q 5 Geminian⁹, & alij ſ̃c. appellātur, & in c. cū oporteat de accuſ.
d Bald in l. ſi liberi C de inoff teſtat.
e Gram. conſ. 24. n. 6. vol 2. & Iaſon in l. ſi liberi C. de inoff. teſt.
f C. teſtes 2. q. 7. c. Accuſator. el pri & duob⁹ ſeq. & c. Accuſ el teſt. 3 q. 5. c. In primis 2. q. 1. Arg c quod ſuſpecti 3. q 5.
g 3. q. 5 c 1 Ar. l. Coin. § 1. ff. de iniur.
h c literis de teſtib' l. pen. ff. eod.
i 4. q. 4. c. fin. Arg c cauſam de offi. deleg & l qui iuriſdict. ff. de iurisd om. iud.
k C nulli 3. q. 4. Teſtes 2 q. 7. c. conſtituim' 3. q. 5 c. Beatus. & ſeq 6 q. 1
l Pan in c. teſtimoniū de teſt.
m c. infames 3. q. 7. § porro c. cū te de re iud. l quid ergo §. ex cōpr. & ſeq. ff de his qui notātur infamia.
n c. infames 3. q. 7.
o l quod ait. § ignom § de his q not. inf.

p c. vſur. 3. q. 7. q l. Athl. § ait p̃tor. ff. eo. r l. quid igitur ff. eo c. nup à nobis de bigamis. s L. Palam § quæ in adulterio ff. de ritu nup. t Gl. in c. Infames § Porro. u C infames 6. q. 1 x Tabienſis v. Infamia n. 9. Armilla eo. n. 8.

Ta-

Tabienſis, & Armilla; In eo [a] enim peccato perſeuerantia ab accuſando, & teſtificando repellit. Secundò [b], ea quoque in omnibus caſibus incurritur, quibus contrahitur de iure ciuili, ita vt infamis ſecundùm leges ciuiles, infamis quoque ſecundùm leges canonicas cenſeatur, quo fit vt infames vtroque iure ſint omnes Hæretici, Sciſmatici, Apoſtatæ, Fures, Sacrilegi, Capitalibus criminibus irretiti, Sepulchrorum violatores, Læſæ Maieſtatis Rei, Conſpiratores in ꝓprios Superiores; Inceſtuoſi, Homicidæ, Periuri, Raptores, Malefici, Venefici, Adulteri, De bellis fugiẽtes, Per ambitum indigna officia petentes, Facultatum Eccleſiæ iniuſti vſurpatores, Calumniatores, Accuſatores in probatione deficientes, Delatores, Excommunicati, Ab Eccleſia pro ſuis ſceleribus pulſi, & quotquot iura tum ciuilia, tum canonica infames appellant. Infamia verò facti illa nuncupatur, quæ propter aliquod turpe factum contrahitur, velut per adulterium, homicidium, furtum, & ſimilia.

A Regularibus verò infamia tam iuris quàm facti non ſolum omnibus hiſce caſibus contrahitur, ſed præterea ex detruſione in carcerem, ex priuatione officij, ac dignitatis, ex deiectione à gradu profeſſionis, & apud nos ex delatione Caputij probationis. Denique toties incurritur, quoties publica pœnitẽtia per iudicis ſententiam alicui iudicialiter imponitur: vt notant Victor [c], Auerſa, & Ghiſlerius.

Porrò hæc iuris, & facti infamia nõ ſolùm ab accuſando, & teſtificando arceat, verum, & ordinum exequtionem, & promotionem impedit; cuiuſque dignitatis exercitium aufert [d], & quemcunque ea notatum, ab honore vel quæſito, vel quærendo repellit. Ita vt collatio dignitatis infami facta [e], ex ipſo iure ſit nulla.

Cæterùm quamquam infamia facti, vel per contrarium factum [f], vel per vitæ prioris correctionem [g] tollatur: iuris tamen infamia ſolus Princeps, Superiorem non agnoſcens, à ſibi ſubiectis tollit, Papa ab omnibus tum Clericis, tum Regularibus, & Generalis Miniſter cuiuſque congregationis in ſuo ordine, ſimul cum Diffinitoribus Capituli generalis in prædictis tantùm caſibus, in quibus iure communi à teſtificando non repelluntur [h], vt docent Victor,

Auer-

a c. teſtimoniũ de teſtib. Panor. in d. c.

b c. oẽs vers. 6. q. 1. Innoc. in c. qualiter, & quando, el ſecũdo de Accuſa. Syl. v. infamia n. 9. Tabien. & Armilla eod. n.

c Auerſa ſ modo procedendi in cauſ. Regul. c. 23. nu. 13 & Ghisl. de iud. reg. c. 8. n. 23.

d L. infam. C. de Decurion Panor. in c. querelã de iur. iur.

e c. quę contra de reg. iur. in 6. c. infantibus eod. tit. l. 2. C. de dig. Rahen. v. infamia n. 4. Sylu. v. infam. n. 15. q. 10.

f Panor. in c. diligenti de Simon. Sylu. v. infamia n. 7.

g Armilla v. infamia n. 10. Nacõ 3. de Rapto. n. 2 10. 2.

h Anuerſ. loco citato n. 4. Panor. in c. v. de ſent. & re iudic.

Aucrſa, & Panormitanus.

Quartò, Criminoſi[a].

Quintò, Excommunicati[b].

Sexto, Conſpiratores[c]. Ij Autem Conſpiratores dicuntur, qui ex parte conueniunt, vt vnus accuſet, vel denunciet, & reliqui, ſint teſtes, quos non ſolùm à teſtimonio ferendo reijci oportet, verùm etiam tanquam iudicij corruptores, ac innocentium oppreſſores[d] grauiter puniri debent.

Septimò, Dominus[e] Aduerſarij.

Octauò, Mulier[f], quod intelligi debet in cauſis criminalibus, non ciuilibus, Mulier[g] enim in omni cauſa ciuili teſtis admittitur, prę̨terquàm[h] in teſtamento, Et in criminalibus ipſius teſtimonium admittitur, quo ad informationes, non quoad condemnationem Rei.

Nonò, Minor[i] viginti annis, quod Gomez docet intelligendũ eſſe in criminalibus quo ad torturã, nõ autẽ quo ad informationes capiendas, nam in ciuilibus dictum puberis nimirum maſculi quatuordecim annorum, & Fœminæ duodecim vbique in iudicio admittitur.

Decimò, Socius[k] criminis. Hic tamen cùm agitur de crimine excepto, vt in hæreſi, crimine Læſæ Maieſtatis, Maleficio Sortilegio, Sodomia, Furto famoſo, &c. & in his, quæ ſine ſocio committi non poſſunt, idoneus teſtis eſſe valet, adeò quod dictum ipſius non ſolùm ſit ſufficiens indicium ad torturam, ſed etiam ſemiplenam probationẽ efficiat; & ſi alius teſtis accedat, delictum erit plenè probatum, & ſufficiet ad condemnationem Rei, vt tradunt Cynus[l], Panormitanus, Clarus, Farinacius.

Vndecimo, mente[m] captus, ſeu furioſus, quamdiu præſumitur talis, & non habet lucida interualla.

Duodecimo, Perſona[n] vilis, & inops, de qua ſuſpicio iuſtè oriri poſſit, quòd facilè pecunia corrumpatur. Secus autem, ſi ſit honeſta, ac Deum timens, quod iudicis arbitrio potiſſimùm relinquitur iudicandum.

Tertiodecimo Laicus[o] aduersùs Clericum non poteſt ferre teſtimonium. Id tamen fallit in crimine[p] notorio, & in crimine[q] excepto.

a c. Teſtes & c. 7. c. ſuſpec. 2. q. cõſtitutim. 3. q. 5. Fari. q. 56. n. 128. & ſeque n.
b C. Mellus 3. q. 4. c. 1 4. q. 2. c. omnes 3. q. 5.
c C. oẽs 3. q. 5.
d C. conſpirationum 11. q. 1.
e Gloſ. in c accuſatores el 3. 3 1. q. 5. Arg. c. ſemel malus de Reg. in l. 6. Far. q. 56. n. 186.
f C. mulierem 33 q. 5 1. c. foras de verb. ſign. Nau. conſi. 3. de accuſ.
g L. ex eo ff. de teſtib.
h L. qui teſtamẽto § mulier ff. de teſtam.
i L. teſt. in fin. ff. de teſtib. c. ſi teſtes 4. q. 2. & 3. § in teſtimoniũ, ꝑ Gomez.
k L. fin. C. de accuſ. c. veniẽs el primo de teſti. c. 1 de confeſſis l. fin C. de accuſ. n. 2. & cõ. 5. n. 2. eodem tito. 2.
l Cyn. l. vltima C. de accuſ. Panor in c 1. de confeſſis Clar. l 5 § fin. q. 21. verſ. dictũ Socij Far. q. 43 n. 1. 6.
m C. Infames §. 3. 3. q. 7. & c. ꝑterea de teſt.
n L. 3. & 4. ff. de teſtib. & Syln. Teſtis 5. q. 1.
o C Mellus 2. q. 7. & c Sacerdos 6. q. 1. & c. de cętero ext. de teſt.
p c. penu. extra de purgat. Can. Diaz in pract. c. 120.
q Diaz. ibidẽ.

Quartodecimò Accuſatus [a] criminaliter, niſi in exceptis criminibus teſtis eſſe non poteſt.

Quintodecimò Aduocatus [b], Procurator, Solicitator in cauſa ſui clientis, contra Aduerſarium teſtimonium ferre non poſſunt.

Sextodecimò Tutor in cauſa ſui Pupilli [c], vt docet Farin.

Poſtremò quicunque [d] ab accuſando arcentur, ij quoque à teſtimonio ferendo iure communi repelluntur. Eos verò qui accuſare prohibentur, ſuperiùs recenſuimus.

a c.fin. de teſt. Arg.c.teſtimonium eod.tit.
b c. ſi teſtes 4. q.3.Far.q.60.n. 155.196.& 244.
c Farin. ibid n.262.
d c.14 q.2. c.ſuſpectus c conſtituim' c. omnes 3 q.5.Foller. in pract. crim. Canon verſ.accuſ. porrecta c. 4.n. 3.

Qui ſint idonei, vel non idonei teſtes in iudicio Regularium. Cap. XXI.

EXPLICATO itaque, qui teſtes iure communi,& canonico à teſtimonio ferendo repellantur, ſupereſt declarandum ex his quinam in foro Regularium à Iudice velut habiles probari, quiue ab eo tanquam illegitimi reprobari debeant: Principio id exploratū eſſe debet, Teſtes, qui iure communi inhabiles, ac minùs idonei eſſe iudicantur, bifariam habiles reddi poſſe, vt eorum teſtimonium in iudicio, tanquàm legitimum recipi valeat, primùm ab ipſo iure, nimirum cū delictū eo tēpore, ac loco perpetratū fuit vbi teſtiū copia haberi nō poteſt veluti ſi nocturno tēpore, vel in ſylua, in lupanari, in cāpo, in cubiculo, in mōte, ac huiuſmodi locis ſolitarijs crimē cōmittitur, tunc enim teſtes alioqui inhabiles, velut idonei à iure admittūtur, nè [e] ius depereat, dummodò huiuſmodi non ſint, qui iure naturali à teſtimonio ferendo excluduntur, quales ſunt Inimici, vel Inimicorum Conſanguinei, Affines, Fautores, Familiares, Aduocati, Procuratores, Solicitatores, & alij quos paulò poſt explicabimus.

Præterea ſi alter teſtium ſit fide digniſſimus, is alterius inhabilis, ac minùs idonei defectum ita ſupplere poteſt, vt ſimul plenam probationem efficiant [f] Ita docent Baldus, & alij. Tutius tamen eſſet, vt notat Farinacius [g], ſi talis teſtis inhabilis inhabilitatem ex defectu famæ, vel ſtatus con

e C.fin.de teſt.
f Bald. in l. ſi quis ex Argētarijs §. 1. ff. de ede. quem alij dd.ibi ſequūtur Cęſar de Graſſ. deciſi.124.n.12. Far.q.62.n.328. & 380.
g Fari. q.67.n. 211. & ſeq.

tractam (non aliam adhibita tortura purgaret.

Inſuper in caſibus difficilis probationis, cùm veritas delicti aliter à Iudice haberi non poteſt, præterquàm ex dicto teſtis inhabilis: tunc is ad teſtificandum admittitur, nè delicta probationum inopia ſordeſcant, aut impunita graſſentur; in his enim coniecturæ, & præſumptiones admittuntur tanquàm claræ, & legitimæ probationes, vt docet Alexander [a]. Communis enim eſt Regula, quòd teſtibus ex natura facti deficientibus, minùs idonei recipiantur, vt docent Decius [b], Clarus, & Carrerius. Id verò intelligendū eſt, cùm delictum ſuapte natura eſt tale, quod per alios teſtes quàm per inhabiles probari non poteſt, qualia ſunt delicta, quæ in lupanaribus committuntur. Ita Nauarrus, & Antonius de Butrio.

In criminibus quoque exceptis vniuerſi teſtes inhabiles præter ſuperiùs exceptos admittuntur, vt docet Farinacius [c], atque hi quoque, velut legitimi, recipiuntur ad defenſionem Rei, vt habent [d] Clarus, Gomezius, Farinacius, quamuis omnino non probent, ſed quanta illis fides adhibenda ſit [e], ex Iudicis arbitrio pendeat.

a Alex. cōſ. 24. & 69. vol. 2.
b Dec cōſ 342. n. 9. Clar. q. 24. verſ. ſciendū eſt tamē, & Car. in prac. fo. 63 n. 49
c Nau. in Mā. c. 25. n. 50. Anton. de But. in c. 3. ext. de probat.
m Farin. q. 62. nu. 85.
d Cla. q. 24 ver. Item ſcias Speculat 3. p. tit. de inqui. §. 1. n. 22. Gomez. c. 12. de dictorum n. 22. Far, q. 62. n. 90.
e Farin. ibid. nu. 98.

Altero quoque modo teſtes inhabiles ad teſtificandum idonei reddi poſſunt, nimirum à Iudice Regularium ex indulto Bonifacij Octaui, quo Regularibus conceditur, vt iuris ſolemnitatibus omiſſis in puniendis Fratrum exceſſibus, ſola rei veritate inſpecta, Iudex de plano poſſit procedere. Idcirco cùm exploratum ſit huiuſmodi teſtium inhabilitatem, præter eam, quæ à iure diuino, & naturali ortum habet, quæ à nobis inferiùs explicanda erit, velut iuris ſolemnitates, à ciuili, & canonico iure, inductam fuiſſe. Hinc Regularium Iudicis arbitrio relinquitur, vt quoſcunque teſtes minus idoneos, præter eos, qui iure diuino, & naturali à teſtificando arcentur, velut habiles, ac legitimos poſſit admittere, iuxta Panormitanum [f], D. Antoninum, Syluestrum.

f Panor. in c. de cętero extra de teſtib. D. Anto. 3. p. tit. 9. c 5. §. 1. Sylu. in v. Iudex.

Qui igitur lege diuina à teſtium numero excipiuntur, hi ſunt. Primo Infideles, ſecundò Hæretici, tertiò Apoſtatæ, & de fide ſuſpecti, quartò Crimmoſi publici, quintò falſi teſtes, ſexto Conſpiratores, ſeptimò Calumniatores,

oĉtauò Infames infamia iuris, & facti. Huc enim ſpectat, quod in Pſalmo de his ad Iudices dicitur. *Vſquequò facies peccatorum ſumitis*, & illud Ioannis. *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat*. Hi cùm eatenus à teſtimonio ferendo diuino iure excludantur: quatenus vel in criminibus perſeuerant, vel criminum pœnas luunt eo fit, vt à Iudice Regularium ad teſtimonium nullatenus admitti debeant, niſi crimen abſterſerint, aut, criminis pœna illis condonata, cum ipſis diſpenſatum fuerit, vt in ſuperiori capite explicatum fuit:

Pſal. 81.

Io. c. 8.

Ij verò, qui iure naturali à teſtificando repelluntur ſunt, Primo Inimici capitales eo modo, ac ratione, qua in ſuperiori capite inimicorum ſigna diſtinximus.

Secundo Inimicorum Conſanguinei, vel Affines vſq; ad quartum gradum.

Tertiò horum familiares, quod intelligi debet, ſi talis familiaritas à Reo probari poſſit, quod probabilem ſuſpicionem Iudici ingerat: charitatis enim familiaritas ex Regula fratribus indicitur.

Quartò eorum Fautores. Quæ omnia capita eadem ratione ad Accuſatores, Accuſatorum Conſanguineos, Familiares, & Fautores extendi debent, cum Accuſator ex accuſatione, Rei inimicus capitalis eſſe cenſeatur.

Non ita de denunciatore ſentiendum eſt, qui cùm ex charitate ad denunciandum moueri præſumatur, dummodò propriam iniuriam, aut damnum non proſequatur; in Teſtem à Iudice Regularium aſſumi poteſt, vt ex communi Doctorum ſententia exploratum eſt.

Quintò ſuſpecti.

Sextò Furioſi, & mentecapti, qui nullis guadent lucidis interuallis.

His igitur, qui vel iure diuino, vel naturali teſtificari prohibentur à Iudice Regularium exceptis: cœteri, qui iure communi à teſtimonio ferendo repelluntur, velut legitimi admitti poſſunt. Quamobrem idonei teſtes apud Regulares erunt. Primùm, qui ſunt omni exceptione maiores, ij nimirum, quibus iure ciuili, aut canonico nihil opponi poteſt, quominùs fides eorum dictis adhibenda ſit. Secun-

dò

dò ex ſupra enumeratis, & non exceptis, quotquot Iudex Regularium, velut idoneos, ad teſtificandum admiſerit.

Porrò, & ſi nulli dubium eſſe poſſit, quin Regulares omnes, ſiue Subditi, ſiue Prælati in quocunque iudicio legitimi teſtes eſſe poſſint, præſertim, ſi Iudex Regularium eos, velut legitimos probauerit, cùm nec iure Ciuili, nec Canonico à teſtificando arceantur, vt notat Rodericus [a]: id tamen certum eſt nullum Regularium apud ſæcularem iudicem, niſi de Superioris [b] ſui licentia, teſtimonium ferre debere, quod etiam confirmat Franc. Mar. illud tamen ſi ferat, validum erit, vt tenet Gloſſ. [c] quam ſequuntur Abbas, & reliqui. Grauiter tamen peccabit ferendo, ac punitione dignus erit.

Tria tamen hic obſeruari debent. Primum, Superiores locales quoquo nomine nuncupentur, hanc ſuis Subditis facultatem concedere non poſſe: ſed tantùm Prouinciales qui Epiſcopis ſuccedunt, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinent, vt obſeruat Rodericus loco citato, & colligitur ex cap. 1. in fine de iuram. vbi dicitur, quod Epiſcopi tantùm hanc facultatem ſuis Clericis elargiri valeant. Ex quo infertur, ab ijs tantùm, qui Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem poteſtatem inter Regulares habent, hanc facultatem ſuis Subditis concedi poſſe.

Secundum, neminem Regularium, ſiue obtenta, ſiue non obtenta à ſuo Superiore licentia in cauſis criminalibus contra Reum apud Sęculare forum teſtimonium ferre poſſe; præterquàm in criminibus exceptis, in quibus omnes accuſare tenentur; & ſi eam Superiores concedant, ea vtendum non eſſe, vt docent Goffredus [d], Innocentius, Rodericus, & Farinacius. In iure tamen ipſius teſtimonium valebit, ſi ferat, Veruntamen eam Prouinciales eam ſuis Subditis concedere poſſunt in ciuilibus, & criminalibus ad defenſionem Rei, quod tamen non niſi parciſſimè, & ſumma prudentia, ac conſilio adhibito fieri debet, præſertim cùm in eo caſu teſtes coram iudice proteſtari debeant, ſe nullius perſonæ damnum intendere, nè ſi ex eorum teſtimonio mors, aut enormis ſanguinis effuſio ſequeretur, irregularitatem contraherent. Quam proteſtationem quoque

a Rod. to. 2. q. 10. ar. 1.

b cap. fin. de iuram. Frã. Mar. deciſ. 77. n. 4.

c Glo. c. 1. de iuram. calum.

d Goſ. in Sum. de teſt. cog. Innoc. in c. delict. eod. tit. Rod. to. 2 q. 10 ar. 4. & Far. q. 61. n. 59.

adhibere debẽt, quoties in criminibus exceptis, vel teſtium, vel Accuſatorum officio fungi debent.

Tertium Regulares ad teſtificandum apud Iudicem non regularem tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis compelli non poſſe ex lege municipali. Id enim conceſſerunt Iulius ſecundus congregationi Montis oliucti. Honorius tertius Carthuſienſibus, & Leo decimus Camaldulenſibus [a]. Porrò, & ſi hæ conceſſiones à Pio ſecundo limitatæ videantur per eam clauſulam, *niſi aliter veritas haberi non poſſit*; ex qua id inferri videatur, quod vbi aliter veritas haberi non poſſit, compelli debeant, vt poſt Innocentium tenet Panormitanus [b]: id tamen certum eſt, in cauſa ſanguinis iuxta Rodericum [c] neminem Regularium ad teſtificandum compelli poſſe, quamuis aliter veritas haberi non poſſit, cùm in huiuſmodi cauſis tam Clerici, quàm Regulares, & quicunque ad ordines promoueri volunt, à teſtificando liberi ſint, vt cõmuniter tradunt Doctores [d].

Nulli tamen dubium eſt, quin in iudicijs Regularium, eorum quilibet à Iudice Regulari, & competenti tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus ad teſtificandum [e] compelli poſſit, vt docet Rodericus loco citato, cùm veritas aliter haberi non poſſit, niſi per eos qui in monaſterijs conuerſantur. Hi verò compelli debent pœnis cuiuslibet ordinis inſtituto congruentibus, atque etiam, ſi caſus id poſtulet [f], cenſuris Eccleſiaſticis.

a Apud Rodericum to. 2. q. 10. ar. 2.

b Panor. c. 1. n. 2. de teſt. cog.

c Rod. q. 10. ar. 2.

d DD. in c. delictorum de teſtibus cogẽdis.

e c. quamquã 14. q. 20. & c. Iulia, & c. ſi dominus 11. q. 3.

f c. cum cõtra de teſt. cogẽdis.

De Teſtibus exceptis, ac primò de varijs. *Cap. XXII.*

POST inhabilium teſtium diſcuſſionem, imperfectorum quoque ratio habenda eſt qui vel ſuſpicione, vel macula, vel manifeſto, delicto in iudicio laborant, vt quatenus ij probationem in Reorum cauſa præſtant, non obſcurè dignoſci queat.

Ex his igitur, qui vel imperfectè, vel indignè ad teſtificandum accedunt, quidam dicuntur varij, alij diſcordes, alij

confusè,

Digitized by Google

confuſè, obſcurè, & ambiguè loquentes, alij de credulitate tantummodò deponentes, alij vacillantes, alij tandem falſi, de quibus omnibus ſuo ordine agendum eſt.

Varius in primis, & inconſtans teſtis pluribus modis deprehenditur. Primo ſi contraria, ac diſcrepantia ſiue in eodem examine, ſiue in diuerſis deponat. Secundo ſi priùs de aliquo facto teſtetur, poſteriùs verò ſe ita depoſuiſſe neget. Tertiò ſi ab initio ſe nihil ſcire dicat, deinde de facti veritate deponat. Quarto ſi primo per verbum (credo) omnia ſub credulitate proponat, poſtea aſſertiuè vniuerſa affirmet. Quinto ſi aliquid in iudicio, velut certum aſſerit, quod deinde extra iudicium reuocet. Sexto, ac poſtremo cùm aliquid extra iudicium affirmat, quod poſteà in iudicio negat ſingula ſuo quoque ordine diſcutienda ſunt.

Si teſtis in eadem depoſitione ſibiipſi contrarius exiſtat, nec iuſtam, aut rationabilem huiuſmodi contrarietatis cauſam afferat, aut ſeipſum corrigendo erraſſe dicat [a], omnino repellendus erit. Id tamen [b] Clarus intelligendum eſſe vult, cùm depoſitio circa factum principale, aut qualitates ſubſtantiales ipſius verſatur, non autem circa extrinſeca accidentia, quod eſt rationi conſonum; accidentia enim, & acceſſoria non tollunt ſubſtantiam iudicij. Quòd ſi in diuerſis iudicijs contraria aſſeruit, quando quidem vtrũque illius dictum fuit iuramento firmatum, tanquàm periurus non modo repelli verùm à Iudice [c] puniri valet, in quo omnes Doctores concordant, niſi primum dictum in ſecundo examine, ante triduum ſponte reuocauerit: nam ſi poſt triduum diſtulit reuocare ſubornatus cenſetur, ac propterea poſtremo illius dicto minimè creditur, vt notat Ceſar [d] de Graſſis. Si vero ante triduum vltro primum dictum reuocauit, quoniam illud melius conſideraſſe præſumitur [e], poſteriori illius dicto ſtandum erit.

Verum eſt tamen quòd ſi dicta huiuſmodi teſtis, quæ videntur contraria, poſſunt à Iudice ad concordiam reduci, concordanda ſunt iuxta Imolam [f], Abbatem. Si verò concordari nequeunt, ac teſtis admonitus proteſtetur, ſe velle dictum ſtatim corrigere, ac ſtatim corrigat, minimè [g] repellendus eſt, ſed poſteriori dicto inhærendum erit. At

verò

a Arg. cum Eccleſiam de cauſa poſſeſſi, & prop. Couar. l. 2. variar. reſol. c. 13. n. 8. Clar. q. 53. v. quartus eſt caſus. Crot. de teſt. n 328 Alex con. 20. l. 4. n. 3.

b Clar. eod. q. ver. ſcias tamẽ.

c 22. q 5 cap ſi quis conuictus.

d Ceſar deciſ. 21. nu. 11.

e Alex de præſumptio Reg. 2 præſũp. 29. n. 7

f Imol. l. qui bona ff ſi quis ſtipul verſ. nota ex teſtam. Abb. in c. cum tamẽ de teſtib.

g c præterea de teſtib Farin q 66. n. 227.

Digitized by Google

verò ſi ad dictum corrigendum, temporis dilationem poſtulet, protinus à iudicio eſt excludendus, & [a] pœna falſi, ac periurij mulctandus. Is enim præſumitur velle aut cum parte agere, aut de mendacio cogitare, vt docet [b] Couarruuias, & primò illius dicto ſtandum eſſe tradit [c] Farinacius, niſi probauerit de errore.

Verum cùm huiuſmodi teſtimonium valdè ſit diminutū, illud quidem ad inquirendum tantùm, non ad torturam valebit, vt notant Clarus [d], & Farinacius.

Secundus caſus nunquam vſu euenire ſolet in iudicijs Regularium, in quibus teſtis coram Iudice, & Notario examinari ſolet, atque ipſe teſtis proprio examini ſubſcribit, quo fit, vt ea ipſe, quæ publico ſcripto excepta ſunt, negare non poſſit. Veruntamen, ſi in aliquo caſu contingeret; vt teſtis, quæ in primo examine depoſuit, in ſecundo ſe ita depoſuiſſe negaret, protinus reijciendus eſſet, primoque illius dicto credendum. Quòd ſi de falſi crimine teſti, vel Notario impingendo agatur: tam ipſi teſti, quàm Notario credendum erit iuxta Speculat. [e]. Clar. Magis tamen Notario, quàm teſti fides adhibenda eſt, vt notat Clarus ibidem.

In tertio caſu, ſi teſtis prius ſe dicat factum ignorare, ac deinde in ſecundò examine de facti veritate deponat, nihil omnino probat, ac propterea ſecundum teſtimonium cadit, ita Clarus [f], & Farinacius.

In quarto caſu ſi teſtis ſub credulitate per verbum (credo) factum depoſuerit, poſteà verò in altero examine aſſertiuè loquatur, proculdubio poſteriori illius dicto fides adhibenda erit, præſertim ſi in ſecundo iudicio affirmet ſe rem maturiùs conſideraſſe, ſic Gloſſa [g], minor Soncinus, & Clarus.

In quinto caſu ſi teſtis aliquod factum in iudicio affirmauerit, atque illud idem poſtea extra iudicium negauerit, licet eam reuocationem in articulo mortis præſtiterit: nihilominus primum tantùm illius iudiciale dictum, quod iuramento firmatum fuit [h], in iudicio ſtabile erit. Attamen ſi prioris dicti falſitatem probauerit, itaut ex reuocatione clarè conſtet prius ipſius dictū fuiſſe falsū, poſteriori dicto, pręſertim in iudicio Regularium fides eatenus adhibenda erit,

quatenus

a Fari. ibid. n. 228.

b Couar. l. 2. variar. reſol. c. 13. nu. 8.

c Farin q. 66. n. 124. & 127.

d Clar. q. 58. v. quartus eſt caſus Farin. q. 66. n. 164. & 250.

e Speculat. tit. de teſtib. §. 1. verſ. ſed pone, & Clar. q. 53. v. quintus eſt caſus.

f Clar. d. q. 53. verſ. ſed quid ſi teſtis Farin. q. 66 n. 316.

g Glo. l. de tutela verſ. probari C. de integr. reſtitutio. minor. Sonc. conſ. 92. n. 7. l. 3 Clar. loco citato ver. verum etiam

h Bart. in l. ſi quis in graui §. ſi quis moriens in ſi ff ad Sylla. Couar. l. 2. vari. reſol. c. 11. n. 7. Clar. q. 53 verſ. primus eſt caſus. Graſſ. deciſ. 21. nu. 11.

quatenus Iudici de veritate poſterioris dicti in iudicio delati inquirenti de falſitate prioris dicti per legitimos teſtes cõſtabit. Cùm enim præſumatur Religioſum morti proximũ in ſuiipſius animę perniciem mentiri nolle, reuocatio prioris teſtimonij in morte facta præſertim ipſius iuramento firmata iudicem excitat, vt ex poſteriori dicto prioris dicti falſitatem inquirat. Quinetiam ſi reuocatio ipſius dicti ad Rei defenſionem tendat, cum in eo caſu omnes teſtes etiam inhabiles à iudice velut habiles admitti poſſint, vt optimè docent [a] Clarus, Speculator, Gomezius, Farinacius, & eſt communis ſententia Doctorum: ipſius quoque teſtimonium, ſi in iudicium feratur, tanquàm validum admittendum erit.

In poſtremo caſu ſi teſtis extra iudicium vnum aliquid dixerit, cuius oppoſitum in iudicio ſub iuramento deponat, ſecundo illius dicto ſtandum erit, iuratum [b] namque dictum non iurato præfertur. Verùm quia huiuſmodi dictũ priori dicto debilitatum fuit, vt tradunt Aretinus [c], Boſſius, Farinacius, teſtis torquendus erit, illiq; dicto credendũ, quod in tortura affirmauerit, ita Clarus [d].

Attamen ſi illius extraiudiciale dictum iuramento quoq; firmatum fuerit, nulla ei fides adhibenda erit, ſed tanquam periurij; & falſi Reus à iudice poterit condemnari, vt docet Boſſius loco citato.

Illud tamen ex iure communi exploratum ſit, nullam, vel quàm minimam teſti varianti [e] fidem adhibendam eſſe, ac propterea torquendum eſſe aut leuiùs, aut grauiùs iudicis arbitrio iuxta perſonæ, delicti, ac variationis qualitatem, vt docet [f] Farinacius.

a Clar. q. 24. v itẽ ſuis Spec 3. p. ti. de inquiſit § 1. nu. 22. Gomez. c. 12. delictorũ. n. 22. Far. q. 62. n. 50

b Alex. conſ. 74. n. 8. l. 1. & cõ. 56. n. 20 l. 5. Felin. in c. inquiſitionis 6. tertiæ in fin. de Accuſ. Couar. vbi ſupra.

c Aret. cõſ. 71. n. 1. in fin. Boſſ. tit. de oppoſ. cont teſt. in 3. Far. vbi ſupra nu 226.

d Clar. q. 31. v. primus eſt caſus.

e Cap. cum Eccleſia de cauſa poſſ. & prop Farin. q. 66. n. 13.

f Far. loco cit. n. 68. & 56.

De Teſtibus diſcordantibus, & vacillantibus. Cap. XXIII.

TESTES duobus modis inter ſe diſcordes eſſe poſſunt. Primò ſi teſtes eiuſdem partis, nimirũ aut Rei, aut Actoris inter ſe diſcrepent. Secundo ſi inter teſtes diuerſarum partium, ſcilicet Actoris, & Rei in deponendo diſcordia oriatur, itaut con-

traria deponant.

Primò, modo ſi teſtes pro eadem parte vocati, aut producti inter ſe diſſenſerint in ijs, quę ad facti principalis ſubſtātiā pertinent: Iudex cum primis dicta eorum repugnantia, quoad fieri poteſt, ad concordiam reuocare debet [a], vt monent Graſſus, & Farinacius. Quod ſi id efficere nequeat, tunc iudici perpendendum erit, quorum dicto ſuffragetur maior dictorum veriſimilitudo, inde vel ex numero teſtiū, vel ex illorum dignitate, vel ex cauſæ, aut negotij fauore, aut dictorum veriſimilitudine iudicare poterit, quibus magis ſit credendum. Ita docent D. Tho. [b] Sotus, Cœpola, Farinacius.

Si verò in ijs tantùm diſcrepant, quæ facti ſubſtantiam non attingunt, vt v. g. cùm alij cœlum tunc nubilum, alij ſerenum, alij decima, alij vndecima hora aliquid actum fuiſſe affirmant, cùm hæc leuia, ac pauci momenti ſint teſtimonia, non labefactant, vt monent D. Thomas, & Sotus locis citatis.

At ſecundo modo ſi teſtes tam pro Reo, quàm pro Actore producti, vel circa principale factum, aut circa illa, quæ ad ipſius ſubſtantiam ſpectant, inter ſe diſcordes extiterint, ſi numero, ac dignitate pares fuerint [c], in Rei fauorem iudicandum erit. Quòd ſi altera pars alteram teſtium numero, aut dignitate exceſſerit, niſi obſtet Iudicis præſumptio, pro ea iudicandum erit, vt probant Graſſus [d], & Farinacius. Quòd ſi altera teſtium numero alteri eorundem dignitate præceſſerit, ei tantùm veritas adiudicetur, quæ digniores teſtes [e], licèt numero impares habuerit.

Cæterùm teſtis vacillans is eſt, qui dictum ſæpe vacillando reuocat, ac ſub vacillatione ꝓfert dicēs. Hoc ita ſe habet, imò ſic, imò ſic, vel id vidi hic, imò illic, imò illic, ac ſimilia profert, quibus ſe in dicto vacillare oſtendit. Is ſi ſemel tantùm dictum corrigat, vacillans cenſeri non debet [f], ſed cæteris concurrentibus probat. Verùm ſi ſæpe in eodem dicto hæſitabundus replicet, imò ſic, vel imò ibi, vel imò illic, proculdubio vacillat [g] prorſuſque nihil probat. Quapropter ad veritatem eruendam torquendus erit, vt probāt Foller. [h] & Farinacius.

a Graſſ. deciſ. 73. n. 5. & 175. n. 23. Far. q. 65. n. 36. & ſeq.

b D. Tho. 22 q. 70. ar. 2. ad 2. Sot. l. 5. de iuſt. & iur. q. 7. ar. 2. Cœpol conſ. 1. & 62. Farin. q. 65. n. 135.

c Abb. c. bonæ de elect. & c. cū P. de accuſ Arg. c. cum ſunt de Reg. in lib. 6. D. Tho. & Sot. vbi ſupra.

d Graſſ. deciſ. 69. n. 4. & deciſ. 106. n. 7. Far. q. 65. n. 107. & 114

e C. in noſtra §. ſi vero de teſtib & atteſt.

f L. ſi ita ff. de hæred. inſt.

g C ſi teſtes 4. q. 2. & 3. & c. cū Eccleſiā de cauſa poſſ. & prop.

h Foll. in prac. crim. Cap. verſ. teſtib. diligenter c. 8. n. 43. ac verſ. tormentis mortis ſubijciātur c. 31. nu. 12. Far. q 66. n. 98.

De Teſtibus confuſè, & ambiguè loquentibus, & de credulitate tantùm deponentibus. Cap. XXIV.

CVM in iure obſcurè, aut confuſè, aut ambiguè dictum ad iuris effectum obtinendum [a] pro nõ dicto habeatur: idcirco teſtes qui confusè, obſcurè, atque ambiguè dictum in iudicio proponunt, quod præſtare ſolent per verba mihi videtur, forſitan, poſſe eſſe, quis ſcit, & ſimilia, ex quibus, quæ illorum ſententia, aut veritas ſit, perſpicuè elici non poteſt, quamdiu ea verborum ambiguitate, & obſcuritate inuoluuntur, nihil omnino probant, vt tradit Farinacius [b].

Quamobrem Iudex iterum, atque iterum huiuſmodi teſtes interrogare poterit, vt clarè, ac diſtinctè de veritate deponant, etſi præſentes habere queat, ad illos cogere debet ex c. cùm clamor de teſtibus. Quòd ſi abſint, aut dictum præſentes explicare neſciant, Iudicis arbitrio relinquitur, vt ſenſum illum ex eorũ dictis [c] accipere queat, qui delictũ excludit. In dubio enim delictum præſumi non debet, præſertim ſi teſtes [d] contra aliquem deponant.

Teſtis verò qui tantùm de credulitate deponit, & nihil aſſertiuè dicit, ſed in ſua depoſitione tantùm vtitur verbis (credo) aut (non credo) regulariter [e] in iudicio non probat.

At verò ſi rationabilẽ ſuæ credulitatis cauſam afferat, vt exempli gratia. Credo quòd Titius Meuium occiderit eo quòd Titium gladio euaginato, & cruento è domo Meuij prodeuntem vidi [f], proculdubiò probat.

Quòd ſi vel nullam, vel à communi opinione remotam cauſam ſuæ credulitatis proferat. E. G. Credo Meuium à Titio occiſum, nec vllam cauſam ſubiungit, vel ita credo, quia ita puto, ſiue quia vidi Titium gladium gerere, nihil probat, vt docent [g] Abbas, & Baldus. Huiuſmodi enim dictum neque ad condemnationem Rei, neque ad torturam

a Gloſ in c. ſi teſtes § in teſtib. ver. ſimpliciter 4. q. 3. & in cap. qui Episcop. v. ſimplicib⁹ diſt. 23. & cõcordat text. in l. de ætate §. ſi interrogatus ff. de interrog. actione.

b Far. q. 68. n. 1.

c L. ſi quis intentione ff. de Iudic. & tradũt Innoc. in c. dudũ de elect. Pẽna Comm. 111. in 3. p. direct. Inquiſ. verſ. ſed cum in iſtis.

d C. cum ſunt de reg. iur. in 6. Graſſ. deciſ. 39. n. 2. & Farin. q. 68. n. 45.

e c. Relatum 5. q. 2. l. teſt. C. de teſtb. Specul. 3. p. ti. de teſtib §. opponitur autẽ Ang. in authen. de her. & Falc. §. hinc nobis n. 2. Graſſ. deciſ. 76 nu. 2.

f C. præterea de teſt. & l ſi vicinis C. de Nup. Bald. ĩ l. 1. C. de falſa cau. adiec. leg. §. Teſtiũ v. preterea, & in l. ſolum ver. 9. de teſt. Abb. c. quoties eod. tit. Felin. c. inquiſitionis, quæ de accuſ. Farin. q. 68. n. 74.

g Abb. loco cit. Bald. in l. Conuenit. ver. ex prędictis infert. C. de Epiſcopis, & Cler. & in l. ſiue poſſideatis ver. ſed quaero C. de prob.

valet; ſed tantùm præſumptionem, ac indicium ſufficiens ad inquiſitionem pręſtat.

De Teſtibos falſis. Cap. XXV.

FALSI teſtes à Patribus non iniuria Iudæ æquiparantur, qui Chriſtum pecunia [a] vendidit, & occidendum tradidit, plerique enim non tàm pretio, quam odio, vel amicitia falſa in iudicio deponunt, qui cum veritatem vel pretio vendant, vel immani odio perciti iugulent, Chriſtum ipſum, qui veritas eſt, ad necem vſque perſequuntur. Horum culpam auget, quod Arg. in Decret. Relatus c. 1. de crimine falſo ait, falſidicum teſtem non ſolum ſibi, ſed tribus quoque alijs nocere, primùm Deo, cuius præſentiam contemnit, deinde Iudici, quem mentiendo fallit, demum Innocenti, quem falſo teſtimonio lædit, quo fit, vt iura omnia falſos teſtes velut iudicij peſtes exorreant, ac pœnis proſequantur.

Romani, vt refert Aulus [b], Gellius, falſum deponentes à Saxo Tarpeio deijciebant. Ea quoq; deiectionis pœna vſi ſunt Hiſpani, teſte [c] Tacito, & Seneca. Porrò iure communi ijs, qui dolo malo aduersùs Innocentem deponunt [d], pœna talionis imponitur. Quòd ſi quis falſum ob alicuius defenſionem in iudicio protulit, quamuis ipſius depoſitio intentum ſortita non fuerit, pœna extraordinaria plecti debet, vt tradunt [e] Clarus, Farinacius &c. Clericorum [f] verò pœna eſt depoſitio, & in Monaſterium detruſio.

Cæterùm falſus teſtis multis modis deprehenditur. Primo ſi veritatem, quam fateri tenetur, aut occultet, aut neget. Secundo, ſi ſuper certo articulo interrogatus affirmet, ſe ignorare cum tamen ſciat. Tertio ſi pleraque ſciens, & prudens veritati alicuius facti eſſentialia ſubticuit, cùm tamen iurauerit, ſe meram veritatem de illo dicturũ. Quarto ſi de alicuius dicto teſtimonium ferens illud, vel alio ſenſu, quàm quòd ab eo prolatum fuerit, contra ipſum malicioſè deponit, vel integrum non refert, aut quæ dubitatiuè, aut recitatiuè, aut interrogatiuè ab eo dicta ſunt, velut aſ-

a 11. q. 3. cap. abijt.

b Aulus Gellius lib. 2. noc. atti. c. 1.
c Tacit. l. 5. Ann. & Seneca declam. 3. lib. 1.
d L. 1. §. Præterea ff. de ſiccar. Vide Pennam in direct. inq. comm. 122. ver. ſed in contrarium, & Clarũ lib. 5. q. 53. ver. ſed quæro,
e Clar. loco cit. Farin. q 67. nu. 18. & 193. Panor. in c. 1. de crimine falſo Penna vbi ſupra Rullius in l. Turiaria. 83.
f c. ſi Epiſcop. diſt. 30. Archid. ibid. Panor. in c. 1. de crimine falſ. verſ. item quæro.

Digitized by Google

ſertiuè prolata deponit. His omnibus modis falſitas in teſte probatur, ſi iuridicè cùm iuramento interrogatus de veritate dicenda aliquo horum modorum veritatem, aut negauerit [a], aut occultauerit. Atq; adeò falſitas in teſte manifeſtato pernicioſa eſt, vt totam ipſius depoſitionem vitiet, ac fidem proſternat, vt docent [b] Alexander, Decius, Clarus, & Farinacius.

Hęc tamẽ intelligẽda ſunt, ſi falſitas circa factũ principale, aut qualitates ipſius ſubſtantiales verſetur; nã ſi teſtis circa acceſſoria duntaxat, quę facti ſubſtantiã nõ attingũt, falsũ dixerit, nequaquam falſus cenſetur, neque eiuſmodi dictum totam eius depoſitionem vitiat, vt tradunt [c] Imola, Alexander, Farinacius, Graſſus.

Teſtis autem falſus non conuincitur per vnũ duntaxat teſtem ſuo dicto contrarium, vbi enim vnus tantùm fuerit teſtis ab altero diſcrepans, neutri credendũ eſt, vt notat [d] Clarus, ſed vel per plures numero teſtes oppoſitum deponentes, vel quando ipſemet falſum ſe depoſuiſſe fatetur, vel in eodem, vel in diuerſo iudicio contraria deponit.

Cæterùm præter pœnam talionis, quàm falſus teſtis dolo malo contra Innocentẽ deponens, incurrit [e], ad damna ex falſo teſtimonio ſequuta reſarcienda tenetur. Ea tamen pœna augeri, aut minui à Iudice poteſt, ſpectata perſonarum, ac delictorum qualitate, vt notat [f] Tiraquellus.

a 11 q. 3. c. q[?]s de crimine falſi c. 1 Panor. ibi. Fari q. 67. nu. 120. Penna comm. 122 ver. nec modo in 1. p. direc. inquiſ.
b Alex. in l. ſi ex falſis nu. 13. C de Tranſact. & conſ. 27. n. 3. lib. 2. Decius conſ. 105. nu. 5. verſ. ſimiliter reſtiſ. Clar. §. fin. l. 5. q. 57. verſ. ſed quęro. Farin. q. 67. nu. 112. & 139.
c Imol. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter nu. 85. verſ. itẽ inducit Alex. conſ. 88. n. 195. Farin. loco cita. nu. 159. Graſſ. deciſ. 75. nu. 9.
d l. 5. §. falsũ verſ. Teſtis qui falſum.
e L. 1. §. pręterea ff. de ſicarijs, & confirmant Clar. l. 5. §. falſum v. teſtis qui falſum, & Pegn. comm. 122. v. ſed. in contrarium.
f Tiraquel. de pœn. tẽp. cau. 30.

De Teſtibus ſingularibus, & de auditu deponentibus. Cap. XXVI.

ABSOLVTA teſtium conſideratione, qui nonnulla exceptione laborant; eorum quoque, qui plenè rem in iudicio non probant, conſequenter ratio incunda eſt, vt Regularium Iudex non ſolũ nœuos, & maculas, quæ iudiciales teſtium probationes labefactant, diſcernere, verùm, & teſtium languores, qui iudicia ipſa infirma, & imperfecta reddunt dignoſcere queat, vt ijs perſpectis, maturè ad iudicia procedat.

Huiuſmodi in primis sũt teſtes ſingulares, qui etſi aliquo

Digitized by Google

modo iudicium probent, propter ſingularitatem tamen, probationem ad perfectum deducere nequeunt; atque ideo ſingulares nuncupantur, quòd ſine comite conteſte, vnde perfecta probatio oriri poſſet, in iudicio gradiantur.

Teſtes igitur ex multiplici capite ſingulares deprehenduntur, vt obſeruat Rodericus [a]. Primò cùm deponunt de actibus numero diſtinctis, ſecundùm diuerſas ſpecies, V. G. cū vnus deponit de furto Antonij, alter de blaſphemia. Secundo de actibus numero diſtinctis in eadem ſpecie, vt de diuerſis ſolicitationibus. Tertiò de eodem actu, ſed ſecundū perſonas diuerſificato, vt cùm alius Titiū à Tarquino, alius à Meuio dicit eſſe occiſum, vel cùm tres de Meuio deponunt, primus, quòd ipſemet Titium occiderit, ſecundus, quòd tantùm mandauerit occidi, tertius quòd duntaxat cōſuluerit, vt occideretur. Quartò de actibus quo ad circunſtantias diuerſis, & primò quo ad circonſtantiam quantitatis, veluti ſi vnus deponat Titium à decem perſonis inuasū, ac vulneratum fuiſſe, alter à quinque; vel de loco vbi Titius vulneratus fuit, vnus teſtetur illum ſex milliaribus ab vrbe diſtare, alter tribus tantum, vterque, enim eſt ſingularis, ſaltem quo ad quinque, & quò ad tria. Secundo quò ad circunſtantiam qualitatis, vt ſi alter Titium à laruatis, aut nigris veſtibus indutis hominibus, alter à non laruatis, aut veſtibus alterius coloris indutis occiſum deponat. Tertiò quò ad circunſtantiam loci, vt ſi alter ſub ſchino, alter ſub pino rem actam eſſe teſtentur. Vbi tamen id ex [b] Baldo obſeruandum eſt, quod ſi factum ſit iterabile, vt furtum, adulterium, fornicatio, &c. loci diuerſitas teſtes tantùm ſingulares reddit, at ſi factum non ſit reiterabile, vt homicidium Titij, diuerſa loci depoſitio, quandoquidem contrarietatē, & incompoſſibilitatem inducit, falſum præterea teſtimonium ſupponit.

Quarto quo ad circonſtantiam temporis, veluti ſi vnus deponat delictum fuiſſe perpetratum Kalendis Iunij, alter Idibus Iulij, vel alter noctu, alter meridie, in quo facti quoque iterabilis, aut non iterabilis ratio habenda eſt; in hac enim temporis diſcrepantia factum iterabile in teſtibus tantum ſingularitatem, non iterabile verò falſitatem inducit.

[a] Rod. t. 2. q. . ar. 1.

[b] Bald. conf. 5. col. 1. vol. 3.

Quintò

Quintò quò ad circunſtantiam modi velut cùm alter deponit Caium fuſte, alter lapidibus à Meuio fuiſſe occiſum. Ex alijs quoque huiuſmodi circunſtātijs teſtium ſingularitas colligi poteſt.

Porrò hæ circunſtantiæ à teſtibus diſtinctiſſimè diſquirendæ ſunt, nè Reo defenſionis fores præcludantur, & ſingulares teſtes pro conteſtibus in iudicio ſumantur. Teſtes enim de tempore, ac loco inter ſe diſcordes iuxta Baldum ſuperiùs allegatum ſingulares cenſentur, niſi in minima re eorum diſcordia verſetur.

Quòd attinet ad teſtes de ſolo auditu, ſi delictum, de quo teſtimonium ferunt, ſit eiuſmodi, quod ſola voce perpetretur, velut blaſphemia, minæ, maledicentiæ, iniuriæ, &c. hi proculdubio vim probandi in iudicio obtinent, ſicut teſtes de viſu in criminibus, quæ facto conſummantur; at verò ſi delictum ſit facti tranſeuntis, vel permanentis, huiuſmodi teſtes ſolo de auditu deponentes, vel nihil, vel ſolam famam probant, iuxta communem Doctorum ſententiam.

De dicto Socij criminis vulnerati ſolicitati, &c. Cap. XXVII.

QVAMVIS Socius criminis vulneratus, ſolicitatus, corruptus, &c. inter teſtes inhabiles recenſeri ſoleant, quorum dicta minùs ad delicti probationem valent, vt communi ſenſu receptum eſt[a], quæ tamen ab his aduersùs criminis Reum, vulneratorem, ſolicitatorem, corruptorem, ac ſimiles in iudiciū deferuntur, aliquo diſcrimine diſtinguenda ſunt; nam vel hi Accuſatoris, vel Denunciatoris partes agunt, & tunc Iudici viam aperiunt, vt ſuper eo delicto contra Accuſatos, vel Denunciatos inquirat, vt docet[b] Blanchus ex communi ſententia, vel ab Accuſatore, aut denunciatore tantùm criminis teſtes producuntur, quo in caſu ſi à Iudice illis iuramentum delatum fuerit, indicium efficiunt, ad informationes quidem contra Reum ſumendas, ſufficiens, veruntamen eo Reus conſtitui, ac torqueri non poteſt, niſi adſit aliud indicium,

a Boer. deciſ. 319 Ioan. de Anan. conſ 59. Thom. Grammat nu, 14. Farin. q.43. n. 36.

b Blanchus de indicijs n. 389.

& adminiculum iuxta receptam ab omnibus ſententiam [a]. Quòd ſi duo ſocij criminis, de eodem delicto conteſtes iurati deponant, vel aliquod aliud indicium, cum vnius duntaxat dicto concurrat: id Iudici ſat erit, vt & Reũ conſtituere, ac tormentis, ſi negauerit, ſubijcere valeat, vt paſſim tradunt [b] Doctores, teſtes enim alioqui inhabiles ex pluribus coadiuuantur, vt eorum dicta, quamuis non ad condemnationẽ, ſaltem ad torturam Rei ſufficere queant [c]. Eodem quoque pacto dictum vnius duntaxat ſocij criminis ad Rei conſtitutionem, & torturam abſque alio adminiculo ſat erit, ſi illud, adhibita tortura, ab eo firmatum fuerit, vt notant Clarus [d], & Farinacius.

In criminibus tamen exceptis, & ijs, quæ ſunt difficilis probationis, quæ ſine ſocio committi non poſſunt, dictum ſocij criminis iuramento firmatum, ac purgata per torturã infamia, non modò eſt ſufficiens indicium ad torturam, ſed etiam ſemiplenam probationem efficit, etſi alius ſocius eodem modo conteſtis accedat, integram probationem præſtat ad Reum condemnandum, vt docent [e] Gomezius, Cynus, Panormitanus, Farinacius, & alij paſſim; in his enim criminum generibus vniuerſi teſtes inhabiles, præter inimicos, ſuſpectos, & conſpiratores ad probationem legitimam admittuntur, quemadmodum, & ad defenſionem Rei, cùm primùm infamiam tortura purgauerint, vt expreſſè tradunt [f] Decius, Farinacius, Clarus, ac reliqui Doctores.

Id tamẽ exiſtimauerim per dictum ſocij criminis, tametſi alio ſocio criminis conteſte firmatum ac tortura purgatum Reum cuiuſcunque criminis ordinaria pœna puniri non poſſe, ſed tantùm extraordinaria, vt affirmant nonnulli [g] Doctores; probationes enim, quæ Reum plenè condemnare valent, clarè ac dilucidæ eſſe debent ex Concilio Biterrenſi capite vndecimo. Si tamen teſtis vnus omni exceptione maior cum ſocio criminis conteſtis accederet, purgata per torturam ipſius ſocij criminis, vel alterius minus idonei teſtis inhabilitate, quæ ex defectu famæ, vel ſtatus eidem contingit, eam probationem ad plenam Rei condemnationem ſufficere tradunt grauiſſimi Doctores [h].

Porrò hæc, quæ de ſocio criminis dicta ſunt, ad vulnera

tum,

[a] Salyc. in l. fin. v. ſed ego reſpõdeo C. de Accuſ. Boſſ. de indic. nu. 149. & alij DD.

[b] Boer. deciſ. 319. Clar. q. 21. v. ſed pone Farin. q. 43. n. 39.

[c] Cæſar de Graſſ. deciſ. 174 n. 2. Farin. q. 43. nu. 39.

[d] Clar. q. 45. verſ. fin. Farin. d. q. 43. n. 137.

[e] Gomez. c. 12. nu. 16. Cynus in l. vlt. C. de Accuſ. Panor. in c. 1. de conteſt. Farin. q. 62. nu. 80.

[f] Dec. cõſ. 342. nu. 8. Farin. q. 62. nu. 50. & ſeqq. Clar. q. 24. verſ. Item ſcias.

[g] Foll. v. capiant num. 19 Clar. lib. 5. §. fin. q. 24 v. ſciẽdum eſt tamen Ambr. l. 1. c. 2 n. 28. arg. c. fin. de teſt. Farin. q. 43. nu. 7 & 121.

[h] Bald. in l. ſi quis ex Argentarijs C. fin. de edẽn. reliqui DD. ibid. Graſſ. deciſ. 174. n. 12. Farin. q. 62. n. 328. & ſeqq.

tum, ſolicitatum, corruptum, ac ſimiles quoque extendi debent, cùm hi inter teſtes inhabiles cenſeantur, & eorum dicta dicto ſocij criminis æquiparentur. vt Clarus [a], & Boſſius, & alij cum ipſis teſtantur.

De Teſte omni exceptione maiori, & conteſte. *Cap. XXVIII.*

ABSOLVTA teſtium inhabilium, atque eorũ, qui exceptione aliqua laborant, conſideratione iam inueſtigandum eſt, quinã teſtes ſint omni exceptione maiores, quiue conteſtes dicãtur, quantamque in iudicijs vim probationis obtineant. Teſtis igitur ex duplici capite, omni exceptione maior, ſeu integer cenſeri poteſt. Primum ſi nulla iuris exceptio illi opponi queat, qua à teſtimonio repellatur, aut illius dicti fides minuatur. Secundum ſi vocatus, ac iuratus de facto ipſo perſpicuis verbis, & ex certa ſcientia deponat, quæ conditiones tam ex iure quam ex Doctoribus colliguntur [b].

Qui igitur teſtis huiuſmodi eſt, omni exceptione maior, licet ſingularis ſit, ſemiplenam tamen efficit probationem non modò in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus cauſis, vt habetur in l. admonendi ff. de iureiurando, & ibi à Bartolo nu. 36. quæ eſt communis aliorum quoque Doctorum ſententia [c]. Quo fit, vt tametſi nulla alia ſiue leuia, ſiue grauia indicia cum ipſo concurrerent, ſolus tamen legitimum ad torturam indicium præberet, vt Doctores Communi ſententia affirmant [d]. Neque illi obeſſe debet, quod interdũ de illo quæſtio moueatur, an reuerà ſit omni exceptione maior, cùm enim quiſque regulariter bonus cenſeatur, niſi de oppoſita malitia conſtet [e]: inde etiam exploratum eſt in dubio quemque teſtem omni exceptione maiorem præſumi debere, ſi nulla iuris exceptio illi oppoſita fuerit, vt obſeruat Curtius conſ. 56.

Teſtes verò, qui conteſtes cenſeri debent, his conditionibus munitos eſſe oportet. Primò quòd ſint omni exceptione maiores, ita vt neque vlla iuris oppoſitione laborent, neque illorum dicta aliqua dubitationis obſcu-

a Clarus q. 21. Boſ. de tit. indicijs n. 160.

b c. licet de teſtib. Gloſſ. & Abb. c. ex litteris de conſanguin. & affinit. Abb. idẽ in c. deniq; de excep. Decius cõſ. 429. Clar. q. 21 verſ. vnus teſtis. Farina. q. 62. n. 1. & ſeqq.

c Gloſſ. in l. Bonæ fidei C. de rebus hæredit. & ibi Bal. ac reliqui DD. Gloſſ. in l. 3. C. ad l. Iul. maieſt. Gomez. tom. 3. variar. reſol. c. 12. n. 2. Zabar. conſ. 9 n. 7. Iaſ. in 2. lec. n. 92. & alij.

d Rom. conſ. 451. Gomez. tom. 3. var. reſol. c. 13. n. 7. Carre in prac crim. n. 130. v. primo maius indiciũ Clar. q. 21. & 22. var. reſol. verũ tamẽ Fari. q 37. n. 54. & 53.

e Innoc. c. dudum, & 2. de electiõ. Abb ibid. Foller. in c. fin. nu. 12. de præſũp. Graſſ. deciſ. 175. n. 7

ritate, aut alia huiuſmodi labe aſpergantur. Secundò quòd de eodem facto, loco, tempore, perſonis, alijſque circunſtantiis ad facti ſubſtantiam pertinentibus, ac neceſſarijs vocati, adhibitoque illis iuramento, deponant. E.G. Si duo bonæ famæ, ac probatæ vitæ viri in iudicium vocati, ac iurati deponant. Titium vulneratum eſſe à Meuio die Mercurij menſis Octobris proximè elapſi, hora poſt meridiem tertia, dum ambo eſſent in horto: quia eo die, menſe, tempore, & loco Meuium viderunt cultello vulnerantem Titium, vel duo bonæ famæ, & conuerſationis Religioſi in iudicio iurati deponant F. N. graui iniuria à F. N. affectum fuiſſe in menſe Septembri proximè elapſo, die quadam Dominica circa feſtum Natiuitatis Beatæ Virginis, dum ſimul eſſent in clauſtro; eò quòd illum eodem tempore, ac loco tales iniurias contra F. N. proferentem audierint. Hi proculdubio conteſtes erunt, & ad plenam delicti probationē ſufficient, ex qua Reus ad pœnam ordinariam condemnari debeat, vt communi iuris diſpoſitione, & Doctorum ſententia receptum eſt [a].

Neque [b] fidem conteſtium minuit, ſi quando in minimis, & acceſſorijs quibuſdam, quæ ad facti ſubſtantiam non pertinent, inter ſe diſcrepent, veluti ſi alter de die deponat, alter præciſè de illo non recordetur: dummodò alter certam diem ab altero diuerſam non aſſignet, ex quo diuerſa facta colligi queant: hoc enim caſu teſtes tantùm ſingulares eſſēt, vt manifeſtum eſt.

a c. quod verò 2. q. 5. c. 1 omni negotio de teſtib. c. cùm eſſes, & c. Relatū de teſtam. D. Tho. 22. q. 70. ar. 2. Sot. de iuſ. & iur. q. 7. artic. 2. Valent. t. 3. d. 5. q. 14 p. 2. Far. q. 62. n. 232.

b Chryſoſt. hom. 1. in Mat. D. Tho. 22. q. 70. ar 2. ad 2. Far. q. 65. n. 16.

De Examine Teſtium, & prudentia in eo à Iudice ſeruanda. Cap. XXIX.

DELICTORVM legitimè probationes à recto teſtium examine potiſſimum pendent, quo fit, vt cùm illæ in criminalibus cauſis luce meridiana clariores eſſe debeant, vt ex ijs Reus condemnari poſſit [c]: magna iudici tum prudentia, tum diligentia neceſſaria ſit, vt in teſtium examine nihil eorum prætereat, ex quibus clara, ac perſpicua delicti

c l. fin. C. de probationibus.

veritas

veritas haberi queat.

In his illud in primis inter habiles, & inhabiles teſtes diſcrimen obſeruare debet, de quo ſuperiùs egimus: nimirum quòd quando is ad proceſſum informatiuũ vniuerſos teſtes tam habiles, quàm inhabiles admittere valeat: ad probationem tamen delicti, & condemnationem Rei habiles tantùm, & omni exceptione maiores, præterquàm in criminibus exceptis, & ijs, quæ ſunt difficilis probationis, ad ſciſcat, in quibus etiam inhabiles ob probationis inopiam admitti ſolent. Eos verò, qui à iure tantùm communi (nõ naturali, ac diuino) repelluntur, ea duntaxat conditione recipiat, ſi habiles haberi non poſſint. Hi namque tametſi à Iudice Regularium habilitari queant, & in iudicium admitti: minùs tamen eorum teſtimonijs vtendum eſt, præſertim cùm habiles, ac legitimi ipſo iure reperiri valent.

Huiuſmodi verò teſtes, vt legitimè probent, neceſſe eſt à Iudice vocari, ac citari: ſiue is ex officio, ſiue ad inſtantiã partis procedat [a]. Etenim teſtis non citatus ſuſpectus habetur, & conſequenter non probat, quinetiam à Iudice repelli debet.

Teſtium quoque nomen, patria, ætas tam Natiuitatis, quàm Religionis, gradus, ac ſtatus deſcribenda ſunt, vt inde teſtimonij validitas, ſeu maior, aut minor, aut minor dictorum grauitas elici queat.

Prætereà iuramentum à teſtibus exigendum eſt [b]. Neque enim teſti non iurato creditur [c], aut is vllum indiciũ in iudicio præſtat [d]. Qui Sacerdotio ſunt inſigniti tacto pectore, reliqui verò per tactum ſacrarũ ſcripturarum iurare debent ſe veritatem, quam nouerunt, ſyncere depoſituros.

Hinc conſtat, quod ſæculares in teſtes aſſumpti, ſi non iurent, nihil probant; quanquam verò hi à Iudice Regularium ad iurandum compelli nequeant, ſi tamen requiſiti iurare conſentiant, iuramentum valebit, & ipſorum teſtimonium legitimum ex Iudicis acceptatione cenſebitur [e]. Noſtri autem ordinis Religioſi intra ipſam ordinis latitudinem a nemine, præterquam à Generali, aut Prouinciali Miniſtro, ac eorum Delegatis ad iuramentum præſtandum cogi poſſunt: cùm ijs exceptis, nemo iudicialiter poſſit in

a l. Presbyter. C. de Epiſ. & Cleric.

b Cap. tuis, & c. nuper de teſtib. l. iurandũ C. eodem tit.

c Gloſſ. in c. ſicut de ſent. excom. Abb. in c. cum olim de teſt. Farin. q. 71. n. 1.

d Cap. hortamur 3 q. 9. Farin. q. 74. n. 82.

e Incisa tract. 7. de teſtib. c. 6.

cauſis criminalibus noſtrorum procedere.

Poſtremò teſtes, iuris ordine ſeruato, interrogandi ſunt: nempe à Iudice competente, præcedente accuſatione ſue denunciatione aut infamia, aut indicijs ſufficientibus legitimè probatis; alioqui veritatem aperire minimè tenentur, vt docent D. Thomas [a], Sotus, & Nauarrus, & alij. Qui verò ſeruato iuris ordine interrogantur ad propoſita reſpōdere, factiq; veritatem, quam extra Sacramentum norunt, eo planè modo, quo ſciunt, abſque vllis verborum fucis, aut ambagibus deponere, diuino, ac poſitiuo iure compelluntur [b], vt ijdem Doctores tradunt. Qua propter caueāt Iudices, nè ad teſtes examinandos facilè procedant, niſi adſit infamia, vel indicia probata, vel aliæ ſemiplenæ delictorum probationes, præterquam in criminibus exceptis, vel alijs, quibus damnum vel publico bono, vel etiam priuatæ perſonæ imminet, quod abſque iudiciali proceſſu impediri non poteſt, vt ex communi Doctorum ſententia alibi probatum fuit. Caueant quoque teſtes, ea quæ vel ex Sacramentali Confeſſione didicerunt, vel ſub ſigillo ſecreti, vel conſilij, vel auxilij petendi gratia acceperunt in iudicio quocunque Iudicis præcepto, aut iuramento vrgente patefacere. Primum quidem adeò certum eſt, vt teſtis, quæ in Sacramento habuit, nullo vnquam tempore, aut ratione aperire queat, tametſi ab ijs Reip. aut Religionis ſalus pendeat: vt communi iuris, ac Doctorum ſententia receptum eſt [c]. Alterum quoque ex omnium fere grauiſſimorum Doctorum conſenſu, præterquam Soti de ſec. teg. m. 2. q. 7. conc. 4. exploratum eſt, qui vnanimes ſentiunt, ea quæ ſub ſigillo ſecreti, aut conſilij, aut auxilij depoſcendi gratia patefacta ſunt, neque denunciari, neque in iudicio à teſtibus aperiri poſſe, quamuis de Auctore delicti præcedat infamia, vel ſemiplena probatio. Sic [d] Corduba, Nauarrus, Petrus à Nauarra, qui multos in hanc ſententiam citat, Leſſius, Inciſa, & alij. Si quidem in damnum publicum cederet, ſi crimina, quæ vel ſigillo ſecreti committuntur, vel ad conſilium, aut auxilium petendum patefiunt in iudicio reuelarentur, cùm eo peccatores à conſilio, ſiue auxilio quibus animi, vel corporis ſalutem tueri valent peten-

[a] D. Tho. 22. q. 70. ar. 1. Sot. l. 5. de iuſt. & iur. q. 7. ar. 1. Nau. in Man. c. 18. n. 61. & c. 25. n 43. Leſſ. de iuſ. & iur. l. 2. c 30. d. 6.

[b] D. Tho. Sot. locis cita. Nau. c. 25. n. 44. Tolet. li. 5 Inſtruc. Sac. c 59. Leſſ. de iuſ. & iu r. l. 2. c. 3. d. 6.

[c] Cap. Sacerdos d. 6. de Pœnit. c. omnes vtriuſque de pœnit. & remiſſ. Nau. in d. c. Sacerdos n. fin. Decianus l. 7. c. 17. Leſſ. de iuſ. & iu. l. 2. c. 30. dub. 6. & alij.

[d] Cord. l. 1. qq. q. 43. dub. 2. Nau. c. 25. n. 46. Petrus à Nauarra l. 2. c 4. nu. 222. Leſſ. de iuſt. & iur. l. 2. c. 30 dub. 6. Inciſa tract. 7. c. 8.

do reuocarentur, quod apertè contra ius diuinum, & naturale pugnat: vt optimè probant Leſſius [a], & Inciſa locis citatis.

Neque obſtat, quod opponit Sotus: nimirum quod Iudex ius tantum inquirendi habeat, cùm infamia, vel ſemiplena probatio præcedit, ex quo infert, eum, qui nouit ad teſtificandum teneri, tametſi ſub iuramento ſecretum ſeruare promiſerit: vterque enim ſuo iure vtitur nempe Iudex iuridicè interrogando, & teſtis celando, quod bona fide ſub ſigillo ſecreti accepit. Neque delatum teſti iuramentum, atq; ipſius obligatio, quæ ex iure diuino poſitiuo fluit, quicquam aduersùs ius diuinum naturale obliget, à quo ſigillũ ſecreti potiſſimùm proficiſcitur, vt ea ad illud reuelandum compelli queat: quinimò ſi Iudici rite conſtare poſſet teſtẽ ſub ſecreto tantùm ſigillo crimen ſibi commiſſum habere: perperam de eo reuelando iuramentum ab ipſo exigeret, cùm rem iniuſtam, & indebitam ab eo poſceret [b].

Veruntamẽ in hac re, excipienda ſunt crimina, quæ in publicam, vel alterius perniciem vergunt, quæ tametſi quiſpiam iuramento pollicitus fuerit ſecreta ſeruare: eodem tamen, tàm diuino, quàm naturali iure pandere compellitur, ſi ea ſolus impedire non poſſit: atque eo ſanè magis, quò maius, ac potius eſt bonum publicum, quàm priuatum alicuius, præſertim cùm mala nocendi voluptas nemini prodeſſe debeat, quæ tamen prodeſſet, ſi crimen, quod in publicum, vel priuatum alterius bonum paratur, ſub ſecreti titulo celaretur.

Meminerit Iudex, ſe in iudicio non tantùm Iudicis, ſed etiam Patris perſonã gerere. Idcirco, vt grauiſſimè à Patribus in noſtro procedendi modo ſancitũ eſt in teſtibus examinandis non ſolùm ea, quæ contra Reum, ſed etiam quæ pro Reo faciunt, diligenter inquirat. Id tamẽ animaduertat, quòd ſi ex teſtium depoſitione, vel Rei confeſſione comperiat ipſos in aliquam excommunicationis ſententiã incurriſſe: ſtatim eos ſtudeat abſoluere, quoad actum tantummodo ſtandi, vel procedendi in iudicio: alias enim nõ poſſent abſque abſolutione audiri: quòd ſi audirentur, acta inde ſequuta nullius roboris eſſent, ac proinde nulla

a Leſſ. ibid. Inciſ. ibid.

b Leſſ. de Iuſt. & Iur. l. 2. c. 30. c. 6. n. 11.

cenſerentur, vt notat Bertus [a] in praxi criminali.

Si teſtium ſæcularium dicta iurata haberi poſſunt, iuris ordo ſeruetur, vt iurata recipiantur. Quòd ſi, attenta perſonarum qualitate, teſtes ſint omni exceptione maiores, ſtatutum eſt, vt in noſtro foro pro teſtibus iuratis habeãtur.

Porrò ea, de quibus vocati, ac iurati teſtes à Iudice interrogari debent, ſunt. Primùm de facto, tum de perſonis, tempore, loco, conteſtibus, atq; alijs circunſtantijs, quæ ad facti naturam ſpectant, ex quibus plenior, ac clarior veritas erui poſſit, ac præſertim de cauſa ſcientiæ, ſeu credulitatis: vt E. G. Quomodò ſciant, vel qua ratione credant Titium tale facinus perpetraſſe; inde enim maxima, ac tota teſtimonij vis pendet, qua ſublata illud corruit, vt [b] Doctores affirmant. Dicta quoque teſtium ne dum eodem ſermone, quo ab ipſis prolata, verumetiam eodem prorſus modo, quo ab ipſis depoſita fuerint, dubia dubiè, clara clarè ſcriptis excipi iubeat, neque ex ea, qua à teſtibus delata ſunt, ratione quicquam immutari permittat.

Porrò inter examinandum prudens Iudex conſideret teſtium vultum, verba, corporis geſtum, deponendi modũ; ſi quæ in his immutatio, hæſitatio, turbatio, præcipitatio, variatio, ac aliud ſimile contingat, ex quibus elici queat, num plenè eorum dictis credendum ſit, vel aliqua falſitas, aut conſpiratio in ipſorum teſtimonijs lateat: etſi quæ huiuſmodi accidentia in teſtibus deprehenderit, ſcriptis demandari iubeat.

Verùm vt eò faciliùs à teſtibus rei veritatem eruat, Iudici conſultum eſt, vt in ipſo examinis exordio illos admoneat, quàm graui ſcelere ſe obſtringant, ſi veritatem occultent, ſi falſum deponant, quoue reſtitutionis vinculo teneantur, ſi vel publicum Religionis bonum ſua cauſa periclitatur, vel priuatum lædi contingat: vt rectè monent Pegna [c], Ambroſius, & Ghiſlerius.

Quòd ſi ex teſtibus, qui Iudicis foro ſubijciũtur, quiſpiam facti veritatem deponere renuat, is velit, nolit, ad teſtimonium ferendum pœnis inſtituto noſtro conuenientibus, & ſi opus fuerit, cenſuris eccleſiaſticis cogi poteſt, vt [d] ex iure, & Doctoribus compertum eſt.

a Bertus prax. crim. tit. 21. c. 4. nu. 7.

b Bald. in l. Solam C. de teſt. Amb. in proceſ inform. l. 1. c. 2 n. 16. lib. 2. conſ. 212. Far. q. 70 nu. 1. & ſeqq.

c Pegna in cõ. 17. in tertiã p. Direct. inquiſ. Ambr. in proceſſu infor. l. 1. c. 2. n. 36. Ghiſl. de iud. reg. c. 17 nu. 101.

d C. quamquã 14. q. 2, c. cum cõtra. de teſtib. cog. Clar. l. 5. § fin. q 24. Amb. vbi ſupra nu. 3. Arg. c. quiſquis 11. q. 3 & l. ſi. quando C. de teſtib.

Denique in fine examinis cuilibet teſti relegenda ſunt ſingula, quæ ab eo depoſita ſunt, vt ijs ad libitum addat, vel minuat; ac demum ex propria, vel ſi ſcribere neſciat, alterius manu, eo præſente, obfirmet, vel ſignum propria manu apponat. Poſtremò eidem ſub præcepto imponat, vt ea, de quibus interrogatus fuit, ſecreta vſque ad publicationem ſeruet, vt monet [a] Farinacius, & vſu ipſo communi inualuit.

[a] Far. de teſt. q. 74. nu. 18.

De tortura Teſtium, & quis in ea modus ſit ſeruandus. Cap. XXX.

IVDICI in criminalibus cauſis vniuerſa præſtãda eſſe, quibus plenam rerũ veritatem hauriat, & negligentiæ à ſe vitium abſtergat, conſtans eſt iurium, ac iuriſtarum omnium doctrina: quo fit, vt cùm teſtium tortura in defectum probationis, & iudicij ſubſidium à iure introducta fuerit, vt vel ab ijs veritas eruatur, vel ſi quæ illis maculæ ipſo iure inuſtæ adhærent, eluãtur: ea à Iudice, in grauibus præſertim criminibus: cùm veritas alio modo haberi non poteſt citra culpam, ac officij ſui labem negligi non poſſit: vt exploratum eſt ex cap. circumcelliones. 25. q. 5. & ca. illi qui 5. q. 5. ex epiſtola Euſebij Papæ ad Epiſcopos Galliæ, & ex cap. cùm in contemplatione de Reg. Iur. ex Gregorio, quibus, vniuerſi fere Doctores adſtipulantur [b] Sotus, Angelus Syluester, Tabiẽſis, Driedo, Nauarrus, Salon. Bannez, Sayrus, Miranda, Rodriguez, & reliqui.

Quamobrem Iudex ſtudere debet, nè eorum, quæ in hac re neceſſaria ſunt, quiquam ipſius cognitionẽ effugiat. In his primum illud ei perſpectum eſſe oportet. Quinam teſtes torqueri poſſint In quo id inprimis illi obſeruandum erit: teſtes duplici tantùm ratione torturæ ſubijci poſſe, Primò propter inhabilitatem de iure, contractam. Secundò propter dolum, aut ſuſpicionem doli, quam præſeferunt. Qui iure ipſo ad teſtimonium ferendum ſunt inhabiles, in iudicio admitti non debent, niſi prius eam iuris maculam

[b] Sot. de teg. ſec. m. 2 q. 7. co. 2. Ang. Syl. v. iudiciũ, & tortura. Tabien. v. accuſatio n. 20. & verſ. tortura Driedo l. 1. de libert. Chriſt. c. 25. Nau. in Mã. c. 18. n. 59. Salõ. 2. 2. q. 69. ar. 7. cõt. 9 Ban. 2. 2. q. 70. ar. 2. du. 1. Say cla. reg. l. 12. c. 16. Mirãd. ord. iudi. q. 27. ar. 1 Rodrig. to. 2. q. 11. ar. 1.

tortura abſterſerint. Huiuſmodi ſunt infames tam iuris, quàm facti, ſocij criminum viles perſonæ, & qui vltro ad teſtificandum ſe ingerunt, vt docent Boſſius [a], & Clarus, quos ſequuntur Rodriguez, Bertus, Inciſa, quorum dicta plenam fidem in iudicio etiam Regularium non faciunt, donec tortura ſeipſos purgauerint.

Porrò noſter procedendi modus inter infames enumerat. Primo periuros. Secundo de Hæreſi aliquando ſuſpectos, Tertio Furti conuictos. Quartò Apoſtatas à Religione, Quintò, de crimine peſſimo conuictos, Sextò, qui in iudicio aliàs falſum teſtimonium dixerunt, quos tanquàm periuros nullo modo vult audiri, Septimò maleficos, Octauò litterarum, manus, aut ſigilli Superiorum, Falſificatores, Poſtremò, qui velut Infamatores condemnati fuerunt: quos non paſſim, & quacunque ex cauſa, ſed tantum facti natura poſtulante, & de conſilio diſcretorum à noſtris Iudicibus admittendos eſſe decernit.

Ij verò, qui in teſtificando dolo malo vtuntur, vel de dolo ſunt ſuſpecti, quales ſunt primò teſtes variantes in ſubſtātialibus. Secundo qui aliud in iudicio, aliud extra iudiciū deponunt. Tertio qui delictò interfuerunt, & id negant. Quartò qui veritatem ex dolo, & malitia tacent, aut nolunt deponere. Quintò de mendacio conuicti. Hi omnes à Iudice torqueri debent, vt ab ijs perſpicua rei veritas eruatur: niſi fortè ob perſonæ grauitatem, & excellentiam reijci potiùs, quam torqueri expediat. Ita ſentiunt D. [b] Antoninus, Boſſius, Iulius Clarus, Alexander, Bertus, Rodriguez, Inciſa, & alij.

Porrò cùm tortura illis adhibenda eſt, qui doloſè rei veritatem occultant, priùs indiciorum copia illis danda eſt; & terminus defenſioni aſſignandus, vt a tortura ſe liberent. Cæteris verò, qui inhabiles ſunt, ad inhabilitatem tollendum, haud opus eſt copiam indiciorum inhiberi, niſi fortè ijs, qui infamia iuris, aut facti laborant, vt ſe ab infamia purgent: vt tradunt [c] Boſſius, Clarus, Bertus, Inciſa, & alij quod ipſa quoque communi indiciorum praxi receptum eſt.

Cæterùm in huiuſmodi teſtibus torquendis modus à Iu-

dice

[a] Boſſ. de tortura teſt. nu. 9. què ſeqq. Clar. in prax §. fin. q. 25. Rod. to. 2. q. 12. ar. 3. Berta. tit. 11. de teſt. c. 4. Inciſ. tract. 7. de teſt. c. 18.

[b] D. Antonin. 3. p. tit 9. c. 11. § 3. Boſſ. & Cla. vbi ſup Alex. l. 3. conſ. 63. Berta. tit. 11. de teſt. c. 4 Rodr. q. 11. ar. 3. & 4. Inciſa tract. 7. c. 18.

[c] Boſſ. tit. de mand ad hom. n. 30 Clar. in praxi §. fin. q. 25. v. torquetur Berta tit. 11. c. 4. Inciſa tract. 7. c. 18.

dice ſeruandus eſt, nè ſcilicet aut grauiora tormenta adhibeantur, quàm res ipſa, aut delicti grauitas ferat: aut ea ſepius quam par eſt repetantur, aut tandem abſque ſufficientibus indicijs illis applicentur. Quamobrem ad inhabilium teſtiũ torturam Iudici noſtro ſat eſſe debet Ieiunium vnius diei in pane, & aqua, vel vnica flagellatio publicè illi indicta per vnius Miſerere ſpatium, vel aliud ſimile. Ijs verò qui de dolo ſunt ſuſpecti, ſi crimen, de quo agitur, atrox non fuerit, tortura quidem paulò ſeuerior adhibenda erit, mitis tamen: veluti plurium diſciplinarum, plurium quoque ieiuniorum, aut quotidianæ accuſationis in Refectorio, aut humi comeſtionis, donec veritatem fateantur. At verò ſi delictum ſit grauiſſimum, maximè que Religioni interſit, vt impunitum non prætereat: his addi poterunt Detruſio huiuſmodi in cellam cum præcepto non exeundi, nec cum illò colloquendi, Suſpenſio à diuinis, donec veritatem fateatur, comminatio excommunicationis, & grauiorũ tormentorũ minæ. Deniq; Iudici cauendum eſt, nè in teſtiũ tortura alijs præterquã religioſis tormẽtorũ generibus vtatur, poſt quã ſufficiẽtia ad torturã indicia præceſſerint; neque idẽ torturæ genus, quod ſemel teſti applicatũ fuit, iterũ repetat, vt poſt Baldũ [a] docẽt Brunus, Rodrig. Inciſa, & alij.

[a] Bald. conſ. 385. vol. 5. Bru. in tract. de tortu. ar. 6. col. 6. Rodr. to. 2. q. 11. ar. 4. Inciſ. trac. 7. c. 18.

De plena, aut ſemiplena Teſtium probatione. Cap. XXXI.

SVPEREST tandem id de teſtibus diligentius indagare, quinam plenam, aut ſemiplenam probationem in iudicio præſtent. Principio quidẽ omnium ſententia receptum eſt, teſtes ſingulares plenam delicti probationem non efficere. Quinam verò ſingulares teſtes dicantur ſuperiùs explicauimus, eos eſſe, qui de diuerſis numero delictis in iudicio deponunt. Atque adeò hæc ſententia vera eſt, vt diuino, ac humano iure cautum ſit, ne vllus per teſtes ſingulares damnetur. Ita Num. 35. ſcribitur. Ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur, & Deut. 17. Nemo occidatur, vno contra ſe dicente

teſtimonium. Id ipſum iure poſitiuo ſtatutum habetur. cap. licet vniuerſis. de teſtib. & cap. licet cauſam de probat. cui vniuerſi penè Doctores adſtipulantur D.[a] Thomas, Caytanus, Salon, Bannez, Aragon, Sotus, Angelus, Syluester, Gregorius de Valentia, Leſſius, Rodriguez, qui quamplurimos Iuris peritos in hanc ſententiam citat, Miranda, Inciſa, Ghiſlerius, & alij, quod etiam à noſtro procedendi modo cautum eſt, nè ſcilicet vllus per teſtes ſingulares condemnetur.

Huius autem rei ea potiſſima meo iudicio ratio eſt, quod vnius teſtimonium certam, ac dilucidam delicti probationem efficere non poſſit, eò quòd vnus facilius quàm duo, falli poſſit: iuxta Adagium: plùs vident oculi quàm oculus: quo fit vt duobus magis, quam vni credatur. Vnus quoque teſtis faciliùs quàm duo ab Accuſatore ſubornari poteſt ad teſtimonium contra Reum ferendum. Quarè ad calumniã, & confuſionem omnem à iudicio propulſandam, vnius teſtimonium, tanquàm plena probatio in iudicio minimè recipiatur. Quæ ratio tum ex Concilio Biterrenſi, tum Narbonenſi deſumpta eſt.

Neque obſtat, quòd omnis virtus probationis arbitrio Iudicis ponderetur, ac dijudicetur: ex quo aliqui [b] inferũt Iudicem rationabilibus de cauſis poſſe vnius teſtimonio plenam fidem adhibere, præſertim ſi vir adeo inſignis, ac bonæ famæ ſit, vt nefas videatur de ipſius dicto dubitare: vis enim probationis Iudicis arbitrio inſidet, in his, quæ iuri non ſunt contraria: ac in his, quæ iure diuino, ac iure gentium ſtatuta ſunt, Iudex ſecundùm illa debet procedere: vt [c] patet ex communi ſenſu iurium, & Doctorum.

Neque etiam quibuſdam [d] aſſentior, qui apud Regulares forum teſtes ſingulares ad Reorum condemnationem ſufficere exiſtimant: cùm ea quæ diuini, ac Pontificij iuris ſunt, & ad naturale prope ius accedunt, quæque in communi totius orbis praxi in Reorum fauorem obſeruantur: apud Regulares quoque integra, ac ſarta tecta eſſe debeant. Neque enim vlli ignorare fas eſt, quæ tum in Concilio Biterrenſi [e], tum Narbonenſi decreta ſunt: nimirum in Cõcilio Biterrenſi his verbis. Ad nullius verò condemnationẽ

pro-

a D. Tho. 2. 2. q. 7[?]. ar. 2. ibid Salon. Bannez. & Arag. Sot. l. 5. q. 7 ar. 2. Arg v. Teſtis § 3. Sylueſt. eodẽ q. 3 Greg. Val. to. 3 diſp. 14. p. 2. Leſ. de iuſt & iur l. 2. c. 30, dub. 4. Rod. to. 2. q. 9. ar. 4. Mirãd ord iud. q. 25 ar. 14. Inciſ. trac. 7. c. 15. Ghisl. cap. 17. nu. 54.

b Paulus de Caſtro in l. admõ. co. 7 ff. de iureiur. & l. Lucius ff de his qui notantur infam. Bart. ibidem, & Socin. cõſ. 37.

c C. iudicet 3. q. 7. c. ſummopere 11. q. 3. ca. paſtoralis § qa vero de off. De leg. D. Tho. 2. 2 q. 67. ar. 2. Cay. Bannez, Salon, Aragon, ibid. & reliqui oẽs.

d Sayr. Cla. Reg. l. 12. c. 21 Rod. in Sum. v. teſtes.

e Con. Butterenſe c. 11. cõſ. Narbonẽſi c. 23

procedatis ſine confeſſione propria, vel probationibus dilucidis, & apertis: ſatius enim eſt relinquere facinus impunitum, quàm innocentem condemnare. Iiſdem quoque ferè verbis vtitur Concilium Narbonenſe.

At quo pacto probationes, quæ ex teſtibus ſingularibus exurgunt, dilucidæ, & apertæ exiſtimari valent; quæ cùm ex omnium ſententia imperfectæ cenſeantur, ex pluribus huiuſmodi congeſtis integra, ac perfecta probatio conflari non poteſt, vt [a] notat Gloſſa, quã ſequuntur Iulius Clarus, Marſilius, ac plerique alij. Denique cùm teſtes ſingulares ex totius orbis praxi vix ſemiplenam probationem attingant, fixum, ac indubitatũ ſit, neminem etiam Regularium per ſolos teſtes ſingulares pœna, ſaltem ordinaria, condemnari poſſe.

[a] Gloſ. in cap. veniens col. 1. ver. illorũ Cla. in pract. q 63. v. Tu ſcis Marſ. in pract. de probat.

Neque nos mouent incommoda, quæ à nonnullis afferuntur, quòd ſcilicet multa Religioſorum crimina impunita manerent, niſi teſtes ſingulares ad ea probanda ſufficerent, veluti Solicitationes in ſacramentali Confeſſione ad inhoneſta, Fornicatio extra Conuentum, Ingreſſus in monaſteria Monialium, & alia difficilioris probationis delicta: quibus verbis Biterrenſis, & Narbonenſis Concilij abunde reſponderi poſſet ſatius eſſe relinquere facinùs impunitum quàm innocentem damnare. At neque hæc facinora impunè graſſantur: quandoquidem in iudicium delata, & per ſingulares teſtes probata pœna extraordinaria plecti debent, niſi dicta teſtium per Rei defenſiones plenè diluta, ac purgata fuerint. Quòd ſi vt ait [b] Cayetanus propter teſtes ſingulares inuenitur fulminata ſententia multorum Patrum in peccatis Religioſorum; planè, vel in eo iuris rigorem exceſſerunt, in quo tamen imitandi non ſunt; vel Reos non ordinaria, ſed extraordinaria pœna affecerunt, quod magis credibile eſt, cùm id ſecundùm iura præſtare potuerint, vt ſuo loco explicabimus.

[b] Cayet. 2.2.q. 70. ar. 2.

Verùm quicquid de alijs Regularium foris ſentiendum ſit, id in noſtrorum Iudicum foro extra controuerſiam eſſe debet: cùm noſtro pocedendi modo ſtatutum ſit, vt non niſi duorum Conteſtium teſtimonio, Reus condemnetur. Hæc verò ita intelligenda ſunt, vt in criminibus duntaxat

 grauio-

Digitized by Google

grauioribus, & grauiſſimis locum habeant, quibus Reis ex condemnatione oritur infamia; nam in cæteris, quæ extra iudiciale forum citra infamiam agitantur, nulli dubium eſt, quin ſingularis teſtis modo omni dolo, ac mendacio careat ad ſalutarem Fratrum punitionem ſufficere valeat: vt ex ipſo vſu iam fieri apud omnes Regulares inualuit.

Teſtis itaque ſingularis, ſi ſit omni exceptione maior, ſemiplenam tantùm probationem præſtat, & ad Reũ torquẽdum ſufficit. Qui verò non ſunt omni exceptione maiores, vtpotè aut Socij criminis, aut Infames, aut alioqui inhabiles, aliquorum indiciorum adminiculo fulciri debent, vt ſemiplenam probationem efficiant, & ad Reum torquendum vim habeant: tametſi abſque indicijs ad inquirendum delictum ſufficiant. Hinc Sayrus [a] ſemiplenam probationem deſcribit eſſe dictum vnius teſtis oculati, & iurati, vel plurium ſingularium.

Qui verò in iudicio plenam probationem efficiunt, ſoli teſtes ſunt omni exceptione maiores, ſiue duo, ſiue plures, qui conteſtes dicuntur quandoquidem de eodem facto, perſona, loco, tempore, ac cæteris circunſtantijs vnanimi conſenſu deponunt, quorum teſtimonijs Reus conuictus ordinaria plena plectitur, niſi ſint Cardinales, aut Prælati maiores, ad quorum condemnationem plures teſtes requiruntur [b].

Hæc vtriuſq; iuris, ac Doctorum communis eſt ſententia: vt colligitur ex cap. licet vniuerſis de teſtib. & cap. Cum eſſes de teſtam. & habetur expreſsè in l. ob carmen §. fin. & in l. qui falſa ff. de teſtibus, & in c. licet cauſam, & in c. tam litteris de teſtibus, quibus adſtipulantur vniuerſi iuris Doctores, & Theologi [c] Simancas, Roias, Salicetus, Brunus, Clarus, & alij. Ex Theologis S. Thomas, Sotus, Salon. Bannez, Aragon, Cayetanus, Syluester, Gregorius de Valentia, Petrus Nauarrus, & alij. Ratio verò in promptu eſt. Nam cùm Reus iure ipſo naturali dictante ob delictum cõdemnari, ſaltem ad pœnam ordinariam non poſſit, cuius certitudo moralis in iudicio non præcedat, qua Iudex ad illum condemnandum iuſtè moueatur, moralis autem certitudo delicti minori teſtium numero, quàm duorum ha-

beri

a Sayr. lib. 12. cap. 9.

b Cap præſul. 2. q. 5. Leſſ. de iuſt. & iur. l. 2. c. 30. dub. 3.

c Siman. de cath. inſt. c. 64. n. 6. Roias de hæret. 2. p. aſſ. 6. Salic. in l. teſtis n. 16. C de teſtib. Brunus li. 4. de Hæret. cap. 7. D. Tho. 2. 2. q. 7. ar. 2. Sot. l. 5. de iuſ & iur. q. 7. ar. 2. Salon, Bannez Arag. Cayet. ib. S. lu. v. teſtis q. [illegible] reg. de Vale[illegible] diſp. 5. q. [illegible] 2 Petr. Naua. l. 2. de reſt. c. 3. p. 2.

beri non poſſit, ſiquidem Accuſator teſtis eſſe non poteſt, neque vllam delicti fidem in iudicio præſtat, vnius autem teſtis dicto Rei dictum opponitur, quo moralis certitudo delicti expungitur: planè conſtat, alterius ſaltem Conteſtis teſtimonium ad moralem delicti certitudinem depoſci: ac proinde ſolos Conteſtes plenam in iudicio probationē efficere.

De Iudicijs in genere, & multiplici eorum differentia. Cap. XXXII.

POST Teſtium probationes, quas in iudicijs neceſſarias eſſe diximus: Indiciorum quoque ratio idcirco à nobis habenda eſt, quòd ea quandam probationum vim, ac naturam ſortiantur, quibus Iudex plerumque tum ad delictorum inquiſitionem, tum ad Reorum condemnationem excitatur; quod ex ipſo nomine manifeſtum eſt, quod ab indicando ductum [a] eam apud iuriſperitos vim, ac ſignificationem obtinet, vt indiciorum nomine iuxta mentem Panormitani [b], & aliorum, notabile alicuius maleficij ſignum, aut coniectura intelligatur, qua moraliter, ac ſufficienter Iudicis animus mouetur, vt opinetur, vel iudicet de Auctore delicti.

Hinc varia Indiciorum differentia exoritur, quæ alij in plena, & ſemiplena, alij in inchoata, & perfecta, alij in ſufficientia, & inſufficientia diſtinguunt: nos autem ad clariorem illorum notitiam iudici aperiendum in leuia [c], grauia, & grauiſſima diſpertimur. Quæ autem inter ſe diuerſa, ac ſeiuncta ſunt, neque ad vnum ſpectant, tametſi plura ſint, ea tamen ſufficiens ad torturam indicium conſtituere minimè valent, cùm inſtar peccatorum venialium ſint, quorum numerus licet multiplex vnum mortale efficere non poteſt.

Leuia indicia ſunt, quæ ex Leui delicti ſuſpicione, & cōiectura oriuntur, quibus Iudicis animus tam boni, quàm mali opinione affici poteſt: atque hæc quidem neque ad inquirendum ſufficiunt, neque regulariter ad Reum vel con-

ſtituen-

a Cap. ſtudijs de præſump. l. ſo eat ff. eod.

b Panurm. in cap. tua de cohab. Cleric. & mul.

c Blſc. in l fin. ff. de quæſt. n. 10. Ghisl. de iud. Reg. c. 18. nu. 1.

ſtituendum, vel torquendum valent, niſi plura huiuſmodi ad eundem finem ſpectantia ſimul concurrant. Hæc enim, vt poſt Bartolum [a] notant Moderator. Romanus de Indic. & tort. Tranquillus Ambroſinus, & alij, tametſi remota ſint, quandoquidem ſimul coniuncta vnum aliud coadiuuat, & ad eundem finem tendunt, ad torquendum ſufficiunt: veluti ſi dictum vulnerati, & conſuetudo delinquendi in eodem genere delicti concurrant, licet vnum ab altero ſeiunctum non ſit indicium ſufficiens ad torturam, ſimul tamen coniuncta ſeipſa coadiuuant, & ad Reum torquendum valent.

Grauia ſunt, quæ vehementem commiſſi ab aliquo delicti ſuſpicionem in Iudicis animum inuehunt, inde, & præſumptiones nuncupantur. Porrò hæc cùm ex magnis, ac ſolidis coniecturis proficiſcantur, ſemiplenam probationẽ in iudicio præſtant, necnon ad Rei torturam ſunt ſatis: & ſi his accedat teſtis ſingularis omni exceptione maior, qui de delicto deponat, plenam probationem præſtant, qua Reus pœna ordinaria poteſt puniri, vt tradunt [b] Graſſus, Ghislerius, & Inciſã; vt ſi teſtis deponat de viſu Petrum vulneraſſe Malcum, alter teſtetur ſe vidiſſe Petrum, enſe diſtricto, & ſanguine conſperſo fugientem, Indicium illud ita illius, teſtimonium coadiuuat, vt plenam delicti probationem efficiat.

Hæc tamen indicia ſola ad Reum condemnandum non ſufficiunt, Præſumptiones enim ſunt, quæ quamquam ad abſoluendum valeant, ad condemnandum tamen minimè ſunt ſatis [c]. Veruntamen ſi plenè à Reo purgata non fuerint, pœna Iudici arbitraria puniri poteſt [d].

Porrò de hoc Indiciorum genere intelligendum eſt, quòd in noſtro procedendi modo ſtatutum legitur: nimirũ quòd propter Indicia nemo condemnari poſſit, nec eis ſtantibus abſoluatur; Sola enim huius generis indicia damnationem non merentur, qua delictum pœna ordinaria puniri ſolet. Attamen ſi ea minimè abſtergantur, nulli dubium eſt, quin Reus pœna extraordinaria plecti debeat.

Grauiſſima tandem indicia, ea nuncupantur, quæ violẽta delicti ſuſpicione ex maximis, & euidentibus coniecturis

hauſta,

[a] Bar. l ſi ff. de quæſt. Mod. Rõ. de indic. & tort. q. 37. num. 34. Trãq. Ambroſ. de mod. form. proc. in f l 4. c. . n. 20. Bertus prax. crim. lit. 1. c. 6. Inciſa trac. 8. de indic. c. 6. nu. 9.

[b] Graſſ. dec. 74 n. 12 Ghisl. de iud. Reg. c. 18. n. 10. Inciſ. trac. 8. c. 6.

[c] L. merito ff. pro ſocio.

[d] Boerius deciſ. 164. Pegna comm. 8. in 2. p. direct. v. ſed hanc.

hauſta, ita Iudicis animum pulſant, vt moralem quandam certitudinem delicti ab aliquo patrati in eo pariat: vt ſi nudus cum nuda in eodem lecto deprehendatur, inhoneſtus concubitus præſumitur. Hæc autem ſi legitimè probata fuerint, ad Rei condemnationem, nedum ad torturam ſufficiunt; probata enim ſuſpicione, vt ait Gloſſa in cap. ſi quis vxorem 32. q. 1. probata eſt fornicatio. Id apertè conſtat ex eodem Canone, ſi quis vxorem, & ex cap. litteris, de præſumptionibus: quibus per omnia aſſentiuntur Panormitanus [a], Ioannes Andreas, Speculator, Sylueſter, Iulius Clarus, Farinacius, & alij quamplures.

At quamquam ex iuris præſumptione, qua hæc indicia fulciuntur Iudex ad pœnam ordinariam Reo infligendam poſſit accedere, vt patet ex Bartolo [b], Ludouico Bolognino, Farinacio, & alijs: ſi tamen excuſationem aliquam Reus afferat, quæ probationem delicti minuat (Reo enim defenſiones ſemper dandæ ſunt) pœna extraordinaria iudicis arbitrio puniri debet, vt probant Iulius Clarus [c], & Farinacius, niſi crimen ſit atrociſſimum, & in damnum Reip. aut Religionis vergat: velut Hæreſis, crimina Læſæ Maieſtatis tam diuinæ quàm humanæ, Simonia, & alia huiuſmodi, quæ toto iuris rigore puniuntur.

Id tamen in tota hac Indiciorum materia Iudici obſeruādū eſt, ad ea diſtinctè, & abſque errore dignoſcenda vix certam regulam dari poſſe: cùm indicia, quæ ſuapte natura ſunt grauia, ex circunſtantia Leuia eſſe poſſint: & è regione Leuia nonnunquàm, temporis, loci, ac perſonæ ratione habita, in grauium naturam commutentur. E. G: Si vir bonus, & bonæ famæ, aut Senex inuentus fuerit colloqui cum muliere ſuſpecta in loco ſuſpecto, hoc vel leue, vel nullum indicium erit ſuſpecti conſortij. Secus ſi inhoneſtus Iuuenis, & ſolitus in eo crimine delinquere ibi deprehenſus fuiſſet, tunc enim non tam leue, quàm graue Indicium criminis exiſteret. Eodem modo ſi quis gregalis frater pulchram, ac nubilem puellam clam deoſcularetur, illud graue Incontinentiæ indicium foret; at ſi notæ perfectionis, ac ſanctitatis Pater id ageret (vt ex noſtris cuidam accidit, qui cùm Beatæ Virginis pulchritudinem in quadam formoſa

Virgine

a Panor. in c excommunicamus § credentes de Hæret. Ioannes And. in addit. Speculat. in tit. de p. bat § fin. Sylu. v. indicium, & v præſumptio. Iul. Clar. l 5 §. fin. q. 20. Farin. q. 36. & ſeq.

b Bart. in l Fur eſt manifeſtus n. 2. ff. de furtis Ludou. Bolog. in l. ſuam cuncti C de pbat. Far q. 52. n. 54.

c Clar. q. 20. v. ſcias tamē ſub fin & q. 2. v. penult. Farin. vbi ſupra nu. 59. & ſequen.

Virgine contemplaretur, quodam mentis exceſſu raptus, ipſam eſt deoſculatus, qui tamen paulòpoſt in extaſim rapi viſus eſt) leue tantùm indiciū præberet: quo fit, vt omnis Indiciorum vis ex iudicis potiſſimùm arbitrio pendeat, qui ſumma animi prudentia dijudicare debet, quæ leuia, quæ uè grauia, aut grauiſſima indicia cenſenda ſint.

Verùm cùm ex indicijs quædam ſint, quæ iudicium præcedunt, ex quibus via Iudici ad inquiſitionem aperitur, alia quæ criminis probationem poſt inquiſitionem comittantur: Iudici id in primis perſpectum ſit, quando crimen eſt manifeſtum, & criminis Auctor occultus ad ſpecialem inquiſitionem contra ipſum ineundam nulla indicia leuia, neque vnicum quantumlibet graue ſufficere: ſed plura illa grauia, & manifeſta eſſe debere, necnon per legitimos teſtes probata, vt ex ijs Iudex abſq; præcedenti infamia ſpecialiter aduersùs Auctorem delicti poſſit inquirere, quæ eſt ſententia D.[a] Thomæ, Soti, Nauarri, Aragon, Rodriguez, Mirandæ, Ioſephi de Sancta Maria, Inciſæ, & omnium fere communis. Quòd ſi tam crimen, quàm criminis patrator ſit occultus, tunc ſola Indicia nō ſufficiunt, ſed infamia aliqua Delinquentis precedat, neceſſe eſt, vt Iudex ad ſpecialē inquiſitionem procedat: vt poſt D. Thomam præfati Auctores teſtantur. Quinetiam addo ad ſpecialem inquiſitionem probatam infamiā tunc adeò neceſſariam eſſe quamuis duo, vel tres teſtes omni exceptione maiores, imò verò conteſtes de eodem delicto deponerent, nulla exiſtente infamia, Iudex aduersùs Delinquētem non poſſet inquirere, vt expreſsè conſtat ex cap. Inquiſitionis extra de Accuſat. Huius autem diſcriminis ea ratio eſſe poteſt, quod in crimine manifeſto Iudex ex officio teneatur de Auctore delicti generaliter inquirere: & ſi in ea generali inquiſitione contra aliquem indicia grauia, & ſufficientia emergant, ea ſupplent locum infamiæ, cùm ſint notoria iuris, ita vt ex his tanquàm contra infamatum Iudex agere compellatur. At in crimine occulto, in quo nulla iudicis inquiſitio generalis præcedit ex officio, indicia quantumlibet grauia infamiæ loco cedere non poſſunt, cùm ea non ſint notoria iuris, quæ vicem infamiæ ſupplent; idcirco perſonæ infamia

a D. Tho 2. 2. q. 69. ar 2 Sot. de teg. ſec. m. m. 2. q 6 cōc 1. dub. 3. Nau. in c. inter verba conc. 6. n. 118. Arag. 2. 2. q. 69. ar. 2. Rodr. to. 2. q. 5. ar. 5. Mirand. ord. ind. q. 6. ar. 8. Ioſeph de S. Maria tract. 3. c. 5. Inciſ. trac. 3. cap 9.

requiritur, quæ ſpeciali inquiſitioni viam ſternat, ne perperàm cuiuſquam fama lædatur.

Cæterùm poſt Inquiſitionem, aut Accuſationem indicia, quæ criminis ſuſpicionem probant, alia ad Reum interrogandum, alia ad torquendum, alia denique ad condemnandum valent.

Leuia Indicia, vt ſuperius declaratum fuit, quamuis regulariter ad Reum interrogandum, vel torquendum non ſufficiant, cum tamen via accuſationis contra Reum proceditur, ad ipſum interrogandum, non torquendum valent, niſi vnum aliud coadiuuet, & plura ad vnicam probationē tendant, vt paulò ante explicatum fuit. Grauia, ſi plura ſint, ad Reum interrogandum ſimul, & torquendum ſufficiunt, vnicum enim non ſat eſt: præſertim ſi ſit à maleficio remotum, iuxta communem. Ita [a] Bartolus Boſſius, & Clarus. Porrò Regula eſt, quæ ad torquendum Reum ſufficiunt, etiam ad interrogandum ſufficere, non tamen è conuerſo. Quæ verò ad Rei torturam ex D. Thoma, Cayetano, & alijs exiguntur ſunt vel teſtis vnus omni exceptione maior, qui de ipſo facto deponat, vel duo ſaltem Indicia grauia. Hæc verò, tametſi ad Reum torquendum ſufficiāt, ad condemnandum tamen minùs valent, niſi forte ad pœnam extraordinariam imponendam.

[a] Bart. in l. fin. n. 6. ff. de quæſt. Boſſ. de Indic. c. 71. Clar. q. 64. v. ſed quæro.

Grauiſſima tandem ad Reum condemnandum ſunt ſatis, atque adeò vnum ſufficit, dummodò per legitimos teſtes ſit probatum, vt ex communi Doctorum ſententia explicauimus.

Id tandem Iudici perſpectum ſit, quoties ex Indicijs via illi ad ſpecialem inquiſitionem aperitur, quandoquidē ea, & grauia, & plura eſſe debent, eadem quoque ad Reum interrogandum, & torquendum ſufficere, ita ut nouis indicijs ad Rei torturam minimè opus ſit.

Hic tantùm ex D. Thoma, Scappo, Boſſio, Maſcardo, Aymone, Baldo, Ambroſino, Miranda, & alijs admonere iubet, Indicia quæ tam ad inquirendum, quàm ad Reum torquendum valent, huiuſmodi eſſe debere, vt in ſua ſpecie ſint luce clariora, certa, non dubia, non æquiuoca, concludentia, ac delictum inferentia, veriſimilia, & à iure ap-

probata, itaut ſola Rei confeſſio deeſſe videatur: ex quibus Iudex morali quadam certitudine certus ſit, eum tale delictum perpetraſſe. Indiciorum verò veriſimilitudinem nō à diuinationibus, aut metaphyſicis abſtractionibus à reipſa longe remotis; ſed ab ipſis rei principiis petere debet. Quarè Iudici diligentiſſimè huiuſmodi Indiciorum natura examinanda erit, num de iure ad inquiſitionem ſpecialem inſtituendam, aut Reum torquendum ſufficiant. Nam, & ſi in Iudicis arbitrio potiſſimùm ſitum ſit, quænam Indicia ſufficientia, ac plena iudicanda ſint, decernere: ipſius tamen arbitrium à iure minimè diſſentire debet. Quamobrē nonullà ſingularia Indicia ex quolibet genere decerpta in hoc ſequēti capite ſubijciemus: vt ex his Iudex alia quoque, cùm opus fuerit, effingere addiſcat.

De Varijs Criminum Indicijs eorumq; Probationibus. Cap. XXXIII.

VARIA, ac multiplicia Delictorū Indicia apud Iuriconſultos exarata reperiuntur, quibus modò ad leuium, modò ad grauium, modò ad grauiſſimorum Indiciorum naturam explicandam paſſim vtuntur: quæ hunc in locum conferre operæpretiū duxi, vt Iudicis noſtri in his dijudicandis, ac alijs ſimili modo efformandis, duces habeant, quos ſequantur.

Principio igitur inter leuia Indicia ſtatuuntur. Primò Dictum teſtis inhabilis, niſi vel habilitetur à Iudice, vel tortura inhabilitatis maculam abſtergat: tunc enim non inter Indicia, ſed inter legitimas teſtium probationes recenſetur, vt communi ſententia inter Doctores receptum eſt. Si tamen teſtis inhabilis Accuſator, vel Denunciator fuerit, Iudici viam aperit ad inquirendum, vt docet [a] Blanchus iuxta communem. Si verò duo teſtes inhabiles de eodem facto conteſtes deponant, ad Rei torturam ſufficiunt, vt notant Boerius [b], Clarus, & Farinacius.

Secundò, dictum ſocij criminis, vulnerati; ſolicitati, corru-

[a] Blanc. de indicijs n. 389.

[b] Boer. deciſ. 319. Clar. q. 21. verſ. ſed pone. Far. q. 43. n. 39.

corrupti, mandatarij, &c. qui ſi Accuſatores, vel Denunciatores ſint (vt dictum eſt) viam Iudici ad inquiſitionem inſtituendam ſternunt, ſi verò velut teſtes aduersùs aliquē deponant, tametſi iurati ſint, non niſi leue indicium præſtant ad informationes tantùm ſumendas, non autem ad Reum conſtituendum, aut torquendum ſufficiens: vt tradunt Boerius [a], Ioannes de Anania, Thomas Grammaticus, Farinacius, & Maſcardus, niſi aliud indicium accedat, vel duo ſocij criminis aduersùs aliquem de eodem crimine deponant; horum namque adminiculo Reus conſtitui, ac torqueri poteſt: ſi quidem teſtes inhabiles ex pluribus coadiuuantur, dummodò eorum dicta inter ſe ſint connexa, & ad eundem finem reſpiciant: vt obſeruant Cæſar de Graſſis [b], & Farinacius. Hi tamen ad Rei condemnationem non ſufficiunt, vt idem [c] Farinacius docet.

Id quoque Iudex ignorare non debet, Dictum ſocij in crimine, ſi tortura confirmatum fuerit, graue, ac vehemēs indicium ad torturam efficere, vt tradunt Clarus [d], & Farinacius, atque eodem modo aſſertionem vulnerati, ſolicitati, corrupti, mandatarij, ſi alterius indicij adminiculo fulciatur, ad Reum torquendum ſatis eſſe: niſi obſtet inimicitiæ, infamiæ, ſiue huiuſmodi alterius inhabilitatis exceptio. Ea tamen, quamuis tortura non adhibita, ad Reū torquendum ſit infirma: vt tradunt Boſſius [e], Clarus, & Farinacius: attamen ad inquirendum contra vulneratorē, ſolicitatorem, corruptorem, & Mandantem abſolutè valet.

Tertium eſt conſuetudo delinquendi in aliquo crimine. Cum enim iuxta [f] Regulam iuris. Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali: qui in aliquo delicti genere ſolet delinquere (quod iuxta Innocentium, & Farinacium præſumitur, cùm bis, vel ter in id delictum inciderit) ſi de eo delicto aduersùs ipſum agatur, indicium prodit, ſe in id genus delicti prolapſum fuiſſe, quod, & ſi per ſe leue ſit, ex [g] Bartolo, & Salyceto, accedente tamen alterius indicij adminiculo, illud graue indicium redditur ad Reum torquendùm ſufficiens, iuxta Baldum [h], Iaſonem, Farinacium, & Ghiſlerium. Hæc tamen delinquendi con-

a Boer. deciſ. 319. Ioã. d'An. conſ. 59 Thom. Grã. n 14. Fari. q. 43. n. 25. Maſcard. de probat. conc. 1371. nu. 14.

b Graſſ. deciſ. 874. Fari. q. 43. nu 39.

c Farin. vbi ſupra.

d Clar. q. 45 v. fin. Farin. q 43. nu. 1, 7.

e Boſſ. de indi. n. 160. Clar. q. 21 vers. ex hac Farin. q. 46. nu. 35. & 52.

f D. Reg. iur. in 6. & *l.* ſi cui §. 1. ff. de accuſ.

g Bar. & Salic. in l fin. C. de quæſt.

h Bald. in l. q. de C. de accuſ. Iaſ. in l. 1. eod. rit. Far. q 21. n. 22. Ghis de iud. re. ge. 18. nu. 29. & 29.

ſuctudo abſtergitur, ſi à Reo probetur, ſe per triennium honeſtè, & cum laude vixiſſe, vt ibidem tradit Farinacius.

Quartum eſt mala Phiſionomia, quam Baldus [a], Marſilius, & Farinacius inter Indicia conſtituunt, eo præſertim ſcripturæ teſtimonio fulti, quod habetur Eccleſiaſtici 19. Ab occurſu faciei cognoſcitur homo: cuius etiam meminit Plato in Sympoſio.

Hoc verò quamquàm ita leue indicium ſit, vt ſæpe fallax eſſe comperiatur: attamen id negari non poteſt, ſæpe in hominis vultu vitia, aut virtutes elucere, quibus illius animus eſt imbutus; ex quo Iudex, leuiſſimè tamen de commiſſo crimine ex ea ſuſpicari poteſt.

Quintum eſt rubor, pallor, inconſtantia, tremor Rei, & alia huiuſmodi, iuxta Bartolum [b], Carrerium, & Simancam, quæ iudicis prudentiæ, & arbitrio ex ipſius perſonę qualitate, & conditione dijudicanda relinquuntur; num delicti indicium præſeferant, necnè; plerunque enim accidit, vt citra vllam delicti ſuſpicionem, hæ turbationes timidis, ac formidoloſis contingant, quos tamen criminũ innocentiſſimos fuiſſe ſæpe reipſa compertum fuit, vt ſapienter notant Paris [c] de Puteo, Pegna, Farinacius, & Ghislerius.

Sextum eſt inimicitia, quæ ſi leuis fuerit, vel nullum indicium eſt, vel leuis tantùm indicij vim ſibi vendicat: veruntamen ſi grauis, & capitalis ſit, & perfectè in ſua ſpecie probata: ea ad inquirendũ contra Reum, & ad illius capturam, & conſtitutionem graue Indicium cenſetur: vt probant Blanchus [d], & Clarus, quamuis ad ipſum torquendum non valeat iuxta Gomezium [e], Carrerium, Grammaticum, Boſſium, & Farinacium, niſi alterum ipſi indicium adminiculetur. At in delictis, quæ ſunt difficilis probationis ſola præſtat indicium ad torturam, vt docet Farinacius [f].

Poſtremum eſt fama, vel rumor publicus, quòd quis delictum perpetrauerit, quæ ſi originem à viris probis, & honeſtis, & omni exceptione maioribus ducat, regulariter Indicium eſt ad inquiſitionem ſpecialem, non autem ad torturam ſufficiens, vt affirmant Bartolus [g], Ioannes Andreas,

a Bald. in l. 2. C. quorũ app. nõ recip. Marſil. in prac. crim. §. expedita n. 53. Farin. q. 52. nu. 105.

b Bart. in l. fin. n. 3. ff. de quęſt. Carrer. in prac. crim. n. 120. Simanc. de Hęre. c. 63. nu. 24.

c Pariſ. in trac. Syndicatus v. tortura Clar. q. 21. verſ. cęterũ. Pegna comm. 110 v. quamobrem, Far. q. 62. nu. 47 Ghisl. c. 18. n. 58.

d Blanc. de indic. n. 175. Cla. q. 21 v. Inimicitia.

e Gomez. c. 13. delict. nu. 11. Carr. in prac. n. 118. Boſſ. ti. de indic. n. 47 Far. q. 49. nu. 1. 2 & ſeq.

f Farin. loco citat. n. 109.

g Bartol. in l. milites C. de quęſt. Ioã. And. in addit. ad ſpecul. ti. de prob. §. videndũ Cla. q. 21. v. p. t. Far. q. 47. nu. 4.

dreas, Clarus, Farinacius, & communis eſt omnium Do ctorum ſententia in cap. veniens el primo de teſtib. At ſi famæ ſingularis teſtis acceſſerit, Reus torturæ examini ſubijci poterit. Quod tunc quoque dicendũ eſt, cùm fama vehemens fuerit, & ſtatim, perpetrato delicto, à viris fidedignis emerſerit: eà enim tùnc grauis indicij naturam induit, & infamatum tormentis ſubijcit. Quæ Bartoli[a], Baldi, Felini, Marſilij, Thomæ Grammatici, Duennas, Farinacij, & aliorum doctrina eſt. Idem quoque de eo, qui alioqui malæ famæ, & perditis moribus imbutus euincitur, ſentiũt Duennas[b], & Gandinus, cui ea vitæ infamia, ac improbitas ad torturam ſufficiunt.

Hæc quoad leuia indicia ſatis ſunt, quæ prudens Iudex apud ſe maturè perpendere debet, num ex aliqua circunſtantia grauia reddantur.

Porrò inter grauia Indicia collocantur: in primis confeſſio Rei extra iudicium facta quidum inter amicos, & ſodales conuerſatur, tale furtum, vel adulterium, vel aliud delicti genus ſe perpetraſſe dixerit. Huiuſmodi enim indicium Reum grauiter afficit, cùm delictum in iudicio negat, itaut ſolùm tormenta eum ſubire cogat; vt inter alios probant Clarus[c], Gomez, Penna, Farinacius ex communi aliorum Doctorum conſenſu.

Excipienda tamen eſt ſacramentalis Confeſſio, quæ nullatenus Reo nocere debet, aut poteſt, ſi Sacerdos odio, vel ebrietate delictum aperuit; quemadmodum nec confeſſio Rei à Iudice incompetenti vi, aut metu extracta, vt Doctores[d] paſſim ſentiunt. Secus tamen erit, ſi abſque vi, metuq; etiam coram Iudice incompetente prolata fuerit, aut Reus coram Iudice competente, in alio tamen iudicio, vel corã ipſo, vti priuata perſona, ſiue tandẽ in tortura exiſtẽs delictũ confiteatur; quoties enim id accidit, toties tanquã ex vehemẽti indicio ſe torturæ ſubiectũ præſtat: ex ſententia Clari,[e] Graſſi, & Simancę Clarus[f]. in, hac pleriq; alij aſſeuerãt Reũ, qui in tormentis crimen confitetur, & extra tormenta confeſſionem reuocat: vltra trinam tormentorum repetitionẽ hoc titulo torqueri non poſſe, nè ea in infinitum abeat.

Secundum eſt ſcriptum Rei, ex qua delictum colligitur.

Si

a Bart. conſi. 191. Bald in c. 1. §. iniuria de pace iur. fir. in vſibus feud. Felin. in c. veniẽs el primo de teſtib. Marſ. in pract § diligẽter n. 19 Thom. Grã. deciſ. 34. nu 52. Dren. in reg. 301. limit. 1. Farin. q. 47. nu. 28.

b Duen. loco cit. lim 3 Gandin. trac de maleſ. in rubri. à quo, vel à quib. poſſit ſcip fam. nu. 12.

c Clar. q. 21. verſ. confeſſio extraiudicialis Gom l. 3 var. reſol. c. 13. n. 8. Pegna comm. 116. in 3. par. dir. inquiſ. in append. Farin. q. 33 n. 16. & q. 37. nu. 49.

d Pegna cõm. 25 in 2. p. Direc. v. omiſſis multis Beious in cuaſſi clerici de iudic n. 126. Gomez loco cita. Farin q. 51. nu. 47 & q. 37. nu. 96. 97. & 104.

e Clar. loco cit. v. ſed hic quæro v. ſed quid ſi Reus, & v. ſed hic cadit. Ceſ. Graſ deciſ. 149. n. 6. & 9. Simãc. de Hęret. c. 63. nu. 42.

f Cla. loco cit. v. vlterius quęro. Farin. q. 38. nu. 99. Pegna comm. 3.

Si enim quis amatorias, ac laſciuas Epiſtolas ad mulierem ſcribat, ex quibus ſollicitator ad peccatum, aut peccati Reus deprehenditur: ſi huiuſmodi litteræ in iudicium proferantur, vehemens indicium præbent, ex quo iuſtè Reus tormẽtis ſubijci queat: præſertim ſi à viris fide dignis, qui Rei caracterem notum habent, iuramento aſtrictis, Rei caracter in eiſdem litteris agnitus fuerit: vel Reus ſcribere compulſus, comparato caractere Rei cum caractere Epiſtolæ conſimilem iudicio peritorum caracterem edidiſſet, vt docent Couarruuias [a], & Paz.

Quòd ſi Epiſtola à Reo, vt propria probetur. Iam Reus pro confeſſo habetur: ſolaq; illa ſcriptura abſque alijs teſtibus ad plenam delicti probationem, & Rei condemnationem ſufficit. Ita Rebuffus [b], Couarruuias, Auendanus, & Auiles, quos citat Rodericus. Probari autem à Reo cenſetur Epiſtola, non ſolùm cùm eam apertè ſuam eſſe fatetur: verùm etiam cùm interrogatus reſpondere renuit: iuxta c. fin. de confeſſ. quod Couarruuias [c], Auendannus, & Perez commendant.

Tertium ſunt minæ delictum præcedentes, quæ ſi à viro improbo, ac malæ famæ profectæ fuerint, ſubſequuto delicto, graue indicium contra ipſum vrgent ad torturam illi inferendum, nedum ad interrogandum, & inquirendum ſufficiens: vt communi ſenſu omnes affiirmant, atq; inter alios Imola [d], Carrerius, Blancus, Boſſius, Menochius, & Farinacius. Si verò à probo alioqui viro excandeſcenti impetu aliquo vrgente exortæ fuerint, ad inquirendum duntaxat indicium produnt, vt tradit Inciſa tract. 8. de Indicijs.

Quartum eſt ſequeſtratio in aliquo loco ſecreto cum muliere ſeorſim à ſocio, quod ſuapte natura grauem ſuſpicionem infert, præſertim apud nos, quibus huiuſmodi ſequeſtratio ordinis conſtitutionibus interdicta eſt: quo fit vt illud cum altero indicio graui coniunctum ad inquiſitionem ex munere inſtituendum ſufficiat. Quòd ſi ex alijs circunſtantijs indicium illud augeatur, veluti ex muliere ſuſpecta, vel ex foribus obſerratis, vel ex loci obſcuritate vel ex nocturno tempore, aut alijs huiuſmodi, ſolùm etiam ad torquendum valebit, iuxta Iudicis arbitrium.

a Couar. prac. qq. c. 26. nu. 6. Paz in pract. crim. 4. p. to. 1. c. 1. n. 25.

b Rebuff. in trac. de chirog. & Sched. recog. nu. 44. Couarr. l. 2. v. reſol. c. 21. n 4. Auẽd. in c. prætor 2. p. c. 5. n. 1 v. aliquando tamẽ Auil. in c. prçto. c. 10. in glo. v. executio n. 33. Rodc. to. 2. q. 12. ar. 5.

c Couarr. loco cit. c. 11. nu. 4. Auẽd. vbi ſup. c. 30. n. 4. Perez in l. 4. tit. 8. l. 5. ordi.

d Imol. in l. 6. n. 10. ff. de Hæred. inſtit. Carrer. in pract. n. 126. Blanc. de Indic. nu. 183. Menoc. lib. 1. de præſump. q. 89. n. 62. Boſſ. ti. indic. n. 44. Far. q. 50. n. 1.

Quin-

Quintum eſt exclamatio puellæ, vel læſi, cũ fuga, vel pallore, vel tremore ipſius Delinquentis: Id enim non ſolùm ad inquiſitionem ſufficit: ſed & iuxta delicti grauitatem, & perſonarum, & loci, & temporis circunſtantias, quæ à Iudice examinanda ſunt, etiam tormentis Reum ſubijciet.

Sextum eſt variatio, vacillatio, & mendacium Rei circa ſubſtantiam delicti, quæ ſi illi accidant, qui neque ſtupidus, neq; obliuioſus exiſtimatur, indicium ad torturam efficiunt: vt rectè monent Paris [a] de Puteo, Carrerius, & Farinacius: niſi ſtatim ſeipſum correxerit, vel ex timiditate ea protulerit, quod Iudex prudenter debet perpendere. At ſi variatio, ac mendacium tantummodo circa extrinſecas, ac remotas delicti circunſtantias verſentur: leue tantum indiciũ efficient: vt poſt Pennam [b] docent Giſlerius, & Inciſa.

Sunt, & alia, quæ inter indicia grauia recenſeri ſolent, veluti fuga Rei poſt delictum, res furata apud eum reperta qui eſt malæ famæ, res quoq; alicuius circa locum delicti inuenta, & pleraque alia, quæ Iudici ſapienter exploranda, & ex circunſtantijs dijudicanda erunt, num ad grauium, aut leuium Indiciorum claſſem ſpectent.

Poſtremò inter grauiſſima Indicia ab vniuerſis fere Doctoribus reponi ſolet deprehenſio in flagranti crimine, non quidem ea, quæ ex euidentia delicti oritur, dum ipſum delictum patratur: hoc enim indicium delicti non eſt, ſed delictum ipſum manifeſtum, ſed illa duntaxat, quæ violentam delicti ſuſpicionẽ præſefert, & delictum ipſum, velut inſeparabile ſignum comitatur: veluti ſi quis, ſtricto enſe, & ſanguine conſperſo, viſus fuerit exire de alicuius domo, quæ vnicam habet ianuam, in qua aliquis eodem tempore occiſus iaceat. Vel ſi ſolus cum ſola in eodem lecto concumbere deprehenſus fuerit: hoc enim indicium grauiſſimum eſt, quo Iudici aditus recluditur, vt Reum ita deprehenſum abſque alio teſte, aut infamia ſuper facto ipſo interrogare, tormentis ſubijcere, imò & condemnare queat: vt ex Bartolo, Claro, Ludouico Bolognino, & Farinacio ſuperiùs oſtendimus: tametſi ſi id negauerit, extraordinaria tãtùm pœna ſit plectendus, niſi delictum ſit atrociſſimum: quod ordinariam pœnam ad ſui punitionem exigat. Hoc

[a] Paris tract. ſyndicatus ver. tortura v. niſi de indicijs. Carrer. in pract. n. 119. Far. q. 52. nu. 20. & q. 66. nu. 100.

[b] Pegna cõm. 110 in 3. part. direct. v. ſed in hoc articulo. Ghisl. de iud. reg. c. 18. n. 57. Inciſ. tract. 1. de indic. c. 5.

litur [a] : quo fit, vt tunc primum duntaxat cuiuſquam nomen inter Reos recipiatur, cùm ad ipſum citatio tranſmittitur. Hanc Rei citationem adeò in recto iudicio neceſſariā, ac ſubſtantialem eſſe Doctores colligunt, vt ſi quis non citatus condemnetur, non modo condemnatio vtroque iure canonico, & ciuili nulla ſit, vtpotè contra ius naturale, ac diuinum lata, vt decernitur in Clem. Paſtoralis §. cæterùm de re iudicata. & in c. Deus omnipotens 2. q. 1. & cum Gloſſa in l. ſi Accuſatoribus, & Gloſſa fin C. de Accuſat. vniuerſi penè Doctores conſentiunt : verùm etiam Iudex mortifero ſe peccato obſtringat, cùm ſine Reo ad condemnationem procedat, vt monent Nauarrus [b], & Aretinus.

a Ca, forus. de verb.ſig. 15. q. 3. cap. vltimo.

b Nau. in Mā. c.25.n.13 Aret. pract.crim. c.1. de Reis.

At neque Reus à Iudice citari debet, niſi vel teſtium examen, vel indiciorum probationes, vel probata fama præceſſerint, ex quibus ſemiplena ſaltem delicti probatio emerſerit: vt ſæpe dictum eſt: qui enim abſque ſemiplena probatione Reum citaret, iuris ordinem euerteret, ac Reo fores aperiret, vt minùs legitimè interrogatus impune veritatē abſconderet.

Forma autem citandorùm Reorum non ea adamuſſim apud Regulares obſeruanda eſt, quæ apud ſæculare, aut Eccleſiaſticum forum, in quibus omnes iuris ſolemnitates cuſtodiuntur, ſeruari ſolet: ſed ea à probata cuiuſque Religionis conſuetudine petenda eſt. Quapropter cùm in noſtro Minorum fratrum Ordine conſuetudo per tot ſæcula probata inoleuerit, vt Prouinciales, aut Generales, vel eorum Delegati, quibus duntaxat ius competit ex officio aduerſùs Reos noſtros iuridice procedere, eoſdem vel abſētes per ſimplices Epiſtolas, vel in eodem Conuentu degentes per quemlibet fratrem Internuncium, nulla illis indicta, vel intimata cauſa contra illos in proceſſu contenta, ad ſe euocare ſoleant: eam quoque apud nos integram, ac ſartatectam ſeruari æquum eſt, cùm ea religioſam magis ſimplicitatem redoleat.

Citatione itaque præmiſſa, ſi de graui crimine agatur, ex quo iuſtè Rei fuga timeri queat, indiciaque ad capturam ſufficientia ex proceſſu reſultent (quæ regulariter grauia eſ

ſe debent, ita vt Reus interrogari poſſit, & ſi crimen neget, tormentis ſubijci: vel ſaltem leuia ſeipſa coadiuuantia ex [a] Claro; communis enim Regula eſt, quoties pro delicto pœna corporalis de iure infligenda eſt, Reum in carcerem ad cuſtodiam detrudi poſſe, vt tradit idem Clarus [b]) Reus poſt citationem, ac interrogationem in carcerem ad cuſtodiam conijci poteſt: niſi ex probabilibus coniecturis Iudicis arbitrio diſcutiendis, fugæ adeſſet periculum, ſi citaretur: quo in caſu ante citationem carceri ad cuſtodiā mancipandus eſſet, deinde è carcere ad ius vocandus: vt Doctores communiter ſentiunt [c], Clarus, Ghiſlerius, Inciſa, Aretinus, Bertus, Miranda, & alij.

Crimina verò, quæ vt plurimùm fugæ periculum ſibi cōiunctum habent, hæc eſſe ſolent, Fornicatio, Sodomia, Furtum rei notabilis, Percuſſio enormis, Conſpirationes in vitam Superiorum aut aliorum, Hæreſis, Inobedientia contumax, quæ apud nos inter grauiſſima recenſentur.

Quamquàm verò in his certa Iudici Regula præſcribi nō poſſit, cùm ex ipſius potiſſimùm arbitrio, ac prudentia huius rei iudicium pendeat: Id tamen ex grauiſſimo [d] Doctorum conſilio ſibi ſequendum ſtatuat: vt non facilè ad Reorum capturam deueniat: cùm enim apud Religioſos, quibus honos, ac bonum nomen pro ſummis diuitijs computatur, captura quælibet infamiam quandam redoleat, quæ abſolutoria etiam ſententia vix abſtergitur; ſummo ſtudio cauendum eſt, nè abſque maxima, ac grauiſſima cauſa Religioſus quilibet etiam ad cuſtodiam carceri mancipetur: ac præſertim viri vel in Religione inſignes, vel aliquo honoris titulo cohoneſtati, vel tandem qui alioqui bonæ inter fratres famæ eatenus extitere, vt eorum, quoad fieri poteſt, famæ conſulatur, quam vſque adeò integram, ac ſartam tectam Iudex ſeruandam curabit, vt ſi Monaſterium, aut cella ad eorum cuſtodiam ſatis ſit à carcere illi abſtinendum ſit.

Cùm verò carcer Reis ad cuſtodiam datur, is humanus eſſe debet, ac ciuilis: itaut qui in ipſum includuntur, benignè tractentur, nec vlla iuris, aut facti pœna afficiantur, nè carcer ad pœnam, vel ad arctationem illis datus eſſe videatur:

a Clar. q. 20. v. ad inquirendū.

b Clar. q. 28. in princ.

c Clar. loco ci. Ghisl. c. 18 nu. 64 Inciſa tract. 9. de Reis c. 1. Aret. de Reis c. 1. Bert. tit. 16. c. vnico Mirād. q. 16. ar. 4.

d Paz. to. 1. p. 5. c. 3. §. 2. Gomez. to. 3. var. reſ. c. 9. Simancas c. 16. de cuſtodia Reorum. Segur. de Aual. direct. a. p. c. 13. n. 8 Mirand. q. 16. ar. 4. Aret. de Reis c. 1.

tur: imò in actis explicari debet, Carcerem illis non ad pœnam, vel ad torturam, ſed ad cuſtodiam dari, nè ex eo vllam iuris infamiam, quæ carcerem ad pœnam datum conſequitur, contrahant.

Poſtremò Iudici cauendum eſt, nè in Reorum noſtrorũ captura tumultus fiant, neque Satellitum more Fratres in capiendum irruant, vel quod maximè fugiendum eſt, in Reis capiendis ſæcularium hominum opera vtantur: ſed Iudex in virtute ſanctæ Obedientiæ (vt noſtri moris eſt) Reis imperet, vt Carceres adeant: & ſi parere renuant, ter recepertito præcepto, ſub debitis temporis interuallis, per ſingula interualla ijs præcipiens, vt Carceres ſubeant, demũ ſi contumaces fuerint, Laicorum noſtrorum opera ad eas compellat. Denique Iudex ea, quæ ad Rei capturam ſpectant, ea prudentia, ac maturitate diſponat, vt omnia moderatè, ac religioſè fiant.

Quòd ſi interdum accidat Reum è carceribus effugere, iudici quidem curandum erit, vt ſeruata tum Rei, tum Religionis fama, ſecretiori, quoad fieri poterit, modo, Reus ad Carcerem reducatur: ac ingentes illi clamores, ac vociferationes, fugientiſque proſequutiones, præſertim in oculis Sæcularium ſummoperè vitandæ ſunt, quæ in Religioſis turpem, ac immoderatum animi impetum præſeferũt.

De Interrogatione, & obligatione Reorum. Cap. XXXV.

QVAMQVAM ad ſpecialem inquiſitionem aduersùs aliquem ineundam vel Accuſatio, vel Denunciatio, vel probata infamia, vel indicia æquipollentia infamiæ ſat ſint: hæc tamen ad Reum conſtituendum, ac interrogandum minimè ſufficiunt: quo fit, vt præterea neceſſe ſit crimen ſaltem vno teſte ſingulari, qui ſit omni exceptione maior, vel indicijs eidem æquiualentibus probatum eſſe, vt poſt Bartolum [a] docent D. Thomas, Caycetanus, Nauarrus, & criminaliſtæ vniuerſi. Hinc

a Bart. in l. fin. n. 7. ff de quæſt. D. Thom. 2. 2. q. 69. ar 1 & 2. Cayet. ibi. Nau. in man. c 25. n. 56. Leſſ de iuſ. & iur. l. 2 c. 31. dub. 3 Aret. de Reis. c. 2. Incil. tract. 5. de Reis cap. 5.

Digitized by Google

Iudex hunc iuris ordinem peruertens in lethalem culpam incidit iuxta Nauarrũ [a]: Reuſque hoc modo interrogatus veritatem aperire non tenetur, tametſi iurauerit, vt colligitur ex [b] Iure, & Doctoribus.

Delicto igitur ſemiplenè probato, Iudex poſt citationem ad Rei interrogationem accedens iuramentum illi deferre debet: vt ex D. [c] Thoma, Diaz, & alijs perſpectum eſt, ſolertiam, quoque, ac omnem diligentiam, præſertim in delictis, quæ ſunt difficilis probationis (non tamen cauillationes) adhibere, vt claram delicti veritatem eruat. Dein de Reum (ſi fortè is in vincula ante interrogationem coniectus fuerit) è carcere eductum, ac vinculis ſolutum, vt iura decernunt, aliquo honeſto loco interrogẽt, capitulis ex his, quæ in proceſſu deducta ſunt, formatis, neque enim Reus de alijs criminibus occultis quorum nulla ex proceſſu reſultat infamia, aut ſemiplena probatio, vllo modo interrogari poteſt, abſque graui, ac mortali culpa: niſi crimen ita ſit principali annexum, vt velut illius circunſtantia habeatur, & vnum perfectè abſque alio cognoſci nequeat: veluti ſi quis de ſuſpecto conſortio cum muliere conuictus fuerit, iuſtè ab eo quæri poteſt, an rem cum ipſa habuerit, & ſic de ſimilibus. Vel crimen, quod Reus confeſſus eſt, ſit ſufficiens indicium alterius, vt putà, ſi poſt furtum, aut homicidium reperitẽtur fores Eccleſiæ confractæ, vel domus ſpoliata: qui primum crimen falſus eſt legitimè de altero poſſet interrogari.

Reo quoque ante interrogationem aperiendus eſt ſaltem in genere ſuæ cauſæ ſtatus, nimirum quòd delictum ex deductis in proceſſu plenè, aut ſemiplenè ſit probatum, vt ſibi perſpectum ſit, ſe legitimè, ac iuridicè interrogari.

Iudex quoque cauere debet, nè præterquàm in caſibus à iure permiſſis, Reos de complicibus interroget: ſi quidem vtroque [d] iure prohibitum eſt, & communi Doctorum ſententia receptum, nè Rei ſiue conuicti, ſiue confeſſi vnquam de ſocijs delicti interrogentur. Hinc addit Nauarrus [e] mortifero ſe ſe peccato Iudices adſtringere, qui contra fas de complicibus nimis ſubtiliter peruestigant. Atq; hoc verum eſt, quòd ſi Reus interrogatus de Socijs criminis in ca

a Naa. in Mã. c. 18. n. 49.
b Ca. qualiter & quando 17. cum oporteat. 19. & ca. inquiſitionis 21. de accuſ. D. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 2. Henr. quod. ‘. q. 34. Sylu. & Ang. v. Confeſſio delicti Petrus Nau. li. 2. cap. 4.
c D. Tho. vbi ſupra Diaz in pract. c. 118. In caſ. & Aret. vbi ſupra.

d Cap cum ad Monaſteriũ extra de confeſſis c. veritas ext. de teſtib. & 15. q 3. c. nemini, & in l. Repeti ff. de quæſt. & in l. fin C. de accuſat.
e Nau. cap. 18. nu. 58.

ſu, quo de iure interrogare non debet, aliquem ex Socijs nominet, nullum facit indicium ad torturam aduerſus nominatum, vt probant, Farinacius [a], & Ambroſinus.

a Far q.43 n.4. Amb.c.12. n.17

Caſus verò, in quibus iudici, iure ipſo ſuffragante, debitum, nedum liberum eſt de Reorum Complicibus inquirere, ſunt. Primùs quando ex proceſſu contra ipſos Complices infamia, vel indicia reſultant: ex his enim via iudici aperitur, vt de ijs tantummodò, qui infamia, vel indicijs afficiuntur, alijs prætermiſſis, Reos interroget.

Secundus eſt, quoties agitur de crimine atroci, & excepto, quod in publicum Reip. aut Religionis perniciem vergit: quale eſt crimen Læſæ Maieſtatis, Hæreſis, Proditio, atque alia huiuſmodi, quibus noſter procedendi modus addit Subornationem in Electionibus, Dogmatizationem aduersùs Statuta, & bonos mores, Conſuetudinem, vel frequentiam ſolicitandi ad peccatum carnale, præthereà, quæ notabile ſcandalum ſæcularibus afferre poſſunt. In his, ac ſimilibus, quæ abſque Socijs patrari non ſolent, iudici licebit de complicibus interrogare: vt patet ex §. quiſquis in fin. ff. ad l. Iuliam, & in cap. cùm ad monaſterium extra de confeſſis, & ex Nauarro [b]: qui Confeſſarios monet, nè Reis abſolutionis beneficium impendant, qui huiuſmodi complices reuelare renuunt.

b Nau. in Mi. c.18. n.58.

Tertius eſt, quandocunque delictum in euidens, ac graue alterius damnum tendit, quemadmodum in ijs accidit, qui in alicuius necem, vel infamiam conſpirant: vno enim ex his conuicto, vel confeſſo, debet Iudex ad euitandum damnum imminens, ac futurum de alijs criminis Socijs inquirere. At vero ſi crimen iam patratum fuit, nec vllum futurum damnum timetur: ab ea Sociorum interrogatione Iudici abſtinendum eſt, cum his exceptis, de quibus infamia, vel indicia præceſſerunt, aut ijs, quibus bonum publicum læditur, naturali, ac diuino iure quilibet aſtringatur præter iuris ordinem ſecretum alterius crimen non detegere.

Poſtremò Iudici cauendum eſt, nè ad extrahendam à Reo confeſſionem delicti, ſpem illi impunitatis promittat, quàm præſtare non poteſt, nec vult, neque enim Iudici fraude, aut deceptione vlla vtilicet, vt a Reo crimen extorquat, vt

optimè

optimè monet [a] Clarus, cùm alijs iuſtioribus modis, quàm fallacibus, ac doloſis huiuſmodi promiſſionibus veritatem indagare queat. Quòd ſi hac fallaci pollicitatione à Reo criminis confeſſionem extorſerit, id ſibi perſuaſum habeat ex inſigniorum Iuriſperitorum ſententia Clari [b], Boſſij, Imolæ, Cagnolij, Remigij, & aliorum, Reum ex ea confeſſione damnari non poſſe, ſed tantùm velut ex indicio torqueri.

Porrò Reus cùm legitimè interrogatus non ſolùm Iudici abſque vlla dilatione, (quæ ſi ab eo petatur, iuxta communem [c] concedenda non eſt) ad omnia tenetur reſpondere, vt communis ſententia obtinet Baldi, Conradi, Pauli de Caſtro, Salyceti, & aliorum, quos refert Rodericus: verùm etiam apertè veritatem fateri: vt ex doctrina D. Thomæ vniuerſi penè Doctores colligunt, Cayetanus, Henricus, Paludanus, Gabriel, Sotus, Nauarrus, Couarruuias, Gomez, & alij: nam cùm Iudex legitimè de delicto interrogans recta, ac iuſta præcipiat, viuentiſque Dei in iudicio perſonam gerat: quænam ratio eſſe poteſt, qua Reus præſertim iuramento adſtrictus ab aperta ipſius confeſſione excuſari queat? Id ſi apud ſæculare forum, cùm de crimine capitali agitur, nonnullam inter Doctores controuerſiam patiatur, attamen inter Regulares, qui à pœna ſanguinis abhorrentes, mitioribus ſupplicijs Reos ſuos plectunt, certum omnino, ac indubitatum eſſe debet; quo fit vt Reus legitimè interrogatus, ſi veritatem occultet, in foro pœnitentiæ abſolui nō poſſit: quamdiu Iudicis præcepto inobidiens eſt.

a Clar. q. 55. nu. 6.

b Clar. loc. cit. n. 8. Boſſ. tit. de cōfeſſ. per text. Imol. conſ. 109. Cagnol. in l. ea eſt natura nu. 18. Remig. de immun. Eccleſ. fol. 185.

c Clar.

Rod. q. 19 ar. 2.

D. Tho. 2. 2 q. 69. ar. 1. Cayet. ibid. Henric. quodl. 1. q. 33. Palud. diſtinc. 19. q. 4. Gabr. d. 15. q. 6. art. 2. Sot. de teg. ſec. m. 2. q. 7. Nau. c. 25. n. 53. Couar. qq. pract. q. 23. Gomez to. 3. c. 12. n. 5.

De Tortura Reorum, & ijs, quæ in ea obſeruanda ſunt. Cap. XXXVI.

CVM ex ciuili, & canonico iure tormentorum vſus in iudicialium probationum ſubſidium ritè, ac legitimè introductus fuerit, vt eo & improbi homines à ſceleribus deterreantur, & integra criminum veritas, quæ ſponte interdum in iudicium pro-

dire

dire renuit, velut inuita è facinoroſorum ore erumperet: vt ex communi aliorum ſententia docent Iulius [a] Clarus, Couarruuias, Simancas, Paz, & alij. Hinc optimo iure in noſtro procedendi modo ſtatutum eſt, vt ſi Reus in negatione criminis perſiſtat, arctetur, & torturæ ſubijciatur, quod & in cæteris Regularium foris communi iudiciorum praxi receptum eſt.

Itaque vt in re grauiſſima noſtri Iudices ea, qua debent, prudentia, ac circumſpectione incedant, quædam illis obſeruanda ſunt. Primùm, torturam nulli vnquam inferendam eſſe, cùm delicti veritas, ac probatio alio modo, quã per eam à Iudice haberi poteſt: quæ vniuerſalis eſt Regula omnium fere Canoniſtarum iudicio probata: cùm enim tortura in probationis iudiciariæ defectum, ac ſubſidium tantummodò inſtituta fuerit, extremumque remedium ſit, quo Iudices ad eruendam criminis veritatem vti debent: planè perſpicuum eſt, ſi delictum ſecùs quàm per torturam probari poſſet, ab ea abſtinendũ eſſe, vt diſſertè probant [b] Angelus, Boerius, Panormitanus, Nauarrus, Clarus, Miranda, Incisa, & alij; quibus addit Paz [c] in ſua praxi, quòd præter mortalem culpam, quam Iudex contraheret, Reum ſic torquendo, ad damna quoque & ad intereſſe teneretur.

Hinc liquidò patet, ſi Reus per Cõteſtes ſit criminis conuictus, vel crimen ſit publicum, & notorium, tametſi neget, torqueri non poſſe, quicquid aduersùs communem Baldus [d] ſentiat.

Secundò obſeruandum eſt, torturam in quolibet crimine paſſim irrogandam non eſſe: ſed duntaxat in grauibus delictis, quæ pœna corporali plecti debent. Si quidem tam à iure, quàm à ratione diſſentaneum eſt, vt tormenta pœnã delicto infligendam excedant, quam ſententiam ab omnibus ſine diſcrimine teneri affirmat Mirãda [e], ex Gomezio, & Aretinus. Hinc colligimus apud Regulares ea tantũ crimina tormentis eſſe obnoxia, quæ vel flagellatione, vel carcere, vel potus, ac cibi detractione, vel alijs corporis afflictionibus puniuntur.

Tertiò, tormenta Reis adhiberi non poſſe, niſi ſemiplena ſaltem delicti probatio, vel indicia grauia ſemiplenæ

a Clar. q. 64. n. 6 Couar. pract. qq. q. 23. Simanc. de Cath. inſt. cap. 65. Paz in praxi to. 1 p. 5. c. 3. §. 12. Gomez to. 3 var. reſ. c. 13.

b Angel. in l. fin. C. de quęſt. Boer. deci. 363. n. 1. Panormi. in c. cum in cõtemp q. 2 Reg. ĩ Nau. c. 18. n. 59 Clar. q. 64. n. 8 Mirand q. 27. ar 4. Inciſ. tract. 9. c. 20.

c Paz to 1. p. 5. c. 3. §. 12. n. 32.

d Bald. in l. obſeruare C. quor. app. non recip.

e Mirand. ord iud. q. 27. art. 2. Gomez. in var. r. 3. c. 13 nu. 2. Aret. pract. de Reis c. 6. Leſſ. de iuſt. & iur l 2. c. 29. dub. 17

pro-

probationi æquipollentia, ac legitimè probata ex proceſſu conſtent, quæ eſt certiſſima omnium Canoniſtarū, ac Theologorum aſſertio, quam tradunt Clarus [a], Gomez, Miranda, Inciſa, Aretinus, Leſſius, & reliqui. Ea verò ſemiplena probatio cenſetur iuxta gloſſam in l. 3. C. ad legem Iuliam Maieſt. Bartolum [b], Panormitanum, & reliquos, quæ fit per dictum vnius teſtis ſingularis omni exceptione maioris aſſerentis delictum de viſu.

Quænam autem indicia grauia, ac legitimè probata dici debeant, fusè ſuperius declarauimus, quo fit, vt tam leuia indicia, quàm ſolam infamiam (quam inter leuia indicia collocauimus) ab illorum indiciorum numero expellenda cenſeamus, quæ ad infligendam torturam ſufficiunt: quod in noſtro Regulari foro obſeruandū eſſe noſter quoq; procedendi modus non obſcurè præſcribit.

Quartò, Reo ante torturam copiam indiciorum, quæ contra ipſum ex proceſſu reſultant, vnà cum termino ad ſuas defenſiones præſtandas, dandam eſſe, vt ſe à tormentis vendicet: quæ aſſertio tanquàm à iure [c] naturali, ac Pontificio manans, apud Doctores eſt communiſſima, quam defendunt Bartolus [d], Clarus, Boſſius, Follerius, Marſilius, Carrerius, Nauarrus, Salzedo, Peguera, & alij. Eadem quoque à noſtro procedendi modo ſequenda præſcribitur. Cùm enim defenſiones Reo cuilibet iure ipſo naturali debeantur, vt multis probat Farinacius [e], qua ratione copia capitulorum, ex quibus delictum in iudicio conſtat, ipſi denegari poteſt, cùm ipſis ſublatis, ipſa quoque defenſio Reo ſubtrahatur? vt optimè probat Ludouicus Peguera [f] in ſua practica.

Quintò, Torturam, quæ ſemel Reo ſufficienter iuxta qualitatem indiciorum adhibita fuit, iterum à Iudice repeti non poſſe, niſi noua indicia ſuperueniant, ob quæ iterum ſit torquendus, iuxta communem ſententiam traditam à Dyno [g], Alberico, Claro, Boſſio, & alijs. Etenim ſi Reus leuiter, vel non ſufficienter tortus fuiſſet, iterum torturæ ſubijci poſſet. Torturæ autem ſufficientia regulariter tum ex delicti grauitate, tum ex indiciorum numero, & magnitudine colligenda eſt: ſiquidem grauior, ac diuturnior

a L. ex liber ff. de quæſtion. Clar l. 5 q. 21. n. 2 Gomez. c. 13. n. 7. Mir. q. 27. ar. 6. Inciſ. tract. 9. cap 20. Aretin. pract. c. 7. Leſſ. de iu. & iur. l 2. c. 29. dub. 47.

b Bart. in l. 1. §. 2. & l. maritus, & l. penul. ff. de quæſt. Panor. in c. 1. de confeſſis, & in c. 1, de teſtib.

c Clem. Paſtoralis de ſent. & re iudic. c. qualiter, & quando 2. extra de accuſat.

d Bart. l 1. §. fi. 3. ff. de quæſt. Clar q 64. & q. 48. & 49. Boſſ. de indic. n. 79. Foler prac. fol. 268. Marſ. §. nunc videndū. Carrer. §. circa ſecundum n. 7. Nau. l 5. Cōſil. ti. de accuſ. cōſ. 8. n 2. & 3. Salzedo in pract. c. 126. Peguer de proceſ. c. 12.

e Farin. de indic. & tor q. 39. n. 1 & n. 18.

f Lud. Peguera vbi ſupra.

g Dinus in l. Repetit ff. de quæſt. Alber. in rub C. de quæſ. n. 8. Clar. q. 64. v vlt. Boſſ. tit. de teſt. n. 42.

torturâ publicis, & atrocibus criminibus, & vbi indicia grauiora ſunt, quàm priuatis debetur, præſertim cùm indicia adeò vrgentia non ſunt: verum omnia Iudicis arbitrio, ac prudentiæ relinquenda ſunt, qui maturè iudicare debet, quænam indicia magis, vel minus vrgeant, quis tormentis ſubijciendus ſit, & quodnam torturæ genus Reis adhiberi oporteat. Caueat tñ Iudex ne prætextu arbitrij ad torturã abſque ſufficientibus indicijs procedat: vel in Reis torquendis plus æquo ſe ſe efferat. Arbitrium enim iudicis indicij defectum non ſupplet, vbi vel nullum, vel non ſufficiens eſt indicium: & facti quæſtio in arbitrio iudicantis eſt, & nõ iuris auctoritas, vt ex ipſo iure conſtat [a], & disertè probat Farinacius [b] de indicijs, & tortura, vbi quamplurimos Doctores in huiuſmodi iuris probationem citat.

Denique ſciat Iudex confeſſionem in tormentis factam ex l. penultima ff. de queſt. non præcedentibus indicijs, eſſe nullam: etiam ſi extra locum torturę ratificetur: neque enim confeſſio; quæ per vim, & iniuriam extracta fuit, vnquam legitima eſſe poteſt: vt probat Leſſius [c].

Sextò, non omnibus paſſim torturam inferri poſſe, aut debere, nam præter illos, qui iure prohibentur torqueri, vt ſunt impuberes, Senes, Mulieres prægnantes, Puerperæ, viri illuſtres, ſiue in dignitate conſtituti, eorumque Filij, Doctores, eorumque liberi, & Milites: vt ex ipſo iure [d] conſtat: nulli dubium eſt, nonnullos quoque inter Regulares à tormentis exipiendos eſſe, quales ſunt viri graues, & in Religione inſignes, quorum fama plurimùm Religioni confert, Item Senes, qui ſexageſimum annum attingunt, Superiores, quoque, & aliqua dignitate præditi, quamdiu ea dignitate, aut ſuperioritate fruuntur. His enim eadem quoque iuris priuilegia ſuffragari debent quæ viros illuſtres, Doctores, ac Senes apud ſæculare forũ comitari ſolent Hæc tamen cùm Iudicis potiſſimùm prudẽtiæ perpendẽda relinquantur, de ijs nihil fixum, ac certum deffiniri poteſt.

Qui verò torquendi ſunt, præſertim tormento violento, non ſtatim poſt cibũ, ſed poſt multas horas à cibo ſumpto, tormentis ſubijci debent, ita vt meritò credi poſſit, eos prægustatum cibum iam digeſſiſſe: vt cõmuni praxi obſeruatur.

a L. ordine §. 1. ff. ad munici p.

b Farin. de iudic. & tort. q. 37. nu. 71. 72. & 73.

c Leſſ. de iuſt. & iur. l. 2. c. 29. dub. 17.

d Tex. in l. 1. §. impubes ff. ad Syllen. tex. in l. 3 §. ignoſcitur ff. ad Syllen l. nullus C. ad leg. Iul. Maieſt. l. milites C. de quæſt.

Poſtremò obſeruandum eſt. Torturam apud Regulares mitiorē, quàm apud ſæculare forū eſſe debere: neq; omnia tormentorum genera in foro Regularium vſurpanda fore, quæ in ſæculari foro vt plurimùm adhiberi ſolent, vt Doctores,[a] paſſim affirmant. Quapropter ijs tantùm tormentorum generibus nobis vtendum eſt, quæ Religioſos viros decent, quæque in qualibet Religione vſu, ac conſuetudine ſunt recepta: vt monet Clarus[b]. Idcirco ab ignis, taxillorum, vigiliæ, ouorum, capræ, tormentis, atque alijs, quæ ſęuitiam redolent, iudici Regularium ſatius eſt abſtinere cùm ea apud ſæculare forum in maximis tantùm ſceleribus Reis adhiberi ſoleant. Porrò quod ad nos attinet grauiſſimè in noſtro procedendi modo ſtatutum eſt, vt pro indiciorum purgatione ad Iudicis arbitrium paſſim non adhibeantur niſi carcer, compedes, manicæ ferreæ, cibi, & potus ſubtractio, flagellatio virgis, aut diſciplina. Superioris, aut alterius de mandato Superioris manu facta. Quòd ſi criminis atrocitas, ac indiciorum grauitas ferant, vt fune, vel alijs præter enarrata, extraordinarijs tormentorum generibus vtendum ſit, nulli ea vſurpare liceat, niſi prius Admodum Reuerendum Patrem Generalem Miniſtrum conſuluerit, ac ſingulare ipſius mandatum acceperit. In his tamen iudici cauendum eſt, nè modum excedat, aut ſæuiùs, quàm par eſt corporalia præſertim tormenta Reis adhibeat, vt grauiſſimè à Patribus ſtatutum eſt, nè in excōmunicationis ſententiam incidant, quæ habetur in c. cùm beatus diſt. 45.

Denique ex ipſo iuris, & Doctorum conſenſu iudici certum ſit, Rei confeſſionem in tormentis factam ad condemnationem non valere, niſi eam ſequenti die, extra locum torturæ, ac libero loco vinculis ſolutus ratificet: vt notant Clarus[c], & Charterius. Quòd ſi Reus ſufficienter tortus in criminis negatione perſiſtat, indicia purgaſſe cenſetur, ac proinde iudicis ſententia a crimine debet abſolui, vt communi omnium praxi, teſte Claro[d], obſeruatur.

a Abb. in c. 1. extra depoſit. Boſſ. tit. de indic. num. 103. Diaz in pract. num. 117.

b Clar. in Prac. §. fin. q. 64. verſ. Item debet.

c Clar. §. fin. q. 64. ver. & circa Bart. l, 4. c. 1. nu. 140.

d Clar. ibid. v. illata Res. tortura.

De

De Defenſionibus, ac Defenſionum termino Reo ante condemnationem exhibendis. *Cap. XXXVII.*

QVOD ſacro, & inuiolabili, tum naturæ [a], tum eccleſiaſticarum ſanctionum iure conſtitutum eſt, nimirum vt Reo ante condemnationem terminus ſtatuatur, in quo is defenſiones ſuas agere, & obiecta crimina, ac criminum indicia diluere valeat: planè id quoque apud Regulares, atque eò maiori Religione ſeruari æquum eſt, quò ij perfectiùs ad vtriuſque iuris obſeruantiam anhelant.

Quamobrem etſi in noſtro Regulari foro, in quo ſummariè, & de plano, ſola rei veritate inſpecta, & citra omnem iudicij ſtrepitum cauſæ peraguntur, Procuratoris, & Aduocati nomina, ac officia, velut à religioſis iudicijs diſſentanea minimè probentur: Conſiliarium tamen cuilibet Reo in ſua cauſa dari, cuius ductu, ac conſilio legitimas ſuas defenſiones proſequatur: iampridem noſtro procedendi modo ſancitum eſt, dummodò illum Reus intra Ordinem, ac Prouinciam eligat: nè vel extra Ordinem Religionis ſecreta pandi, vel ſuperfluas, ac etiam fraudulentas dilationes à Reis quæri contingat. Qui verò extra Ordinem aliquē pro conſilio in criminalibus adierint pœna conuicti, ſeu confeſſi ex Patrum noſtrorum lege, ac præſcripto puniri debēt.

Reo igitur, vel ante torturā, ſi ea adhibenda fuerit, vt ſe ab ea vexatione redimat, vel poſt torturam, atque etiam poſt delicti confeſſionem antequàm condemnetur, Indiciorum copia ex dictis teſtium ſummariè extracta, & legitimus ad ſuas defenſiones præſtandas terminus concedenda ſunt, nè (quod omnia iura abhorrent) indefenſus condemnetur.

In his tamen iuxta probatiſſimam grauiſſimorum [b] Doctorum ſententiam, & ordinis noſtri ſtatutum, teſtium nomina Reo publicari non debent, nè in Religione, quæ pacis domicilium eſt, graues inimicitiæ concitentur, quæ ani-

a Cap Paſtoralis §. cæterũ in clē. cap. qualiter, & quādo 2. extra de accuſ. Farin. q. 39 num. 18.

b Hoſtienſis apud Mirand. Gutterrez l. 1. pract. qq. q. 96. n. 4. Paz t. 1. p. 1. n. 170. Mirand. ord. iud. q. 14. ar. 7. Ioſeph de Santa Maria in Trib. Reli. trac. 4. c. 19.

morum tranquillitatem impediant, niſi grauiſſima cauſa vrgeat, in qua niſi teſtium nomina publicentur, Rei cauſa periclitatur: tunc enim Iudicis arbitrio relinquitur, an ipſa quoque teſtium nomina, Reo præſente declaranda ſint, quam ſententiam ipſi quoque Patres de obſeruantia nuncupati in ſuis Conſtitutionibus [a] Valliſoletanis anni 1503. & Patres Diſcalceati in ſuis Toletanis [b] lege lata proſequuti ſũt. Cùm verò teſtium nomina Reo aperienda ſunt, curet Iudex, vt ea ſeorſum ab eorum depoſitionibus dentur.

[a] Conſtit. Valliſol. ti. de corr. & appell. § pacem

[b] Conſtit. Tol. anni 1583.

Cæterùm terminus Reorum defenſioni Iudicis arbitrio præſtituẽdus relinquitur, qui cauſæ grauitate, ac indiciorum multiplicitate ſpectatis, ampliorem, vel breuiorem præfigere poterit.

Exceptiones, quæ à Reo, vel aduersùs teſtes, vel Accuſatorem, vel Iudicem ipſum offeruntur, accuratè à Iudice examinari debent, etſi legitimæ fuerint, ac iuſtis rationibus ſuffultæ admitti, Quid verò Iudex agere debeat, ſi exceptio vel de nullitate proceſſus, vel de ſuſpicione, aut altero titulo aduersùs ipſum oblata fuerit, inferiùs explicabitur, vbi de Iudicis recuſatione agemus.

Porrò illud exceptionis genus, quo Rei ad dicta Accuſatoris, vel teſtium labefactanda aduersùs Accuſatorem, vel teſtes, interdum vti ſolent, dum occulta eorum crimina detegunt: licet apud ſæculare forum tolerabile ſit, præſertim cùm de pęna capitali agitur: & alius redimendæ vexationis modus nõ ſupereſt: Regularibus tamen, qui perfectiori via incedunt: ac pœna ſanguinis ſunt immunes, minùs accõmodatum videtur.

Si quidem Reus inter Regulares, vel de obiecto crimine ſibi ipſi eſt conſcius, vel à crimine liber. Si conſcius, cur ad veras criminationes, & teſtimonia infirmanda iniquis recriminationibus vtitur? Cùm enim Iudici legitimè ipsũ interroganti ſub æternæ damnationis vinculo crimen aperire teneatur, an non iniquè tum Accuſatorem, tùm teſtes recriminatur, cùm occulta eorum crimina detegit, & iuſtã vexationem, quam ob patratum ſcelus meretur iniuſta aliorum vexatione redimit? Cur non potiùs vltro delictũ probato Religioſorum more fatetur, vt ſalutares, ac proficuas

illius

illius hic pœnas luat, quàm improbata alijs crimina impingere, quibus ſe æternis ſupplicijs obnoxium reddat? Cæterum ſi à crimine eſt liber: id cumprimis cauere debet, ne dum iniuſtè aliorum famam crimina occulta detegendo lædit, atque hoc pacto à ſcelere immunis videri cupit, alieno ſe ſcelere inuoluat.

Atque hæc quidem ijs dicta ſint, qui vera tametſi occulta teſtium, vel Accuſatoris crimina in iudicio ad ſui defenſionem pandunt. Qui enim falsa Accuſatori, vel teſtibus crimina imponunt, Religioſum profectò nomen, ac animum ſe exuiſſe demonſtrant, ac manifeſtè mortifero ſe peccato obſtringunt.

Neque tamen ignoro ex doctrina D. [a] Thomæ, & aliorum, cuique Reo ad iuſtam ſui defenſionem licere legitimas aduersùs Accuſatorem, & Teſtes exceptiones opponere, cùm iure naturæ cuiquè acquiſitum ſit, vt ſeipſum iuſto cũ moderamine tueatur. Illud tamen in Regularibus præſertim damnatur, quòd cùm vel occulta illorum crimina detegant, vel falſa imponant, quòd ab omni tum naturali, tum diuino iure diſſentaneum eſt, eo ſe iuſte tueri putent.

Teſtes qui à Reo in ſui defenſionem audiendi exhibentur, diligenter à Iudice examinari debent, num aliquid in Rei defenſionem affirment, vel negent: cùm verò negant, num ſuper negatiua ſimplici, & improbabili deponant, vtſi dicant nullo modo delictum huiuſmodi à Reo commiſſum fuiſſe: neque vllam cauſam negationis afferant: vel ſuper negatiua loco, tempore, vel perſona coarctata teſtentur; velut ſi negent delictum tali loco, tali tempore, à tali perſona minimè patrari potuiſſe, & cauſam negationis, & huiuſmodi circunſtantiarum probationem ferant. Priores enim nihil probãt [b], quin potiùs de falſo ſunt ſuſpecti. Poſteriores verò ſi rationes probabiles adducant, magis, vel minùs iuxta ipſarum rationum probabilitatem Iudicis arbitrio iudicandam probant, vt Gloſſa [c], Simancas, & Clarus affirmant.

Deniq; quæcunque Reus in ſui defenſionem profert, aut petit benignè à Iudice excipiantur, etſi iuſta ſunt concedantur: etenim apud Iudicẽ cauſa Rei fauorabilior eſſe debet,

quàm

a D.Tho.q.69. ar.2.Sot.l.5.de iuſt. & iure q. 7. ar. 3.

b Gloſſ. in c. bonę 1.v.per rerum naturam de elect. Paris in c quoniam contra n. 8. de prob

c. Gloſſ in § ſi vero abſunt v. & vidiſſe in Autẽch. de Hęred. & Falcid. coll.1.Simanc. de hęre.c.:6 n. 4.Clar. q. 52. v. ſcias autem.

quàm Actoris [a], vt habetur in iure: & ipſi Rei pręſertim apud Regulares tanquam oues ægrotantes ſuauiter à Iudice ſunt tractandi, ne vel propter Iudicis ſeueritatem nimia triſtitia abſorbeantur, vel ob imminentia ſupplicia in deſperationem ruant.

a L. fauorabiliores ff. de Re. iur.

De Conuictis, & Confeſsis, & vnde tales probentur. Cap. XXXVIII.

DVO ſunt, quæ iuſtam Rei condemnationem, ac Iudicis ſententiam in iudicio debent præcedere, vnum Rei per plenas, ac legitimas probationes conuictio: alterum iudicialis confeſſio delicti ab eodem coram Iudice probata, de quibus in hoc capite agendum eſt.

Quod ad primum attinet conſtans omnium iurium, ac iuris peritorum conſenſus eſt Reum plena duntaxat delicti probatione conuictum appellari, vt alio loco probauimus, quo principio tanquàm certo, atq; inter Doctores indubitato à nobis ſuppoſito: id tantùm explicandum ſupereſt, quænã plena delicti probatio cenſenda ſit, ex qua quis in iudicio conuictus dici debeat.

Pleraque igitur eſſe probationum genera, quibus crimen plenè contra Reum probari poſſit, tum ex Doctoribus, tum ex ipſa iudiciorũ praxi perſpectum eſt. Primùm eſt, cùm delictum probatur per teſtes conteſtes, ac omni exceptione maiores, vt conſtat ex iure [b], & ex doctrina D. Thomæ [c], & aliorum, cui nemo refragatur, aliàs demonſtrauimus, cùm de teſtibus conteſtibus ageremus.

Secundum per indicia indubitata, ac violentas præſumptiones, quæ duobus ſaltẽ teſtibus omni exceptione maioribus probari debent, vti ſuperiùs explicatum fuit.

Tertium per inſtrumenta, ſchedulas, aut litteras, quæ delictum continent, quando hæc à Reo, vt propria agnoſcũtur, vt aliàs dictum fuit: quæ tria habentur expreſsè in l. ſciant cuncti C. de Probat.

b C. quod vero 2. q. 5. c. in omni negotio de teſtam. c. cum eſſes, & c. Relatum de teſtam.

c D. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 2.

Quar-

Quartum per argumenta, vt notat Baldus [a], quæ clara, ac manifeſta eſſe debent: itaut animus abſq; dubitatione ijs acquieſcat, nec de commiſſo delicto dubitet. Hoc tamen probationis genus vix ab indicijs violentis, & indubitatis decernitur.

Poſtremum per euidentiam facti, aut depræhenſionem in flagranti crimine, vbi Iudex cum alijs eſt præſens: ſi quidem in eo caſu nullæ teſtium probationes requiruntur: vt declarat Boſſius [b], ſed ſola euidentia facti cum præſentia Iudicis ad condemnandum ſufficit: ſecùs eſt, ſi Iudex non ſit præſens: nam etſi crimen coram populo patretur, illud tamen notorium facti debet ante condemnationem per legitimos teſtes probari; vt idem Boſſius [c] affirmat.

Plena itaque delicti probatione exiſtente Reus conuictus dicitur. At verò non ſimulatq; plena criminis probatio ex proceſſu apparet, Reus conuictus dici poteſt, ſed Rei defenſiones expectandæ ſunt, in quibus ſi nihil, aut leuia duntaxat contra teſtes, vel indicia oppoſuerit, arbitrio Iudicis poterit conuictus iudicari, ſi verò ita teſtium dicta labefactauerit, vel indicia minuerit, vt plenam probationē abſtulerit cum eo ſimul, & conuicti nomen eradit, quinimò ita proceſſum infirmare poteſt, vt omnino Rei nomen aboleat.

Denique Reus nunquam de crimine perfectè conuictus cenſetur, quamdiu ipſius cauſa in iudicio pendet, necdum Iudicis ſententia concluditur. Cùm enim Reo vſque ad ſententiam ſemper liberum ſit nouas defenſiones producere, quibus teſtium, ac indiciorum probationes elidat: hinc perſpicuum eſt, Reum tunc tantummodò conuictum nuncupari, cùm ipſius cauſa Iudicis ſententia terminatur.

Neque enim neceſſe eſt ad Reum Iudicis ſententia condemnandum, quòd Reus ipſe delictum fateatur. Etenim ad Rei condemnationem ſufficit, vt, delicto plenè probato, Reus legitimis probationibus ſit conuictus.

Id tamen inter Reum Conuictum, & Confeſſum intereſt, quòd Conuictus a Iudicis ſententia appellare poteſt, Confeſſus verò niſi Confeſſionem per errorem factam eſſe probauerit, appellationis poſt ſententiam beneficio non po-

titur,

a Bald in l ſc i ās cūcti Not. 1.

b Boſſ. ti. quō. proc. in crim. not. n. 7. & 8.

c Boſſ. loc. cit.

titur, vt manifeſtum eſt ex Textu in cap. Romana §. ſi autē de appell. in 6. quod confirmant Baldus [a], Carrerius, & alij.

Iam verò quòd ad Confeſſos ſpectat, non omnes qui delictum confitentur, ſtatim confeſſi appellari debent, ſed hi duntaxat, qui ob propriam criminis confeſſionem à iudice condemnari queunt. Quamobrem inter varias Reorum confeſſiones diſtinguendum eſt. Quædam enim eſt Confeſſio extraiudicialis, qua Reus extraiudicium coram multis, vel etiam coram iudice competente, ſed non iudicialiter, aut coram iudice incompetenti crimen confitetur, quæ confeſſiones licet ad Reum torquendum valeant, ad illius tamen condemnattionem non ſufficiunt, vt aliàs dictum eſt. Alia eſt confeſſio à Reo in tormentis facta, quæ nec dū ad Reum condemnandum valet, niſi poſtera die extra torturæ locum rata ab ipſo habeatur. Alia quoque Rei confeſſio eſt, non expreſſa, ſed à iure præſumpta, quæ per contumaciam fit. Quoties enim Reus aufugit è carceribus, aut in ius vocatus venire recuſat, pro interrogato, ac confeſſo habetur l. eius qui delatorem ff. de iure fiſci. l. qui ad certum ff. locati, & l. ſingulare ff. ſi cert. pet. Hæc tamen confeſſio, purgata à Reo contumacia, aut fugæ reddita ratione tollitur.

Vera igitur confeſſio, qua Rei confeſſi dicuntur, quæq; ad eos condemnandos ſufficit, ea eſt, quæ in iudicio à Reo ſano. ac recto iudicio prædito coram Iudice competenti fit, de qua dubitari non poteſt, quòd vi, metuſue cauſa fuerit. Sic l. 1. § ſi quis non metu ff. ad Syllen. & §. ſi tibi manus loco citato. Hinc illa confeſſio Rei, licèt ſpontanea, quæ vel tædio vitæ, vel deſperationis cauſa fit, ad Reū condemnandum infirma eſt, vt monet Gloſſa in c. ex litteris de Diuortijs. Quapropter Iudex adhuc terminum ad ſuas defenſiones peragendas huiuſmodi Reo debet præſcribere, iuxta Thomam [b] Grammaticum, & Alexandrum.

Cæterum ſpontanea Rei confeſſio id illi confert, vt non iuxta totum legis rigorem, ſed mitiùs puniri debeat, ſecundùm communem ſententiam, quam probant Simancas [c], & Berrus, niſi prius delictum negauerit, & deinde ſe conui-

ctum

[a] ald. in l. vni ol. c. v. ſeq. , & videre e confeſſis. rer. ibi fol. 1. 7.

[b] Grammat. ſu r Conſt. reg. ap. fol. 23. n. & l. 1. §. ſi q. ro ff. de q. ex. conſ. 66.

[c] Simanc. de ret. c. 55 n. 6. tr. in c. Aff eri ci de ind. 88.

ctum cernens, ac probationibus ſuperatum, vel tormentis ad actum illud faſſus fuerit: tunc enim nec pœnitens, nec ſponte delictum confeſſus præſumitur.

Veruntamen quamuis adſit ſpontanea confeſſio rei, ſi de delicto non conſtat, is condemnari non poteſt, veluti ſi iudici non conſtet de Homine occiſo, niſi ex confeſſione ipſius Rei, non poteſt Reus ex ſola ſua Confeſſione condemnari ex textu in l. 1. §. item illud ff. ad Syllenus, & probant Marſilius [a], Boſſius, Clarus, & alij, niſi ſaltem ex fama probatum ſit, Hominem illum non inueniri, & aliqua Homicidij ſigna, vel Indicia detegantur, & idem de ſimilibus ſentiendum: imò niſi priùs de corpore delicti conſtet, iudex contra infamatum, vel indiciatum non poteſt procedere, vt alibi probatum fuit.

Denique id inter Confeſſum, & conuictum diſcriminis intercedit, quòd conuictus, & non confeſſus ſuis defenſionibus renunciare non poteſt, & ſi renunciet, renunciatio valida non eſt, vt ex iure [b], & Doctoribus perſpicuum eſt, quod in communi praxi ſeruari teſtantur Duenas [c], Clarus, & Farinacius. At confeſſus ſuæ defenſioni renunciare valet, iuxta Baldum [d]. ſponte enim confeſſus præſumitur, nullam habere defenſionem, aut excuſationẽ delicti

a Marſ. in §. poſtquam n. 48 Boſſ. tit de delicto conc. 1. & 2. Clar. q 55. v. poteſt etiam.
b Arg. tex. in l. non tantum, & ibi gl. in ver. acquieſcit ff de appel. & Gloſ. in l. pactũ int. Hęredes v. cum liceat.
c Duẽ. reg 190. lim. 4. Clar §. fin. q. 49. ver. quæro nunc Farin. de indic. & tort. q 39 n 51.
d Bal in l. accuſationis col. 1. C. de accuſat.

De condemnatione, vel abſolutione reorum, & ſententia iudicis. Cap. XXXIX.

REVS vbi vel legitimis probationibus conuictus, aut ſponte delictum confeſſus fuerit: vel euacuatis teſtium dictis, ac exterſis per torturam indicijs à crimine ſeipſum purgauerit, vltimus cauſæ terminus abſoluendus erit, nimirum vt is per iudicis ſententiam aut condemnetur, aut abſoluatur. Si quidem enim ex iuris præſcripto ſaltem ad pœnam ordinariam condemnari nemo poteſt, niſi ſit conuictus, aut confeſſus [e] ita lege ſancitum eſt, vt Actore non probante, vel legiti-

e 2. q. 1 cap. 1. & 2.

mis probationibus deficientibus Reus abſoluatur l. qui accuſare C. de edend. quam probant Iaſon in l. non eſt nouū nu. 5. C. de edend.

Nonnulla tamen in Reorum tam condemnatione, quam abſolutione iudici obſeruanda erunt. Primum, vt ante quàm ad Reum conuictum, aut confeſſum condemnandū accedat, eidem aliquod temporis ſpatium ad ſuas defenſiones peragendas conſtituat, quo elapſo, ſi nihil aduersùs legitimas criminis probationes momenti afferat, condemnetur, vt communi praxi receptum eſſe tradunt Boſſius [a], Salycetus, & Antonius Gomez.

[a] Boſſ. tit. de confeſſ. n. 2. Salyc. in l. 2. n. 7. C. de cuſtod. Reor. Ant. Gō. c. 12. n. 3.

Secundum quòd cùm de grauiſſimis delictis agitur, Reus iuxta Regulam in noſtro procedendi modo ſtatutam, inconſulto Admodum Reuerendo P. Generali non damnetur: cùm enim de grauiſſima pœna res ſit, quæ Reo ob grauiſſimum crimen eſt infligenda: æquum eſt, vt ea ſupremo iudici taxanda reſeruetur: vt in ea ſi quid addendum, aut minuendum pro varia rerum, aut temporum exigentia illi viſum fuerit, ſuo arbitrio decernat.

Tertium, iudex tam in condemnatione, quàm in abſolutione Reorum maturo conſilio debet procedere, proceſſum diligenter proprijs conſilijs inſpicere, teſtes conſiderare, indicia perpendere, cuncta rimari, & nihil ex neceſſarijs prætermittere, nè quid iniuſtè, aut præter iuris ordinē fiat, vt habetur c. Summoperè 1. q. 3. veritas enim ſæpiùs cogitata magis ſplendeſcit. Idcirco cùm apud nos vel ad Generales, vel ad Prouinciales Miniſtros, aut eorum Delegatos ſpectet Reorum cauſas terminare, peritorum, ac præſertim Diffinitorum cuiuslibet Prouinciæ, ſi Prouinciales fuerint: ſi vero Generales Prouinciali Miniſtro, ac etiam Generalis capituli Diffinitore, vbi illum in aliqua Prouincia offenderint, ijs adiuncto, ſibi conſilium adhibeant, vt Reorum condemnatio, vel Abſolutio multorum conſilio maturiùs fiat, vt minùs aliorum conſilijs obnoxia eſſe poſſit: vt iam omnium fere Religionū vſu, ac lege receptū eſt.

Quartò animaduertat Iudex, nè in Reo condemnando, aut abſoluendo proceſſus limites excedat, ſed duntaxat iuxta ea, quæ in proceſſu allegata, & probata ſunt, con-

demna-

Digitized by Google

demnatoriam, aut abſolutoriam ſententiã ferat: vt omniũ fere Doctorum [a] conſenſu firmatum eſt. Sententia enim, quæ ex actis nõ iuſtificatur, dicitur iniuſta, vt notat Cæſar [b] de Graſſis, & cùm in ea iuris ordo neceſſarius, & ſubſtantialis non ſeruatur, non ſolùm iniuſta, ſed etiam inualida redditur, vt conſtat ex cap. vxor 17. q. 4. Quamobrem Iudex, qui aliquem obiecti criminis ex certa ſcientia innocentem eſſe nouit, eo quòd alium ſceleris patratorem eſſe proprijs oculis aſpexerit: ſi crimen ex proceſſu conſtet, certum eſt eum à delicto abſoluere non poſſe: vt vniuerſi penè Theologi docent. An verò illum ex deductis in proceſſu condemnare teneatur, D. Thomas [c], ac illius Diſcipuli, alijq; Theologi, ac Canoniſtæ affirmant, inter quos eſt Couarruuias [d], qui pleroſq; alios in hãc ſententiam citat. Alij verò negant, in quibus eſt Leſſius [e], qui nonnullos huius ſententiæ Doctores affert, & fusè illam probat.

Id tamen in hac re certum eſt, iudici omnes vias, ac rationes tentandas eſſe, quibus condemnatoriam ſaltem ſententiam non ferat in innocentem.

Quintò, quanquam apud ſæculare forum plures iuris ſolemnitates in ſententijs ferendis neceſſariò ſeruari debeant, ſine quibus ipſa iudicis ſententia nulla declaratur: quales ſunt, quod partes ante condemnatoriam, aut abſolutoriã ſententiam citentur, quòd Iudex pro tribunali ſedeat: quòd nocte, & diebus feriatis ſententia non feratur, & alia huiuſmodi attamen inter Regulares, qui ſummario tantùm iudicio procedunt abſque diſcrimine omitti poſſunt: quo fit, vt abſente parte, noctu, qualibet etiam die feriata, ac feſtiua ſententia a Iudice ferri poſſit: neque opus eſt Reum ſententiæ acquieſcere, aut eidem ſe ſubſcribere: cùm enim ſententia iuſta præſumitur, Reus eam acceptare, atque executioni mãdare tenetur, vt paſſim Doctores omnes affirmãt [f] cum D. Thoma. Id tamen obſeruari debet, vt in ſcriptis feratur: tum iudicis ſubſcriptione, ac ſigillo firmetur, demũ Notarij, ac Diffinitorum chirographo muniatur.

Sextò iudici in iudicando à nimia iuris ſubtilitate abſtinẽdum eſt, quæ quandoque legibus eſt odioſa, vt extat in c. Hi etenim diſt. 49. Fit enim plerunque, vt ſub præſumpta

a Gloſſ. c. quãuis 11 q 3. Abb. c. illa præpoſitio: ũ de accuſa. Couar. l. 1. var. reſ. c. 1 n. 8.
b Cæſar de Graſſ. deciſ. 147. n. 6. & 10.
c D. Tho. 2. 2. q. 67. ar. 2.
d Couarr. l. 1. var. reſ. c. 1. n. 6.
e Leſſ. de iuſt. & Iur. l. 2. c. 29. dub. 10.
f S. Tho. 2. 2. q 69. ar. 4. Cayet. Bannez Aymon ibidẽ Sot. l. 5. de iuſt. & iur q. 6 ar. 4 Valen. t. 3. diſp. 5. q. 13. p. 4. Leſſ. de iuſt. & iur. l. 2. c. 5. dub. 5.

iuris auctoritate temerè intellecta iuſtitia deſeratur, & perniciosè in iudicando erretur. Quarè iudici ſatius erit communem praxim in iudicando amplecti, quæ legitima eſt legum, ac veritatis interpres.

Poſtremò meminerint iudices ſe Dei Miniſtros eſſe, eiuſquè vices in terris gerere, à quo iudicandi munus, ac poteſtatem acceperunt. Idcirco Deum imitari ſtudeant, & tales ſe in iudicando præbeant, quod eorum iudicium è Dei ipſius vultu prodire videatur; non odio, non maleuolentia, non amore, non praua aliqua cupiditate allectc ad iudicandum accedant: ſed omni prorſus humano affectu ſpoliati in id tantùm, quod iuſtum, & æquum eſt oculos defigant, vinum oleo contemperantes, vt noſtris Conſtitutionibus admonentur, vt Reorum vulnera curationem, non exaſperationem accipiant, ſacriquè Tridentini [a] Concilij verba ſæpe animo repetant, quibus ita iudices monet, vt ſe, Subditorum Paſtores, non percuſſores eſſe meminerint. *Quos tamen, inquit; ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent in omni bonitate, & patientia: cùm ſæpe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auctoritas plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm poteſtas. Sinautem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cùm miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt, vt ſine aſperitate diſciplina populis ſalutaris, ac neceſſaria conſeruetur, & qui correcti fuerint, emendentur. Hoc Conciliumgrauiſſimè.*

[a] C T. ſeſſ. 13. 1. de reform.

Porrò qui à Iudice abſoluendi erunt, duplici in diſcrimine verſantur. Quidam enim deplano, ac perfectè propriã innocentiam per teſtium expulſionem, ac indiciorum purgationem ſine tortura probauerunt. Atque hi diffinitiue, ac ſimpliciter à Iudice per ſententiam abſoluendi ſunt, iuxta formulam, quæ in praxi ſubijcitur: quibus quæcunque indicia de nouo ſuperuenientia obeſſe non poſſunt: neque contra illos de eodem crimine Iudex amplius poteſt inquirere, iuxta Clarum [b], Paulum, Mirandam, & Farinacium.

[b] Clar q. 57. v. d hic quæro ... Mir. conſ. ... im. 9. n. 31. ... l. 1. Farin. q. ... nu. 23.

Alij leuia indicia, quæ ex proceſſu aduerſùs ipſos conſtabant,

bant, abſterſerunt, vel etiam vehementia tortura purgarunt: quo fit, vt cum nulla, neque extraordinaria pœna plecti valeant, à Iudice abſoluendi ſint, non quidem abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſtantibus duntaxat ex proceſſu deductis, vt in propria formula explicabitur. Quod ſi noua indicia approbationes poſt ſententiam acceſſerint, ſententia non obſtante aduersùs illos poteſt procedi: vt tradunt [a] Clarus, Farinacius, Iodocus, Innocentius, & alij.

Præter autem condemnatoriam, & abſolutoriam ſententiam, quæ ad diffinitiuæ ſententiæ genus ſpectant, alia quoque ſententia in iudicijs plerumque obuia eſſe ſolet, quæ interlocutoria nuncupatur, atque ea eſt, qua Iudex non ad principale factum definiendum: ſed ad aliquas tantummodo quæſtiones inter principium, & finem cauſæ emergentes terminandas vtitur, quales ſunt de teſte recipiendo, vel recuſando, de dilatione danda, de appellatione à tortura, & ſimilibus quæ principale factum non attingunt, vt apud Iuriſperitos eſt perſpicuum.

a Clar. q. 63. v. forma autẽ Farin. q. 4. n. 26. Iodoc. in pract. crim c. 4. tit. de negat. pat. in tor. Innoc. q. 2.

De Pœnis Reo inferendis, & earum differentia. Cap. XL.

CVM pœnæ ad criminum correptionem, ac morum emendationem à legibus inſtituta ſint quibus homines à vitijs deterreantur, & ſapientiores fiant, ac velut putati palmites, ad meliora prouocentur, vt Sacrorum [b] Canonum inſtituta docent, earum ſanè vſus etiam apud Regulares ſacer eſſe debet, nè Religiones, quæ virtutum Cuſtodes, ac domicilia eſſe ſolent, ſcelerum impunitate ſordeſcant, ac velut ſtultorum vineæ vitiorum vrticis repleantur [c]: præſertim cùm crimina impunita relinquere à graui culpa non vacet.

Nonnulla tamen in his imponendis Iudici accuratè perpendenda ſunt. In primis etſi pœna delicto conformis eſſe debeat, mitiores tamen in Regularium, quàm in Sæcularium foro pęnas ſẽper adhibendas eſſe ea pręſertim ratione, quod

b Diſt. 38. cap. qui ea.

c 23. q. 4. c. eſt iniuſta.

Conc. Brac. c. 3. c. 6. vt a Braccharenſe Conciliũ docet, indignum planè ſit honorabiliora Eccleſiæ membra indignè tractari. Hinc in cauſa illa, quæ coram Deo aduerſus Aaron, & Mariam de crimine murmurationis agitata fuit, cùm Maria lepræ ſupplicio mulctata fuiſſet, Aaronis crimen diſſimulatum fuit, & Dei obiurgationem pœnæ loco accepit, vt eo iudices ad diſcerent, quàm mitiùs, ac ſuauiùs ſacri homines præ vulgaribus corripiendi ſint. Idcirco iudices noſtri cauere debent, ne in pœnis arbitrarijs, vel inſuetis criminibus, quibus pœna impoſita non eſt, vel vbi à iure communi pœnarum qualitas venanda ſit, legum rigorem in Reos noſtros exerceant, vt ex iure ipſo b colligitur.

Cap. quidē nachorũ 18 cleriq; diſt. 6.

Præterea iudex obſeruare debet pœnas Regularibus taxandas ex cuiuslibet Religionis ſtatutis, quæ pro iure gentium apud Regulares habentur, deſumendas eſſe, & vbi pro aliquo ſigulari crimine taxatæ non eſſent, pœna pro delicti grauitate compenſata, ex ſimilibus eſſe venandas. Idcirco quod ad nos ſpectat, cùm pœnę ſingulis criminibus in noſtris inſtructionibus diſtinctè aſſignatæ fuerint: non eſt cur iudices noſtri aliunde eas rimari debeant. At ſicubi fortè contingat crimen aliquod in iudicio agitari, cui propria pœna conſtituta non fuerit, quamquam ijs liberum ſit, eã etiam ex iure communi arbitrari: magis tamen ijs conſultũ eſt: vt pœnarum genera non mutent, neque alias, quæ Religionis conſuetudine, vel ſtatutis minimè comprehendũtur, ſibi adſciſcant: ſed ijs quæ ordinis, ac congregationis noſtræ vſu, vel conſtitutionibus receptæ ſunt, inhærentes, vt noſtro procedendi modo inſinuatur, eaſdem in ſingularibus delictis, variata duntaxat pœnarum grauitate, aut leuitate, retineant.

Pœnæ autem Religionis noſtræ vſu, ac conſuetudine receptæ hæ potiſſimùm eſſe ſolent. Recitatio Pſalmorum, Reſtitutio famæ publicè facta, Excommunicatio, Suſpenſio à diuinis, Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, Priuatio omnium officiorum ordinis, Priuatio actuum omnium legitimorum. Priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, Ieiunium in pane, & aqua, Comeſtio in terra, Delatio baculi in ore Delatio Capuccij probationis, ſeu Caparronis, Flagellatio manu

propria,

Digitized by Google

propria, Flagellatio manu aliena vſque ad ſanguinem, ignis circumcirca Reum accenſio, Cella, ac Monaſterium pro carcere, Compedes, Manicæ ferreæ, Carcer, Pœna talionis, Exilium, poſtremum Expulſio ab ordine.

Pœna vero Triremium, cùm Religioſos viros minimè deceat, neque vnquam à Religione approbata, aut ordinis ſtatutis comprehenſa fuerit, procul à noſtris iudicijs arcenda eſt: cùm enim id ſupplicij genus perditorum hominum ſit, vt teſtis eſt Nauarrus [a], quo non meliores, ſed ſemper deteriores fiunt: illud profectò non exiguas bono Religionis nomini tenebras offundit, quo fit, vt cùm hactenus nulla apud nos conſuetudine receptum ſit, nullo quoque vſu introduci debeat. Videant iudices, quæ in huius pœnæ exprobationem præſertim apud Regulares ſcribunt Diaz [b], Lopez, & Nauarrus.

Illud quoque prætereundum non eſt, Crimina tribus pœnarum generibus puniri poſſe, nimirum ordinaria, extra ordinaria, & arbitraria pœna iuxta cuiuslibet delicti grauitatem, aut probationum menſuram. Ordinaria pœna ijs criminibus debetur, quæ plenè in iudicio probata, pœnam à lege, vel ſtatuto taxatam merentur: vt ſi quis furti conuictus fuerit, ordinaria apud nos flagellationis pœna punitur.

Extraordinaria verò ij pœna plectuntur, quibus ex circunſtantia crimen vel aggrauante, vel minuente maior, vel minor ordinaria pœna quædam debetur: veluti ſi delictum in multorum ſcandalum commiſſum fuiſſet, vel ſi de ſolicitatione per legitimos teſtes conuictus, indicia, vel teſtes ſingulares de fornicatione deponentes pateretur. Hic quidem ſi teſtes, ac indicia, vel per legitimas probationes, vel per torturam perfectè non diluerit, maiorem ordinaria pœnam meretur. Quòd ſi quempiam de ſuſpecto conſortio conuictum iudex malo ſaltem dolo caruiſſe deprehenderit; hunc minori quàm ordinaria pœna affici æquum erit.

Arbitraria tandem pœna eorum criminum eſt, quæ vel propter eorum atrocitatem, aut inſolitum peccandi genus, vel propter delicti pœnam arbitrio iudicis reſeruatam, nullum in iure, vel ſtatuto ſupplicij genus præſcriptum habent. Sunt qui Extraordinariam pœnam cum arbitraria confundunt,

a Nau. in c. nullum 13. q. 1.

b Diaz in pra. crim. c. 135. v. venit inſuper Lopez in addit. in v. corporalibus Nauar. comm. 3. de Regular. 25 to. 1.

dunt. Nobis autem ad vtramque clariùs declarandam al teram ab altera diſtinguere meliùs viſum fuit.

His igitur rite perſpectis iudex animaduertere debet in pœnis ordinarijs infligendis, in quibus nulla aut extenſionis, aut remiſſionis cauſa pœnarum ſuppetit, eum pœnam, à lege, vel à noſtris Conſtitutionibus taxatam neque augere, neque minuere poſſe. Nam, & ſi in noſtris inſtructionibus iudicialibus, vbi pœnæ cuilibet crimini taxatæ fuerunt, declaratio addatur nimirum liberos fore. Prouinciales vt in omnibus pœnis ibi aſſignatis augere, vel minuere poſſint, prout ipſis ſæcundùm Deum expedire videbitur: ibi tamen expreſsè dicitur, id fieri debere iuxta aggrauantes, vel alleuiantes circunſtantias, quod non ad ordinariam, vt diximus, ſed ad extraordinariam pœnam ſpectat: quo fit, vt in ordinaria pœna imponenda, vbi nullæ ſunt aggrauantes, vel alleuiantes circunſtantiæ, iudex ab earum præſcripto recedere non poſſit.

Bald. in l. Nocetint nu. 5. c. ntra certum empus.

Veruntamen ſi Reus pœnæ à lege pro delicto ſtatutæ capax non fuerit iudici proculdubio licebit, eam in aliud pœnæ genus commutare, quod illi omnibus rite conſideratis æquipolleat: vt omnium fere Doctorum [a] conſenſu receptum, & noſtris inſtructionibus ſancitum eſt. At cum iudex iuris pœnam mutat, huiuſmodi mutationis cauſam in ſententia explicare debet, ſecus velut iuris transgreſſor puniri poſſet, vt notat Miranda [b].

Mirand. ord. iud. q. 28. ar. 7.

De pœnis extraordinarijs, & arbitrarijs, remiſſioneq́ue, aut extenſione pœnarum.
Cap. XLI.

CAETERVM in extraordinarijs, & arbitrarijs pœnis Reo inferendis iudicis prudentia, ac maturitas maximè elucere debent, nè vel debitos iuſtitiæ limites puniendo excedat, vel minori pœna, quàm delicti grauitas ferat, Reum afficiat: par enim periculum imminet, iudex namque, qui ſine iuſta cauſa à

iure

iure probata minorem in criminalibus cauſis pœnam imponit, quàm de iure debeat, infamis efficitur ex l. Seruos. C. ad legem Iul. quinetiam eadem pœna, qua Reus, eſt puniendus ex l. 3. in fin. C. ne ſanctum bapriſma, ſententiaq; ab eo lata nulla ipſo iure cenſetur, vt notat Inciſa [a].

Qui verò pœnam vltra delicti grauitatem extendunt, præterquàm quòd mortifero ſe peccato obſtringunt, & ſi pœna corporalis ſit, in excommunicationē [b] incidunt, apertè in [c] Canones impingunt, qui ſecundùm delicti grauitatem pœnam compenſandam decernunt.

Iudex igitur in pœnis extraordinariis Reo decernendis non celeriter, aut oſcitanter, ſed maturo conſilio, ex cogitataque rerum perueſtigatione procedat, crimen, ac circunſtantias ipſis, loci, perſonæ, quæ crimen, aut augēt, aut diminuant, apud ſe accuratè perluſtret, hæc enim iudicis arbitrio diiudicanda committuntur, tum iuxta delicti modum, ac menſuram pœnas grauiores, aut leuiores ſtatuat.

Pœnæ verò augeri poſſunt. Primò ex circunſtantia ſcandali, tunc ſcilicet, cùm crimen publicè in oculis Sæculariū à Religioſo patratum fuit, ex quo graue Religioni damnū infertur.

Secundò ex circunſtantia ſubuerſionis, cùm ſcilicet vnius delictum multorum ſubuerſionis cauſa fuit, quod ſæpe ijs contingit, qui capita factionum ſunt, & ſuo delicto plures inuoluunt. His enim, ac ſimilibus pœna augentur, vt ex ipſo iure [d] conſtat.

Tertiò, ex circunſtantia loci, putà cùm fornicatio, vel homicidium in Eccleſia, vel alio loco ſacro committitur.

Quartò, ex circunſtantia perſonæ, videlicet cùm quiſpiā Illuſtrem virum interfecit, qui Reipublicę, vel Religioni maximè vtilis erat.

Quinto, ex circunſtantia modi, nimirum quando aliquis per vim ſtuprum Virgini intulit.

His, & plures aliæ cauſæ addi poſſunt, quibus iudices rectè adduci queant, vt pœnas iuxta exceſſus menſuram augeant, quæ apud Alphonſum [e] de Caſtro, & Sebaſtianum Medices copioſius habentur.

Porrò quæ ad pœnam diminuendam valent hæ potiſſi-

a Inciſ. tract. 10. cap. 9.

b C. cum beatus diſt. 45.

c L. reſpicien-dum ff. de pœnis, & l. pœn. & fin. eod. tit.

d L. facta § fin. ff. de pœnis.

e Alphon. de Caſt. l. 1 de pot. leg. pœn. c. 6. Sebaſt. Med. repet. in cap. erit diſt. 4. à nu. 83 & deinceps

mæ ſunt, prima defectus mali doli, cùm non ex animi deliberatione, aut ex cogitato conſilio, ſed impetu quodã, ac mentis perturbatione, vel ex ira, vel ex dolore, vel ex alio repentino motu concepta, delictum patratur: cùm enim culpa tunc leuior ſit, æquum ſanè eſt, vt & pœna ſit mitior [a].

Hinc prudenter intelligant Iudices quo diſcrimine puniendi ſint, qui dolo, ac excogitata animi malitia peccant, ab his, qui minore dolo, & ex fragilitate interdum in crimen impingunt. His enim Iudicis arbitrio iuſtè pœna, diminui poteſt illi ordinaria pœna plectendi.

Secunda probitas anteactæ vitæ. Qui enim aliàs optimis moribus præditus fuit, & Reip. vel Religioni aliquando fuit vtilis mitiùs etiam puniri debet, ſi in crimen aliquod incidat [b].

Tertia Ruſticitas, aut ſimplicitas. Nam qui ex ruſticitate potiùs, aut ſimplicitate, quàm ex animi prauitate peccant, cùm à crimine quodammodo excuſentur, leuiùs quoque plecti debent [c].

Quarta Ignorantia iuris, aut ſtatuti, dummodò non ſit affectata. Nam ſi quis legem, aut ſtatutum ignorans, quod tamen diligentia adhibita, ſcire poterat, ac debebat, illud tranſgrediatur, quamuis non excuſetur à toto, excuſatur tamen à tanto, ac proinde tota pœna legis caſtigari non debet, vt docent S. Thomas [d], Gregorius de Valentia, Sayrus, & alij.

Quinta Credulitas. Nimirum quando quis credit ſe iuſtam cauſam habuiſſe aliquid agendi, quod legi, aut ſtatuto aduerſatur, aut credidit illud non eſſe delictum: tunc enim dolus abſuiſſe præſumitur, tametſi iuſta illius credulitatis cauſa non ſubeſſet: nam, vel dolus eſt de ſubſtantia delicti, vt in crimine falſi periurij, &c. vel delictum tantùm comitatur, vt in tranſgreſſione alicuius legis. Si dolus eſt de ſubſtantia delicti, quælibet cauſa, ſiue iuſta, ſiue iniuſta à crimine excuſat, dummodò vera credulitas adſit, atque adeò à tota pœna liberat. Si verò dolus non ſit de ſubſtantia facti, cauſa iuſta à tota culpa, atque adeò à tota pœna excuſat; iniuſta verò à dolo quidem, ſed non à tota culpa excuſat,

quo

[a] Arg. l. abſẽ . . vlt. ff. de . . nis, & l. Re . . ciendum §. . . iquit ff. de . . nis.

[b] L. non om . . ff. de re m.

[c] . 1. ff. de legi . . Gloſſ. in c. . . ta in verb . . a ſimplici- . . m diſt. 86.

[d] . Tho. 1. 2. q. . . ar. 4. Greg . . Val. to. 2. di . . 6. q. 6. p. 3. . . in cl. reg. l. . . 9.

quo fit, vt puniri quidem pro culpa debeant, ſed mitiùs, quam ſi dolus adfuiſſet, quæ communis eſt Doctorum ſententia [a].

Sexta Ebrietas, qui enim delictum eo tempore patrauit, quo ebrius erat, quamuis à culpa liber non ſit, à dolo tamen excuſatur: & minori pœna quàm ordinaria plecti debet. Niſi ebrietas prorſus inculpabilis eſſet, quæ non ſolum à dolo, ſed etiam à culpa immunis eſſet, tunc enim abſque pœna à crimine abſoluendus eſſet: vt paſſim Doctores omnes affirmant [b].

Septima Confeſſio ſpontanea Rei, quæ tamen ita intelligenda eſt, vt omnem torturam, & criminis negationem præceſſerit, ea enim cùm plenam delicti deteſtationem, ac pœnitentiam præſeferat, pœnæ diminutionem mereatur: vt docent [c] Beious, & Simancas.

Octaua Delinquentis ætas, nimirum ſi Puer, aut Senex fuerit, ſi quidem in iure, & apud Doctores receptum eſt, vt Iudex in his pœnam mitigare queat [d].

Nona in criminalibus lata culpa à corporali pœna infligenda excuſat: in his enim cauſis fallit dictum Iuriſconſulti, quòd lata culpa æquiparatur dolo: vt tradit Iaſon [e], quem ſequuntur Blancus, Clarus, & alij: quod ea præſertim ratione firmatur, quod in criminalibus cauſis vbi dolus non præſumitur, nullus corporali pœna plecti valeat, iuxta Bartolum [f], & communem.

Præter has ſunt, & aliæ cauſæ, quæ Iudicem rectè mouere poſſunt, vt mitiorem, ac extraordinariam Reis pœnā adhibeat: quas prudenter venari oportet ex loco, tempore, perſona, conſuetudine, & alijs circunſtantijs, quas copiosè enumerant [g] Tiraquellus, Sayrus, & alij.

Denique cùm id certum, ac indubitatum ſit, Iudices Regularium poſſe pœnas quacunque ex lege ſtatutas iuſta de cauſa moderari: vt communi ſenſu Doctores [h] affirmant, quod in noſtris quoque Inſtructionibus iudicialibus eſt expreſſum, planè perſpicuum eſt in his certum cauſarum numerum præſcribi non poſſe, ſed eas recto Iudicis potiſſimum arbitrio, ac prudentiæ inueſtigandas relinqui.

Id tamen Iudex animaduertere debet, vt cùm pœnam à

a Glo. in l. plagij v iuſta C. Plagiarij Curt. iun. conſ. 132. nu. 1 Ioan. de amic conſ. 6. n. 5 Carrer. tract. de Homic § 2. n 91. Clar. q. 60. v Genera.

b D. Tho. in 4. diſt 17 q. 2. ar. 3.

c Belous in c. niſi Clerici de Iudic.

d L. auxilium §. in delictis ff. de minoribus c. fin. de ſent. excomm. c. fraternitatis diſt. 34. & c. tanta diſt 86.

e Iaſ. in l. actionibus n. 23. & 26. ff. Blāc. pra. crim. apud Clarum q. 84. in prin.

f Bart. in l. 1 §. 1. n. 1 ff. ſi quis teſtam. Cepola conſi. crim. 33. col 2.

g Tiraquellus tract. de pœnis Say. in cla Reg. l 3 c. 8. n 4.

h Innoc. in c. qualiter, & qu. de accuſ. col. 1. Tiraq. in tract. de pœnis in præfat. n. 16 Cla. q. 85. ver. vlterius quæro Menoc. de arbit. iud. l. 1 q 96. Salzedo in prac. crim. c. 144 v. moderari Couarr. l. 2. var. reſol. c. 9. nu. 8.

lege, vel ſtatuto taxatam auget, vel minuit, cauſam in ſententia exprimat: non quidem ſpecialem, ſed tantùm in genere, quæ ipſum ad legis moderationem permouit: vt communiori ſententia receptum eſt, quam defendunt Bartolus [a] Felinus, Menochius, Clarus, ac plerique alij: itaut in ſententia id apponi ſufficiat, nimirum: Iuſtis, & rationabilibus de cauſis animum noſtrum mouentibus.

In arbitrarijs verò pœnis decernendis, quamquam vbi pœna à iure ſtatuta non eſt, Iudex poſſit eam ex arbitrio imponere, ea tamen ipſi pro libito, aut ſui capitis ſomnijs minimè confingenda eſt, ſedut monet [b] Innocentius, ita legibus ſeipſum conformare debet, vt de ſimilibus ſimilia eliciat, quæ aliorum quoque [c] eſt ſententia.

Iudex itaque in his pœnis arbitrandis maturè incedat, criminis naturam, grauitatem, atrocitatem, & circunſtantias omnes diligentiſſimè perpendat, & vt monet [d] Salzedo, Delinquentis perſonam, conditionem, gradum, conſideret. An ſolitus ſit delinquere, an cum aliorum ſcandalo deliquerit, an prouocatus, ac laceſſitus, vel ſponte, & ex libidine deliquerit: loca quoque, ac tempora patrati ſceleris diſcutiat, num in loco ſacro, aut profano, ſolúſne an cum ſocijs, quos ad crimen pertraxerit: an cum aliorum damno, & quali, & qualibus perſonis illato. Has omnes, atque alias delicti circunſtantias, quæ crimen augere, vel minuere poſſunt, Iudex haud ſemel, haud ſegniter animo reuoluere debet, vt in his iuſtè, & ſecundùm iura arbitretur.

a Bart. in l. relegat. §. ad tempus ff. de re iudic. Felin. in c. ſi cum col. 10. Menoch. cont. Illuſt. col. 14 n. 5. Clar. vbi ſup.

b Innoc. in c. qualiter. & qu. 2. col. fin.

c Bald. in Rub. C. de cõſt. pecunia. concil Tridenti. ſeſſ. 13. c. 1. de reform. Gomez li. 3. var. c. 6. nu. 7.

d Salzed. prac. c. 147. n. 2.

DE

DE HIS QVAE FINEM IVDICII Conſequuntur.

PARS VLTIMA.

De Iudicis recuſatione, & quibus ex cauſis ea fieri poſsit. Cap. I.

POSTREMAM tandem huius Directorij partem explicandam aggredior, in qua de Reorum appellationibus agendum eſt, quę poſt latam à Iudice ſententiam, abſoluto iam iudicio, nonnunquam à Reis interponi ſolent, vt Iudicij exequtionem ſuſpendant.

Hic verò de Iudicis recuſatione primum differere propoſitum eſt: nam etſi Iudex tam ante cauſæ initium, quàm in toto cauſæ ipſius progreſſu, cùm iuſta cauſa ſubeſt, à Reo recuſari queat: attamen cùm vtraque, & Appellatio, & Recuſatio ad idem genus ſpectent, quo Rei à Iudicis ſententia declinant: de ea non incommodè hoc loco agendum iudicauimus.

Id igitur in primis apud omnes certum, & indubitatum eſt, Iudicis recuſationem, quandocunque ea à iuſta, ac legitima cauſa fluit, non ſolùm in ſæculari foro, ſed apud ipſos quoque[a] Regulares in cauſis præſertim criminalibus rectam, ac legitimam cenſeri: quippe quæ ex naturali iure profecta ad neceſſarias Rei defenſiones pertinet: quæ eſt iuris vtriuſque doctrina[b]. Imò Iudicem faciliùs quam teſtem recuſari poſſe, teſtantur[c] Gloſſa, & Menochius, eò quòd plura ad teſtem, quàm ad Iudicem excipiendum re-

a Victori. c. 26 nu. 4.

b C. ꝑ ſuſpecti 3. q. 5. c. ſecondo requiris de appell. l. apertiſſime C. de iudicijs. Couarr. l. pract. qq. c. 26. Card. Alex. in c. de accuſ. col. 41. v. venio ad ſeptimum 2. q. 8. Clar. ꝭ. 5. §. fin. q. 43. Menoch. l. 2. de arbit. Iud. cont. 2. caſu 352.

c Glo. in c. quicunque 3. 11. q. 3. c. accuſatores 3. 3. q. 5. Menoc. loco cit.

qui-

Digitized by Google

quirantur, vt inferius indicabimus.

Cæterùm ſi iuſta cauſa adſit recuſandi, nō ſolùm Iudex [a] Delegatus, ſed etiam quicunque ordinarius [b] in quocunque crimine, imò, & inquiſitor [c] ipſe in crimine violatæ Religionis, & Legatus à latere, & Prouinciale [d] Conciliū poſſunt recuſari: idq; non modo ante incohatam cauſam [e], ſed etiam in quocunque cauſæ ſtatu intermedio vſque ad diffinitiuam ſententiam: vt probat [f] Couarruuias.

Plures huiuſmodi cauſæ, quæ ad Iudicem recuſandum valent, à Doctoribus [g] referuntur, quarum potiſſimas ad nos ſpectantes huc adferre lubet, vt Iudices ab his cauere diſcant.

Prima Iudex [h] ſuſpectus, & inimicus data exceptione iure ipſo communi recuſari poteſt: Inimicitia vero ex ijſdem fere capitulis colligitur, quibus teſtes repelli ſolent, quæ Pegna [i], & Farinacius hoc ordine, ac numero recenſent, ijs tamen prætermiſſis, quæ Regularibus minimè conueniunt.

Primum cùm iudex minatus, vel conatus eſt Reum occidere, vel Reus Iudicem.

Secundum cùm alter alteri parauit inſidias.

Tertium quando Reus aliàs Iudicem, vel Iudex Reum accuſauit, aut contra ipſum depoſuit, aut deponere voluit in cauſa grauiſſima.

Quartum cùm Reus Iudicem aliàs in vinculis detinuit, aut graui contumelia affecit.

Quintum, ſi Reus aduersùs Iudicem, aut Iudex aduersùs Reum aliàs mouit quæſtionem de ſtatu, officio, ac Prælatura.

Sextum ſi Reus Iudicem aliàs in perſona, vel honore læſit, & è contra Iudex Reum.

Septimum cùm Iudex Reum aliàs pugno, baculo, ferro percuſſit, aut vulnerauit, & è conuerſo Reus Iudicem.

Octauum cùm Iudex amicitiam cùm Rei inimicis contraxit, vel nimis familiariter cum ijſdem conuerſatur.

His omnibus capitibus Iudicis Inimicitia aduersùs Reum præſumitur, quæ ſi probata fuerit, ad eundem recuſandum valet.

a Cap. poſtremo de appell.
b Cap placuit 2.q.6 c ſi quis 2 de foro compet. & c. ad hæc de appell. Glo. In c. q ſuſpecti 3.q.5. Hoſtien. tit. de recuſat. .q̄s recuſetur
c Direct. Inquiſ. 3.p. de recuſat. inquiſ.
d Nauar. conſ. 3 de appellat.
e C. q ſuſpecti 3.q.5.
f Couarr. l. pract. qq. c. 26. nu. 2.
g Specul. tit. de recuſat. Ioannes Ferra. trac. de recuſat. Hoſtienſ. in ſum. eodē. tit. 6. quæ ſunt iuſtæ cauſæ. Nauar. in c. ſi quādo de reſcrip. c. 10. nul lit Ghisl. de Iudic. Regul. c. 14. de Iud. recuſat.
h c. q ſuſpecti 3.q. 5. c. ſuſpicionis de off. de leg. c. cum ſpeciali de appell. c. cū oporteat de accuſat. Couar. l. pract. qq. c. 26. Nauar. loco cit.
i Pegna cōm. 116. in 3. p. Director. Inquiſ. Farin. q. 49. n. 1. & ſeqq.

Digitized by Google

Secunda qui infamis [a] eſt infamia iuris, aut facti; Qui criminoſus [b]. Qui ſurdus [c], aut mutus, Qui perpetuò furioſus [d], Qui ab officio [e] amotus, Qui excommunicatus [f], Qui Dominus [g] aduerſarij, aut illius conſanguineus, ſiue affinis, Qui illiteratus [h] eſt, adeo vt neceſſaria ad iudicandum iuriſperitia careat. Hi omnes iuſtæ Reorum recuſationi obnoxij eſſe poſſunt.

Tertia recuſari [i] poteſt Iudex, qui parti nimium familiaris eſt, aut nimiùm fauet.

Quarta, qui modum [k] excedit in exequendo, quod ſæpe contingit, quando vel teſtes, cùm opus eſt, non admittit, vel modum, ac menſuram in tortura non ſeruat, vel delegatam poteſtatem vltra delegationis metas extendit.

Quinta, [l] qui ordinem iuris non ſeruat in his præſertim, quæ iuri neceſſaria, ac ſubſtantialia ſunt: velut in modo procedendi in teſtibus examinandis, admittendis, cogendis, excipiendis, in defenſionibus Reo exhibendis, atque alijs huiuſmodi.

Sexta quando crimen per viam accuſationis agitatur, Iudex eiuſdem vrbis, vel oppidi, vel patriæ cum accuſatore, vel Reo recuſari poteſt, præſertim cùm pars altera extra patriam fuerit. Amicus enim partis, cuius conciuis, aut compatriota eſt, præſumitur.

Septimo iudex [n], a quo in alia cauſa à Reo appellatum fuit, vel quā Reus aliàs recuſauit, iterū recuſari poteſt, ea præſertim ratione, quòd vel inimicus, vel ſuſpectus cenſeatur.

Octauo ſi iudex [o] ante ſententiam in fauorem alterius partis votum ſuum propalauerit, vel vbi innotuerit partem eum recuſare velle, eidem minas tentauerit: legitime recuſari poteſt, cùm eo ipſo ſuſpectus habeatur.

Poſtremo cùm [p] propoſita ante iudicem recuſationis cauſa, iudex eam minimè examinare voluerit, ſed in cauſa vlteriùs proceſſerit, non ſolum recuſari meretur, verùm, & omnia ipſius acta poſt recuſationem oblatam nulla, ac irrita redduntur, tametſi cauſa eidem delegata fuiſſet omni appellatione remota.

Plures huiuſmodi Recuſationis cauſas ſilentio prætereo,

a C. 1. q. 7. c. ſciſcitatus de reſcrip. c. inter dilectos de exceſſ. Prælat. c. in ſinuāte de off. deleg.
b 3. q. 7. c. 1. c. ſciſcitatus de reſcrip.
c Gratia 3. q. 7. §. tria ſunt Tabien. & Armil. v. Iudex
d Gloſſ. 3. q. 7. cap. 1. v. & qui perpetuo.
e Grat. loco ci. & Gloſ. ibid. v. amotus.
f C. decernim[a] de ſen. excōm. in 6. Sōcin. in c. ſacris eod. 111. n 241. Tab. Syl. Armil. vbi ſup.
g c cauſam de off. deleg. Gloſ. cap accuſatores 23 q. 5.
h c. ex litteris de conſanguinit. & affinit. Gloſ. c. ſciſcitatus cit.
i c. ad hæc de reſcrip & c. cū R. de off. deleg. c. accedēs 2. vt lite nō cōt. Naua. ſ c. ſi quādo de reſcrp. cauſ. 10 nullit. n 5.
k c. ſuper quæſtionum § 2. de of. deleg Steph. de recuſ n. 73. Nau. loc. ci. n 6.
l Direc. inqu. 3 p. de recuſat. Pegna cōment. 30. & 31.
m c. accedens 2. vt lit. nō cōt, Gloſ. ibi c. accuſat 3. 3. q. 5.
n c. adhuc 1. & c. propoſuit de appell. Gloſ. c. accuſatores 3. 3 q. 5. Nauar. lo. co ſupra cit.
o Cæſar de Graſ. deciſ. 93. n. 5. & 9.
p Idem Graſ. loco cit. n. 9. & 11.

co quòd ad ſæculare potiùs, quam Regulare forum ſpectent.

Cæterùm modus recuſationis à iure præſcriptus hic eſt [a]. Vt primùm coram iudice probabilis ſuſpicionis cauſa in ſcriptis proferatur. Quòd ſi dubia cauſa extiterit iudex, & recuſans, quiſque virum probum, ac prudentem ſibi eligat, qui de cauſa ipſa, probabilis ne, an improbabilis, admittenda, vel reijcienda ſit, iudicent. Intereà iudex ſi proceſsũ nondum inſtituit, ab eo abſtineat, ſin cauſa iam inchoata fuerit, in ea vlterius non procedat, donec de cauſa recuſationis iudicatum fuerit. At ſi arbitrarij Iudices inter ſe diſſentiant, ipſimet tertium eligant, cuius [b] dictum irrefragabile erit, & firmiſſimum robur obtinebit [c], Ab eo ſi cauſa probata fuerit, iudex Rei cauſam alteri deleget, vel recuſantem ad Superiorem iudicem tranſmittat, ſin ab ipſo improbata extiterit, incœptam cauſam proſequatur.

Id tamen animaduertat Iudex, quod in caſu recuſationis Reo [d] Iudex de illius conſenſu tribuendus eſt, cuius rei ea ratio eſſe poteſt, quòd Reo [e] magis, quam Actori iura fauent. Denique poſt iuſtam recuſationem Iudici omnino à cauſa abſtinendum eſt: nam cùm à iure tunc Iudicis in ea cauſa procedendi poteſtas ſuſpendatur [f] quicquid poſt probatam recuſationem in ea cauſa præſtat, vanum, ac inane eſt.

a c. inter monasterium de re iudicata c. cũ speciali & c. 2. eq...is de appell. l. aperiſſime C. de iudicijs. Hoſtienſis Panorm. & reliqui DD in c. quoniam contra de prob.
b c. ſuſpicionis iuncta gloſ. de off. Iud. deleg. c. cum ſpeciali de appell.
c d. c. cũ ſpeciali iuncta gloſ. & c. ſuſpicionis cit. verſ. àd quos omnia.
d c. iudices 11. q. 1. Gloſ. ibidẽ.
e L. fauorabiliores ff. de reg. iur.
f Nauar. in c. ſi quando c. 10. nullitat. n. 10. Gloſ. in c. quoties 2. q. 6. & c. quod ſuſpecti 3. q. 5.

De Appellationibus quo iure introducta fuerint, & quibus, & quando liceat, vel non liceat appellare. Cap. II.

APPELLATIONVM ius adeò apud omnes ſacroſanctum haberi ſolet, vt cùm ex ipſo naturali iure, quo, & iniquorum iudicum inſidias declinare, & ſe ab iniuſtis ſupplicijs eripere, cuique inſitum eſt, profectum cenſeatur: nulli neque Principi maximò, neque Regularium generalibus, aut ſupremis quibuſcunque iudicibus illud violare liceat. Omnibus quidem

iuris vtriuſque peritis exploratum eſt duo quædam in appellationibus diſtingui, nimirum ipſam Appellationis tum ſubſtantiam, tum formalitatem: hæc quidem à poſitiuo iure fluit, illa verò ipſum naturale, ac gentium ius parentem habet: quo fit, vt tametſi Principes, ac ſupremi iudices, quod in appellationibus ſuum ac poſitiui iuris eſt, nempe ipſam Appellationis formalitatem, quæ Appellationi tempus, ac modum præſcribit, tollere, ac mutare queant: ipsā tamen Appellationis ſubſtantiam, quæ ad legitimas Rei defenſiones ſpectat, quáue iudicium malitia corrigitur, & innocentum cauſæ ab oppreſſione vendicantur, prorſus euellere nequeant, vt paſſim iura [a] tradunt, & Abbas, Felinus, Couarruuias, Paz, Syluester Armilla, & alij Doctores affirmant.

Poteſt equidem ſupremus iudex in aliquo caſu, cauſa id poſtulante, iubere, vt omni amota appellatione in aliqua cauſa ab inferiori iudice procedatur: eò quòd vel crimen ita notorium ſit, vt Appellatio ad euitandas potiùs ſcelerū pœnas, quàm ad innocentiam tuendam à Reo interpoſita videatur; vel Appellatio à iure tunc interdicta ſit. Quibus, vel alijs ſuffragantibus cauſis, nulli dubium eſt, Appellationem à Reo iuſtè remoueri poſſe. Verum lege lata omnem à iudicijs Appellationem auferre non tam naturali, quàm ipſi quoque [b] poſitiuo iuri contrarium eſſe exiſtimandum eſt, præſertim cùm Appellatio iuxta Sacri [c] Concilij Tridentini placitum ideo inſtituta ſit, vt ad innocentiæ præſidium remedium foret. Hinc etiam Apoſtolus Actorum 25. Cæſarem appellauit: quo fit vt in ipſis quoque Regularium cauſis appellatio, quæ ſecundum Eccleſiaſticas leges iuſta, ac legitima cenſetur, Reis denegari non debeat: quod nō pridem à ſacra [d] Illuſtriſſimorum Cardinaliū Congregatione ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium definitum fuit, ac Decreto ſancitum, quo ordine Regulares in ſuis Appellationibus progredi debeant. Caueant tamen Regulares nè ad iudicium effugiendum à iuſta Iudicis ſententia (cùm de iuſtitia illis conſtat) ad iudicem ſuperiorem appellent, eo enim ſe mortifero peccato inuoluunt, vt docet D. Thomas [e].

a Clem. Paſtoralis de re iud. l defenſionis facultas C. de iure fiſci c. cum inter de excep. c. eorum 11. q 3 Abbas & Feli. in Rub. de appella t. Couarr. c. pract. qq. 5. c. 23. n. 6. Paz in praxi to. 1. p. 6. in proemio n. 7. Sylu. & Armil v. appellatio.

b c. ſacri Canones. c Paſtoralis de appel. c. omnis oppreſſus 2. q 6.

c Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1.

d Decret S. Cōgreg. ſuper negot. Epiſ. ar. 1582. in comp. priuil. v. appellatio.

e D. Tho. 2 2. q. 69. ar. 3.

Id quoque iure Canonico ſibi interdictum addiſcant, quod etiam noſtris conſtitutionibus cauetur [a]: Ne à Superiorum correptione, quæ ſecundum regularia inſtituta fit, ſi ea modum nō excedat, cuiquam liceat appellare. Cùm enim Prælatus in ea non iudiciali, ſed paterno tantum pœnarum modo procedat, quæ vt plurimum leues eſſe ſolent: planè non tam turpe, quàm à Religioſi ſtatus perfectione diſſentaneum eſt, in his appellationem interponere, in quibus maximè Religioſa patientia elucere debet.

Cùm igitur apud omnes inconfeſſo ſit, cuique, qui ſe iudicis ſententia, aut certa, aut probabili ratione læſum credit, liberum fore, vt ad Superiorem iudicem prouocet: vt poſt D. [b] Thomam cæteri quoque Doctores vno ſenſu affirmant: iam illud indagandum eſt; quando ſcilicet Reo liceat, aut non liceat appellare.

Principio quoniam Appellatio iuxta Panormitani [c], & aliorum ſententiam nihil aliud eſt, præterquam Prouocatio à minori iudice ad maiorem: (quod Appellationi adeò eſſentiale, & intrinſecum eſt, vt ea ad minorem, vel æqualem Iudicem fieri minime poſſit [d]: vt ipſo iure ſtatutum eſt) planè id omnibus exploratum eſſe debet, neminem à Supremo Iudice, qui Superiorem nullum agnoſcit, appellare poſſe, atque adeò neque à Principe, neque à Papa appellationem dari. Quod quamquam ita ſit: Qui tamen horum ſententia ſe grauatum crederet, ſupplicatione vti poſſet à iure [e] conceſſa, qua ab eodem iudice peteret, ſuā cauſam ab ipſomet vendicari, ac ſuæ indemnitati prouideri. Hanc autem ſupplicationem non ſolùm Principi, aut ſupremo iudici, à quo appellari non poteſt, ſed etiam iudici inferiori offerre cuique liberum eſt: ſi ab eo appellare prohibeatur [f]. Iudex verò vbi huiuſmodi ſupplicationem intra decem dies poſt diffinitiuam ſententiam in ſcriptis oblatam acceperit: à ſententiæ executione abſtinere debet, donec perluſtrato iterum proceſſu, ac diligentius examinata cauſa ſententiam aut confirmauerint, aut moderatus fuerit, vel etiam reuocauerit.

Huic, & alij caſus accedunt, quibus Reo minime appellare licet: Primus eſt, ſi Reus de crimine conuictus illud etiā

ſponte

a C ad noſtrā c. reprehenſibilis, & c. cū ſpeciali de appell.

b S. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 3. Tabien. Ang. Syl. v. Appellatio. Say. in Cla. reg. l. 12. c. 17. Valē. to. 3. cōm. diſp. 5. q. 13. p. 3.

c Panor rub. de appell. n. 3.

d arg. c. 2. de cō ſuetud. in 6 & l. 1 §. ſi quis in appellationem ff. tit. eod.

e L. 1. C. de ſēt. pref. pręt. l. ſi quis, & in authentica. quę ſupplicatio C. de ꝓceſſ. imp. off. Speculum in tit. de ſuppli cat. §. 1. & per totum

f Menochius l. 1. q. 70 n. 24. Farin. q. 17. n. 82.

ſponte in iudicio confeſſus fuerit: iudicialis enim confeſſio Reo ius appellationis adimit: vt [a] iure ipſo ſtatutum eſt, & Doctores concordant, dummodò confeſſio per errorem, vim, aut metum non probetur facta. Huiuſmodi enim cō feſſio, cùm nulla in iure habeatur, Reo non nocet, neque appellationem [b] tollit.

Secundus eſt in crimine notorio, cùm crimen ex ipſa facti euidentia omnibus eſt manifeſtum: criminoſo enim manifeſto omnis appellandi via intercluditur à [c] iure: vt tradūt [d] Ananias, Clarus, & Carrerius.

Tertiùs eſt in crimine Hæreſis. Hæreticis namq; ab inquiſitorum diffinitiua ſententia appellare non licet: vt expreſsè habetur [e] in iure.

Quartus eſt in omnibus caſibus, in quibus Reus à iure præſumitur confeſſus, appellare etiam prohibetur: vt ſi iudici legitimè interroganti reſpondere nolit, ſi ſit contumax, quamdiu in contumacia perſiſtit: ab appellatione arcetur: vt [f] nouiſſimè Illuſtriſſimorum Cardinalium ſacræ Congregationis ſuper negotijs Epiſcoporum decreto ſancitum fuit. Denique [g] cum Reus condemnatur ex præſumptione iuris, & de iure omnis illi Appellationis aditus præcluditur: Præſumptio verò iuris, & de iure ea eſt, quæ factum veriſſimum, ac certiſſimum ſupponit: vt probat [h] Menochius.

Quintus cùm Reus iudicis ſententiam acceptauit, atque eidem propria manu ſubſcripſit: ab ea quippe appellationem amplius declinare non poteſt: vt notat Veſtrius [i].

Sextus. Poſt decem dies à ſententiæ publicatione tranſactos nemini licet appellare [k]: Iure enim canonico ſtatutū eſt, vt qui appellare volunt, intra decem dies poſt ſententiæ probationem appellent; niſi abſentes fuerint [l]: quo in caſu decem dierum terminus ab ea die inchoari debet, quo latæ ſententiæ notitiam habuerint.

Septimus poſt tertiam appellationem nemini vlterius appellare fas eſt. Nam & ſi olim [m] iure cautum fuerit, ne ſuper eadem cauſa tertio appellaretur: & in codice extet titulus, ne ſuper eadem cauſa liceat tertio appellare: nunc tamen vſus, & conſuetudo obtinuit: vt notant Sotus [n], Sa-

a l. 2 C. quorū appe. nō recip. Imola in l. fin. § iuſſus n 3. ff. de appell.
b Beious in c. at ſi Clerici de iudic. n 126 Farin q. 51. n. 97.
c C cum ſit Romana cap. peruenit c. cū ſpeciali §. porrò extra de appel.
d Anan. in c. quam pernicioſū extra de vſu. Clar. q. 94 n. 1. Carr. in l. 2. §. 2.
e C. vt inquiſitioni § vt quæ de Hęret. in 6.
f Decret. San. Congreg. apud Bertū in prax. crim. tit. 27. de appell. c. 5.
g Bald. in l. ſi quis adulteri C. de adul. nor. 2. Marſil. in l. 1. ver item C. de rap. virg.
h Menoch l. 5. præſumptionū præſump 10.
i Veſt l 7. cap. 3. nu. 16
k c. anteriorū 2. q. 6. S Tho 2. 2. q. 69. ar. 3. Sūmiſtæ in verbo appella.
l C quomodo & quando Iudex l. ab eodē ff. de appell. l. 1. §. fin.
m C directe. & cap. tua nobis de appell.
n Sot. de iuſt. & Iur. l 5. q 6. ar. 3. S. Ion 2. 2. q. 69 ar. 3 Valē. to. 3. diſp. 5. q. 13. p. 3. Sayr. cla. Reg. l. 12. cap. 16.

lon, Gregorius de Valentia, Sayrus, & alij, quod ter appellare liceat, vbi ſententiæ iuſtitia dubia fuerit, & Reus nouam fortaſſe iuris, aut facti rationem proferre voluerit, quam coram alijs iudicibus non propoſuerit. At poſt tertiam appellationem nemini quocunque prætextu appellare licet: ne cauſæ longiùs quàm par eſt, protrahantur.

Octauus Reo appellare non licet, cùm cauſa à Superiore Iudice ita delegata eſt, vt ea, omni appellatione remota, ab inferiori terminetur. In quo tamen illud obſeruandum eſt, huiuſmodi clauſulam omnem appellationem à Reo nō auferre, ſed eam tantummodò, quæ à iure expreſsè non ceditur: vt patet ex cap. Paſtoralis de appellat.

Sunt enim quædam appellationes, quæ in iure expreſsè conceduntur: veluti ſi iudex recuſationem conſanguinitatis Reo nollet admittere, ſi partes citaret ad locum non tutum, ſi cogeret Reum cauſam dicere ſub Delegato ſuſpecto, & alij complures caſus enumerari poſſunt, de quibus latè apud Gloſſam in d. c. Paſtoralis v. expreſsè, & in cap. vt debitus honos de appell. v. abſque rationabili cauſa differtur, quibus expreſsè à iure appellandi Reo facultas datur.

Quædam quoque appellationes ſunt, quæ à iure prohibentur, quales ſunt friuolæ, ac vanæ appellationes, quæ ad iudicium effugiendum, aut differendum fiunt, atque illæ omnes de quibus hactenus diſſeruimus.

Aliæ tandem appellationes ſunt, quæ nec à iure reprobantur, nec expreſsè ab eo conceduntur: quales ſunt, quæ ex probabili tantum ratione, & coniectura, non certitudine imminentis damni à Reo interponuntur, & aliæ, quæ in iudicijs poſſunt contingere, de quibus nulla apud iura mentio fit.

Porrò cùm in delegatione apponitur, vt iudex, omni remota appellatione procedat: eas tantùm appellationes excludit, quæ vel in iure prohibitæ, vel à iure non conceſſæ reperiuntur: vt ex ipſis Pontificis verbis perſpicuum eſt, quibus in [a] Decretali vtitur ita ſtatuens. Quæſiuiſti vtrùm quando inhibetur appellatio in reſcripto, fruſtratoria tantùm inhibita videatur. Nos igitur attendentes, quòd per appellationem fruſtratoriam, etiam ſi non fuiſſet inhibita,

[a] C. Paſtoral. de appell.

nego-

negotium non debeat impediri: reſpondemus, quòd quælibet Prouocatio intelligitur remoueri, quæ à iure non indulgetur expreſsè: quo fit, vt clauſula illa, legitimas, & à iure probatas appellationes, non expellat.

Nonus cùm pœna legis per ſententiam iudicis infligitur, ab ea appellare nemo poteſt [a]: cùm enim lex iuſtam pœnam decernat, nullum ex ea Reo grauamen inferri poteſt, propter quod appellare queat. Quinetiam Iudex, qui ad uersùs legem huiuſmodi appellationi deferret, legis corrector, non cuſtos euinceretur. Nihil tamen prohibet, quin Reus à iudicis declaratione, ſi quando eam iniuſtè factam crederet, appellare queat: neque enim ideſt à pœna legis, ſed à iudicis declaratione appellare, quæ interdum iniuſta eſſe poteſt.

Decimus à ſententia iudicis arbitri nulli fas eſt appellare: vt habetur [b] in iure conſtitutum, cùm partes in ipſum cōſenſerint, niſi iudices inter ſe eſſent diſcordes: quo in caſu tertius eligitur, à cuius ſententia pars prouocare non poteſt: vt notat [c] Sayrus.

Vndecimus qui dilationis tantùm cauſa appellant, nec vllam iuſtam cāuſam appellandi proferunt, audiri non debent, vt conſtat ex cap. quicunque 2. q. *6*.

Poſtremò à ſententia interlocutoria poſt Concilium Tridentinum nulli appellare fas eſt, niſi damnum, ac grauamen contineat, quod per diffinitiuam reparari minimè queat [d]. Id expreſsè in eodem Concilio decretum legitur: quamquam, & ante Concilium [e] in iure ſtatutum haberetur. Quod ſi damnum inferat per diffinitiuam ſententiam à qua appellari poteſt, irreparabile: cuiuſmodi tortura eſſe ſolet, ab interlocutoria quoque ſententia cuiq; liberum erit appellare, dummodò iuſta id de cauſa fiat.

Quapropter caueāt Rei, ne Appellationis remedio, quod ad innocentiæ tuendæ præſidium inſtitutum eſt, ad iniquitatis defenſionem, & iuſtæ ſententiæ euerſionem, aut dilationem abutantur. Nam vt D. Bernardus ad Eugenium ſcribit. Qui non grauatus appellat, manifeſtè liquet, quòd aut grauare intendit, aut tempus redimere. Cùm enim humanum, ac diuinum iudicium lædant, grauiorem vtriuſq; Iu-

dicis

a L. ſi qua pœna ff. de verb. ſignif. & c. quianos de appell.

b C. à Iudicib 2. q. 6.

c Say. l. 12. c. 16

d Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de reform. & ſeſſ. 24 c. 20.

e L. 1. ff. de appell. l. ante ſententiæ C. quorum appell nō recip. l. 13 tit. 25. p. 3. & in l. 3. tit. 18. lib. recop.

Digitized by Google

dunt. Nobis autem ad vtramque clariùs declarandam alteram ab altera diſtinguere meliùs viſum fuit.

His igitur rite perſpectis iudex animaduertere debet in pœnis ordinarijs infligendis, in quibus nulla aut extenſionis, aut remiſſionis cauſa pœnarum ſuppetit, eum pœnam, à lege, vel à noſtris Conſtitutionibus taxatam neque augere, neque minuere poſſe. Nam, & ſi in noſtris inſtructionibus iudicialibus, vbi pœnæ cuilibet crimini taxatæ fuerunt, declaratio addatur nimirum liberos fore. Prouinciales vt in omnibus pœnis ibi aſſignatis augere, vel minuere poſſint, prout ipſis ſæcundùm Deum expedire videbitur: ibi tamen expreſsè dicitur, id fieri debere iuxta aggrauantes, vel alleuiantes circunſtantias, quod non ad ordinariam, vt diximus, ſed ad extraordinariam pœnam ſpectat: quo fit, vt in ordinaria pœna imponenda, vbi nullæ ſunt aggrauantes, vel alleuiantes circunſtantiæ, iudex ab earum præſcripto recedere non poſſit.

Bald. in l. Nonetint nu. 5. c. [illegible]tra certum [t]empus.

Veruntamen ſi Reus pœnæ à lege pro delicto ſtatutæ capax non fuerit iudici proculdubio licebit, eam in aliud pœnæ genus commutare, quod illi omnibus rite conſideratis æquipolleat: vt omnium fere Doctorum [a] conſenſu receptum, & noſtris inſtructionibus ſancitum eſt. At cum iudex iuris pœnam mutat, huiuſmodi mutationis cauſam in ſententia explicare debet, ſecus velut iuris tranſgreſſor puniri poſſet, vt notat Miranda [b].

Mirand. ord. ad. q. 28. ar. 7.

De pœnis extraordinarijs, & arbitrarijs, remiſſioneq́; aut extenſione pœnarum.
Cap. XLI.

CAETERVM in extraordinarijs, & arbitrarijs pœnis Reo inferendis iudicis prudentia, ac maturitas maximè elucere debent, nè vel debitos iuſtitiæ limites puniendo excedat, vel minori pœna, quàm delicti grauitas ferat, Reum afficiat: par enim periculum imminet, iudex namque, qui ſine iuſta cauſa a

iure

iure probata minorem in criminalibus cauſis pœnam imponit, quàm de iure debeat, infamis efficitur ex l. Seruos. C. ad legem Iul. quinetiam eadem pœna, qua Reus, eſt puniendus ex l. 3. in fin. C. ne ſanctum baptiſma, ſententiaq; ab eo lata nulla ipſo iure cenſetur, vt notat Inciſa [a].

Qui verò pœnam vltra delicti grauitatem extendunt, præterquàm quòd mortifero ſe peccato obſtringunt, & ſi pœna corporalis ſit, in excommunicationẽ [b] incidunt, apertè in [c] Canones impingunt, qui ſecundùm delicti grauitatem pœnam compenſandam decernunt.

Iudex igitur in pœnis extraordinariis Reo decernendis non celeriter, aut oſcitanter, ſed maturo conſilio, ex cogitataque rerum perueſtigatione procedat, crimen, ac circunſtantias ipſis, loci, perſonæ, quæ crimen, aut augẽt, aut diminuant, apud ſe accuratè perluſtret, hæc enim iudicis arbitrio diiudicanda committuntur, tum iuxta delicti modum, ac menſuram pœnas grauiores, aut leuiores ſtatuat.

Pœnæ verò augeri poſſunt. Primò ex circunſtantia ſcandali, tunc ſcilicet, cùm crimen publicè in oculis Sæculariũ à Religioſo patratum fuit, ex quo graue Religioni damnũ infertur.

Secundò ex circunſtantia ſubuerſionis, cùm ſcilicet vnius delictum multorum ſubuerſionis cauſa fuit, quod ſæpe ijs contingit, qui capita factionum ſunt, & ſuo delicto plures inuoluunt. His enim, ac ſimilibus pœna augentur, vt ex ipſo iure [d] conſtat.

Tertiò, ex circunſtantia loci, putà cùm fornicatio, vel homicidium in Eccleſia, vel alio loco ſacro committitur.

Quartò, ex circunſtantia perſonæ, videlicet cùm quiſpiã Illuſtrem virum interfecit, qui Reipublicę, vel Religioni maximè vtilis erat.

Quinto, ex circunſtantia modi, nimirum quando aliquis per vim ſtuprum Virgini intulit.

His, & plures aliæ cauſæ addi poſſunt, quibus iudices rectè adduci queant, vt pœnas iuxta exceſſus menſuram augeant, quæ apud Alphonſum [e] de Caſtro, & Sebaſtianum Medices copioſius habentur.

Porrò quæ ad pœnam diminuendam valent hæ potiſſi-

[a] Inciſ. tract. 10. cap. 9.

[b] C. cum beatus diſt. 45.

[c] L. reſpiciendum ff de pœnis, & l. pœn. & fin. eod. tit.

[d] L. facta § fin. ff. de pœnis.

[e] Alphon. de Caſt. l. 1 de pot. leg pœn. c. 6. Sebaſt Med. repet. in cap. erit diſt 4. à nu. 83 & deinceps

mæ ſunt, prima defectus mali doli, cùm non ex animi deliberatione, aut ex cogitato conſilio, ſed impetu quodã, ac mentis perturbatione, vel ex ira, vel ex dolore, vel ex alio repentino motu concepta, delictum patratur: cùm enim culpa tunc leuior ſit, æquum ſanè eſt, vt & pœna ſit mitior [a].

Hinc prudenter intelligant Iudices quo diſcrimine puniendi ſint, qui dolo, ac excogitata animi malitia peccant, ab his, qui minore dolo, & ex fragilitate interdum in crimen impingunt. His enim Iudicis arbitrio iuſtè pœna, diminui poteſt illi ordinaria pœna plectendi.

Secunda probitas anteactæ vitæ. Qui enim aliàs optimis moribus præditus fuit, & Reip. vel Religioni aliquando fuit vtilis mitiùs etiam puniri debet, ſi in crimen aliquod incidat [b].

Tertia Ruſticitas, aut ſimplicitas. Nam qui ex ruſticitate potiùs, aut ſimplicitate, quàm ex animi prauitate peccant, cùm à crimine quodammodo excuſentur, leuiùs quoque plecti debent [c].

Quarta Ignorantia iuris, aut ſtatuti, dummodò non ſit affectata. Nam ſi quis legem, aut ſtatutum ignorans, quod tamen diligentia adhibita, ſcire poterat, ac debebat, illud tranſgrediatur, quamuis non excuſetur à toto, excuſatur tamen à tanto, ac proinde tota pœna legis caſtigari non debet, vt docent S. Thomas [d], Gregorius de Valentia, Sayrus, & alij.

Quinta Credulitas. Nimirum quando quis credit ſe iuſtam cauſam habuiſſe aliquid agendi, quod legi, aut ſtatuto aduerſatur, aut credidit illud non eſſe delictum: tunc enim dolus abſuiſſe præſumitur, tametſi iuſta illius credulitatis cauſa non ſubeſſet: nam, vel dolus eſt de ſubſtantia delicti, vt in crimine falſi periurij, &c. vel delictum tantùm comitatur, vt in tranſgreſſione alicuius legis. Si dolus eſt de ſubſtantia delicti, quælibet cauſa, ſiue iuſta, ſiue iniuſta à crimine excuſat, dummodò vera credulitas adſit, atque adeò à tota pœna liberat. Si verò dolus non ſit de ſubſtantia facti, cauſa iuſta à tota culpa, atque adeò à tota pœna excuſat; iniuſta verò à dolo quidem, ſed non à tota culpa excuſat,

quo

[a] Arg. l. abſẽ... vlt. ff. de ...nis, & l. Re...ciendum §. ...iquit ff. de ...nis.

[b] L. non om... ff. de re m.

[c] ... 1. ff. de legi... Gloſſ. in c. ...ta in verb. ...a ſimplici...m diſt. 86.

[d] S. Tho. 1. 2 q. ...ar. 4. Greg. Val. to. 2. di... 6. q. 6. p. 3. ... in cl. reg. l. ... 9.

quo fit, vt puniri quidem pro culpa debeant, ſed mitiùs, quam ſi dolus adfuiſſet, quæ communis eſt Doctorum ſententia [a].

Sexta Ebrietas, qui enim delictum eo tempore patrauit, quo ebrius erat, quamuis à culpa liber non ſit, à dolo tamen excuſatur: & minori pœna quàm ordinaria plecti debet. Niſi ebrietas prorſus inculpabilis eſſet, quæ non ſolum à dolo, ſed etiam à culpa immunis eſſet, tunc enim abſque pœna à crimine abſoluendus eſſet: vt paſſim Doctores omnes affirmant [b].

Septima Confeſſio ſpontanea Rei, quæ tamen ita intelligenda eſt, vt omnem torturam, & criminis negationem præceſſerit, ea enim cùm plenam delicti deteſtationem, ac pœnitentiam præſeferat, pœnæ diminutionem mereatur: vt docent [c] Beious, & Simancas.

Octaua Delinquentis ætas, nimirum ſi Puer, aut Senex fuerit, ſi quidem in iure, & apud Doctores receptum eſt, vt Iudex in his pœnam mitigare queat [d].

Nona in criminalibus lata culpa à corporali pœna infligenda excuſat: in his enim cauſis fallit dictum Iuriſconſulti, quòd lata culpa æquiparatur dolo: vt tradit Iaſon [e], quem ſequuntur Blancus, Clarus, & alij: quod ea præſertim ratione firmatur, quod in criminalibus cauſis vbi dolus non præſumitur, nullus corporali pœna plecti valeat, iuxta Bartolum [f], & communem.

Præter has ſunt, & aliæ cauſæ, quæ Iudicem rectè mouere poſſunt, vt mitiorem, ac extraordinariam Reis pœnā adhibeat: quas prudenter venari oportet ex loco, tempore, perſona, conſuetudine, & alijs circunſtantijs, quas copioſè enumerant [g] Tiraquellus, Sayrus, & alij.

Denique cùm id certum, ac indubitatum ſit, Iudices Regularium poſſe pœnas quacunque ex lege ſtatutas iuſta de cauſa moderari: vt communi ſenſu Doctores [h] affirmant, quod in noſtris quoque Inſtructionibus iudicialibus eſt expreſſum, planè perſpicuum eſt in his certum cauſarum numerum præſcribi non poſſe, ſed eas recto Iudicis potiſſimum arbitrio, ac prudentiæ inueſtigandas relinqui.

Id tamen Iudex animaduertere debet, vt cùm pœnam à

a Glo. in l. plagij v iuſta C. Plagiarij Curt. iun. conſ. 132. nu. 1 Ioan. de amic conſ. 8. n. 5 Carrer. tract. de Homic § 2. n 91. Clar. q. 60. v. Genera.

b D. Tho. in 4. diſt 17 q. 2. ar. 2.

c Beious in c. tuſi Clerici de Iudic.

d L. auxilium §. in delictis ff. de minoribus c. fin. de ſent. excomm. c. fraternitatis diſt. 34. & c. tanta diſt 86.

e Iaſ. in l. actionibus n. 23. & 26. ff. Blāc. pra. crim. apud Clarum q. 84. in prin.

f Bart. in l. 1 §. 1. n. 1 ff. ſi quis teſtam. Cepola conſi. crim. 33. col 2.

g Tiraquellus tract. de pœnis Say. in cla Reg. l 3 c. 8. n 4

h Innoc. in c. qualiter, & qu. de accuſ. col. 1. Tiraq. in tract. de pœnis in præfat. n. 16 Cla. q. 85. ver. vlterius quæro Menoc. de arbit. iud. l. 1 q 96. Salzedo in prac. crim. c. 144. v. moderari Couarr. l. 2. var. reſol. c. 9. nu. 8.

lege, vel ſtatuto taxatam auget, vel minuit, cauſam in ſententia exprimat: non quidem ſpecialem, ſed tantùm in genere, quæ ipſum ad legis moderationem permouit: vt communiori ſententia receptum eſt, quam defendunt Bartolus [a] Felinus, Menochius, Clarus, ac plerique alij: itaut in ſententia id apponi ſufficiat, nimirum: Iuſtis, & rationabilibus de cauſis animum noſtrum mouentibus.

In arbitrarijs verò pœnis decernendis, quamquam vbi pœna à iure ſtatuta non eſt, Iudex poſſit eam ex arbitrio imponere, ea tamen ipſi pro libito, aut ſui capitis ſomnijs minimè confingenda eſt, ſedut monet [b] Innocentius, ita legibus ſeipſum conformare debet, vt de ſimilibus ſimilia eliciat, quæ aliorum quoque [c] eſt ſententia.

Iudex itaque in his pœnis arbitrandis maturè incedat, criminis naturam, grauitatem, atrocitatem, & circunſtantias omnes diligentiſſimè perpendat, & vt monet [d] Salzedo, Delinquentis perſonam, conditionem, gradum, conſideret. An ſolitus ſit delinquere, an cum aliorum ſcandalo deliquerit, an prouocatus, ac laceſſitus, vel ſponte, & ex libidine deliquerit: loca quoque, ac tempora patrati ſceleris diſcutiat, num in loco ſacro, aut profano, ſolúſne an cum ſocijs, quos ad crimen pertraxerit: an cum aliorum damno, & quali, & qualibus perſonis illato. Has omnes, atque alias delicti circunſtantias, quæ crimen augere, vel minuere poſſunt, Iudex haud ſemel, haud ſegniter animo reuoluere debet, vt in his iuſtè, & ſecundùm iura arbitretur.

a Bart. in l. relegat. §. ad tempus ff. de re iudic. Felin. in c. ſi cum col. 10. Menoch. cont. Illuſt. col. 14 n. 5. Clar. vbi ſup.

b Innoc. in c. qualiter. & qu. 2. col. fin.

c Bald. in Rub. C. de cōſt. pecuat. concil Tridenti. ſeſſ. 13. c. 1. de reform. Gomez li. 3. var. c. 6. nu. 7.

d Salzed. prac. c. 147. n. 2.

DE

DE HIS
QVAE FINEM IVDICII
Conſequuntur.

PARS VLTIMA.

De Iudicis recuſatione, & quibus ex cauſis ea fieri poſsit. Cap. I.

POSTREMAM tandem huius Directorij partem explicandam aggredior, in qua de Reorum appellationibus agendum eſt, quę poſt latam à Iudice ſententiam, abſoluto iam iudicio, nonnunquam à Reis interponi ſolent, vt Iudicij exequtionem ſuſpendant.

Hic verò de Iudicis recuſatione primum differere propoſitum eſt: nam etſi Iudex tam ante cauſæ initium, quàm in toto cauſæ ipſius progreſſu, cùm iuſta cauſa ſubeſt, à Reo recuſari queat: attamen cùm vtraque, & Appellatio, & Recuſatio ad idem genus ſpectent, quo Rei à Iudicis ſententia declinant: de ea non incommodè hoc loco agendum iudicauimus.

Id igitur in primis apud omnes certum, & indubitatum eſt, Iudicis recuſationem, quandocunque ea à iuſta, ac legitima cauſa fluit, non ſolùm in ſæculari foro, ſed apud ipſos quoque[a] Regulares in cauſis præſertim criminalibus rectam, ac legitimam cenſeri: quippe quæ ex naturali iure profecta ad neceſſarias Rei defenſiones pertinet: quæ eſt iuris vtriuſque doctrina[b]. Imò Iudicem facilitis quam teſtem recuſari poſſe, teſtantur[c] Gloſſa, & Menochius, eò quòd plura ad teſtem, quam ad Iudicem excipiendum requi-

a Victori. c. 26 nu. 4.

b C. ꝑ ſuſpecti 3. q. 5. c. ſecundo requiris de appell. l. apertiſſime C. de iudicijs. Couarr. l. pract. qq. c. 26. Card. Alex. in c. de accuſ. col. 41. v. venio ad ſeptimum 2. q. 1. Clar. ℔. 5. §. fin. q. 43. Menoch. l. 2. de arbit Iud. cont. 2. caſu 152.

c Glo. in c. quicunque ?. ?. q. 3. c. acuſatores 3. 3. q. 5. Menac. loco cit.

quirantur, vt inferius indicabimus.

Cæterùm ſi iuſta cauſa adſit recuſandi, nō ſolùm Iudex [a] Delegatus, ſed etiam quicunque ordinarius [b] in quocunque crimine, imò, & inquiſitor [c] ipſe in crimine violatæ Religionis, & Legatus à latere, & Prouinciale [d] Conciliū poſſunt recuſari: idq; non modo ante incohatam cauſam [e], ſed etiam in quocunque cauſæ ſtatu intermedio vſque ad diffinitiuam ſententiam: vt probat [f] Couarruuias.

Plures huiuſmodi cauſæ, quæ ad Iudicem recuſandum valent, à Doctoribus [g] referuntur, quarum potiſſimas ad nos ſpectantes huc adferre lubet, vt Iudices ab his cauere diſcant.

Prima Iudex [h] ſuſpectus, & inimicus data exceptione iure ipſo communi recuſari poteſt: Inimicitia vero ex ijſdem fere capitulis colligitur, quibus teſtes repelli ſolent, quæ Pegna [i], & Farinacius hoc ordine, ac numero recenſent, ijs tamen prætermiſſis, quæ Regularibus minimè conueniunt.

Primum cùm iudex minatus, vel conatus eſt Reum occidere, vel Reus Iudicem.

Secundum cùm alter alteri parauit inſidias.

Tertium quando Reus aliàs Iudicem, vel Iudex Reum accuſauit, aut contra ipſum depoſuit, aut deponere voluit in cauſa grauiſſima.

Quartum cùm Reus Iudicem aliàs in vinculis detinuit, aut graui contumelia affecit.

Quintum, ſi Reus aduersùs Iudicem, aut Iudex aduersùs Reum aliàs mouit quæſtionem de ſtatu, officio, ac Prælatura.

Sextum ſi Reus Iudicem aliàs in perſona, vel honore læſit, & è contra Iudex Reum.

Septimum cùm Iudex Reum aliàs pugno, baculo, ferro percuſſit, aut vulnerauit, & è conuerſo Reus Iudicem.

Octauum cùm Iudex amicitiam cùm Rei inimicis contraxit, vel nimis familiariter cum ijſdem conuerſatur.

His omnibus capitibus Iudicis Inimicitia aduersùs Reum præſumitur, quæ ſi probata fuerit, ad eundem recuſandum valet.

a Cap. poſtremo de appell.
b Cap placuit 2.q.6 c ſi quis 2 de foro compet. & c. ad hæc de appell. Glo. In c. ꝙ ſuſpecti 3.q.5. Hoſtien. tit. de recuſat. ꝗs recuſetur
c Direct. Inquiſ. 3.p. de recuſat. inquiſ.
d Nauar. conſ. 3 de appellat.
e C. ꝙ ſuſpecti 3.q.5.
f Couarr. l. pract. qq. c. 26. nu. 2.
g Specul. tit. de recuſat. Ioannes Ferra. trac. de recuſat. Hoſtienſ. in ſum. eodē. tit. & quæ ſunt iuſtæ cauſæ. Nauar. in c. ſi quādo de reſcrip. c. 10. nullit Ghisl. de Iudic. Regul. c. 14. de Iud. recuſat.
h c. ꝙ ſuſpecti 3.q.5. c. ſuſpicionis de off. de leg. c. cum ſpeciali de appell. c. cū oporteat de accuſat. Couar. l. pract. qq. c. 26. Nauar. loco cit.
i Pegna cōm. 116. in 3. p. Director. Inquiſ. Farin. q. 49. n. 1. & ſeqq.

Secunda qui infamis [a] eſt infamia iuris, aut facti; Qui criminoſus [b]. Qui ſurdus [c], aut mutus, Qui perpetuò furioſus [d], Qui ab officio [e] amotus, Qui excommunicatus [f], Qui Dominus [g] aduerſarij, aut illius conſanguineus, ſiue affinis, Qui illiteratus [h] eſt, adeo vt neceſſaria ad iudicandum iuriſperitia careat. Hi omnes iuſtæ Reorum recuſationi obnoxij eſſe poſſunt.

Tertia recuſari [i] poteſt Iudex, qui parti nimium familiaris eſt, aut nimiùm fauet.

Quarta, qui modum [k] excedit in exequendo, quod ſæpe contingit, quando vel teſtes, cùm opus eſt, non admittit, vel modum, ac menſuram in tortura non ſeruat, vel delegatam poteſtatem vltra delegationis metas extendit.

Quinta, [l] qui ordinem iuris non ſeruat in his præſertim, quæ iuri neceſſaria, ac ſubſtantialia ſunt: velut in modo procedendi in teſtibus examinandis, admittendis, cogendis, excipiendis, in defenſionibus Reo exhibendis, atque alijs huiuſmodi.

Sexta quando crimen per viam accuſationis agitatur, Iudex eiuſdem vrbis, vel oppidi, vel patriæ cum accuſatore, vel Reo recuſari poteſt, præſertim cùm pars altera extra patriam fuerit. Amicus enim partis, cuius conciuis, aut compatriota eſt, præſumitur.

Septimo iudex [n], a quo in alia cauſa à Reo appellatum fuit, vel quã Reus aliàs recuſauit, iterũ recuſari poteſt, ea præſertim ratione, quòd vel inimicus, vel ſuſpectus cenſeatur.

Octauo ſi iudex [o] ante ſententiam in fauorem alterius partis votum ſuum propalauerit, vel vbi innotuerit partem eum recuſare velle, eidem minas tentauerit: legitime recuſari poteſt, cùm eo ipſo ſuſpectus habeatur.

Poſtremo cùm [p] propoſita ante iudicem recuſationis cauſa, iudex eam minimè examinare voluerit, ſed in cauſa vlteriùs proceſſerit, non ſolum recuſari meretur, verùm, & omnia ipſius acta poſt recuſationem oblatam nulla, ac irrita redduntur, tametſi cauſa eidem delegata fuiſſet omni appellatione remota.

Plures huiuſmodi Recuſationis cauſas ſilentio prætereo,

a C. 1. q. 7. c. ſciſcitatus de reſcrip. c. inter dilectos de exceſſ. Prælat. c. inſinuãte de off. deleg.
b 3. q. 7. c. 1. c. ſciſcitatus de reſcrip.
c Gratia 3. q. 7. §. tria ſunt Tabien. & Armil. v. Iudex
d Gloſſ. 3. q. 7. cap. 1. v. & qui perpetuo.
e Grat. loco ci. & Gloſ. ibid. v. amotus.
f C. decernimus de ſen. excõm. in 6. Sõcin. in c. ſacris eod. tit. n 241. Tab. Syl. Armil. vbi ſup.
g c. cauſam de off. deleg. Gloſ. cap. accuſatores 23 q. 5.
h c. ex litteris de conſanguinit. & affinit. Gloſ. c. ſciſcitatus cit.
i c. ad hæc de reſcrip. & c. cũ R. de off. deleg. c. accedẽs 2. vt lite nõ cõt. Naua. ĩ c. ſi quãdo de reſcrip. cauſ. 10 nullit. n. 5.
k c. ſuper quæſtionum § 2. de of. deleg. Steph. de recuſ. n. 73. Nau. loc. ci. n 6.
l Direc. inqu. 3 p. de recuſat. Pegna cõment. 30. & 31.
m c. accedens 2. vt lit. nõ cõt. Gloſ. ibi c. accuſat. 3. 3. q. 5.
n c. adhuc 1. & c. propoſuit de appell. Gloſ. c. accuſatores 3. 3 q. 5. Nauar. loco ſupra cit.
o Cæſar de Graſ. deciſ. 91. n. 5. & 9.
p Idem Graſ. loco cit. n. 9. & 11.

co quòd ad ſæculare potiùs, quam Regulare forum ſpectent.

Cæterùm modus recuſationis à iure præſcriptus hic eſt [a]. Vt primùm coram iudice probabilis ſuſpicionis cauſa in ſcriptis proferatur. Quòd ſi dubia cauſa extiterit iudex, & recuſans, quiſque virum probum, ac prudentem ſibi eligat, qui de cauſa ipſa, probabilis ne, an improbabilis, admittenda, vel reijcienda ſit, iudicent. Intereà iudex ſi proceſsũ nondum inſtituit, ab eo abſtineat, ſin cauſa iam inchoata fuerit, in ea vlterius non procedat, donec de cauſa recuſationis iudicatum fuerit. At ſi arbitrarij Iudices inter ſe diſſentiant, ipſimet tertium eligant, cuius [b] dictum irrefragabile erit, & firmiſſimum robur obtinebit [c], Ab eo ſi cauſa probata fuerit, iudex Rei cauſam alteri deleget, vel recuſantem ad Superiorem iudicem tranſmittat, ſin ab ipſo improbata extiterit, incœptam cauſam proſequatur.

Id tamen animaduertat Iudex, quod in caſu recuſationis Reo [d] Iudex de illius conſenſu tribuendus eſt, cuius rei ea ratio eſſe poteſt, quòd Reo [e] magis, quam Actori iura fauent. Denique poſt iuſtam recuſationem Iudici omnino à cauſa abſtinendum eſt: nam cùm à iure tunc Iudicis in ea cauſa procedendi poteſtas ſuſpendatur [f] quicquid poſt probatam recuſationem in ea cauſa præſtat, vanum, ac inane eſt.

[a] c. inter Monaſterium de re iudicata c. cũ ſpeciali & c. 2. ecularis de appell. l. apertiſſime C. de iudicijs. Hoſtienſis Panorm. & reliqui DD in c. quoniam contra de prob.
[b] c. ſuſpicionis iuncta gloſ. de off. iud. deleg. c. cum ſpeciali de appell.
[c] d. c. cũ ſpeciali iuncta gloſ. & c. ſuſpicionis cit. verſ. àd quos omnia.
[d] c. iudicet 11. q. 1. Gloſ. ibidẽ.
[e] L. fauorabiliores ff. de reg. iur.
[f] Nauar. in c. ſi quando c. 10. nullitat. n. 10. Gloſ. in c. quoties 2. q. 6. & c. quod ſuſpecti 3. q. 5.

De Appellationibus quo iure introductæ fuerint, & quibus, & quando liceat, vel non liceat appellare. Cap. II.

APPELLATIONVM ius adeò apud omnes ſacroſanctum haberi ſolet, vt cùm ex ipſo naturali iure, quo, & iniquorum iudicum inſidias declinare, & ſe ab iniuſtis ſupplicijs eripere, cuique inſitum eſt, profectum cenſeatur: nulli neque Principi maximò, neque Regularium generalibus, aut ſupremis quibuſcunque iudicibus illud violare liceat. Omnibus quidem

iuris

uris vtriuſque peritis exploratum eſt duo quædam in appellationibus diſtingui, nimirum ipſam Appellationis tum ubſtantiam, tum formalitatem: hæc quidem à poſitiuo iue fluit, illa verò ipſum naturale, ac gentium ius parentem iabet: quo fit, vt tametſi Principes, ac ſupremi iudices, juod in appellationibus ſuum ac poſitiui iuris eſt, nempe pſam Appellationis formalitatem, quæ Appellationi temnis, ac modum præſcribit, tollere, ac mutare queant: ipsā amen Appellationis ſubſtantiam, quæ ad legitimas Rei de enſiones ſpectat, quáue iudicium malitia corrigitur, & nnocentum cauſæ ab oppreſſione vendicantur, prorſus uellere nequeant, vt paſſim iura [a] tradunt, & Abbas, elinus, Couarruuias, Paz, Sylueſter Armilla, & alij Do tores affirmant.

Poteſt equidem ſupremus iudex in aliquo caſu, cauſa id oſtulante, iubere, vt omni amota appellatione in aliqua uſa ab inferiori iudice procedatur: eò quòd vel crimen a notorium ſit, vt Appellatio ad euitandas potiùs ſcelerū enas, quàm ad innocentiam tuendam à Reo interpoſita deatur; vel Appellatio à iure tunc interdicta ſit. Quibus, l alijs ſuffragantibus cauſis, nulli dubium eſt, Appellatiom à Reo iuſtè remoueri poſſe. Verum lege lata omnem udicijs Appellationem auferre non tam naturali, quàm ſi quoque [b] poſitiuo iuri contrarium eſſe exiſtimandum t, præterti m cùm Appellatio iuxta Sacri [c] Concilij Trintini placitum ideo inſtituta ſit, vt ad innocentiæ præſium remedium foret. Hinc etiam Apoſtolus Actorum .. Cæſarem appellauit: quo fit vt in ipſis quoque Regula im cauſis appellatio, quæ ſecundum Eccleſiaſticas leges ſta, ac legitima cenſetur, Reis denegari non debeat: quod pridem à ſacra [d] Illuſtriſſimorum Cardinaliū Congretione ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium defitum fuit, ac Decreto ſancitum, quo ordine Regulares ſuis Appellationibus progredi debeant, Caueant tamen gulares nè ad iudicium effugiendum à iuſta Iudicis ſenteᵹ (cùm de iuſtitia illis conſtat) ad iudicem ſuperiorem pellent, eo enim ſe mortifero peccato inuoluunt, vt dot D. Thomas [e].

a Clem. Paſtoralis de re iud. l. defenſionis facultas C. de iure fiſci c. cum inter de excep. c. eorum 11. q 3 Abbas & Feli. in Rub. de appella t. Conarr. c. pract. qq. 5. c. 23. n. 6. Paz in praxi 10. 1. p. 6. in proemio n. 7. Sylu. & Armil v. appellatio.

b c. ſacri Canones. c Paſtoralis de appel. c. omnis oppreſſus 2. q 6.

c Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1.

d Decret S. Cōgreg. ſuper negot. Epiſ. ar. 1582. in comp. priuil. v. appellare.

e D. Tho. 2 2. q. 69. ar. 3.

Id quoque iure Canonico ſibi interdictum addiſcant, quod etiam noſtris conſtitutionibus cauetur [a]: Ne à Superiorum correptione, quæ ſecundum regularia inſtitura fit, ſi ea modum nō excedat, cuiquam liceat appellare. Cùm enim Prælatus in ea non iudiciali, ſed paterno tantum pœnarum modo procedat, quæ vt plurimum leues eſſe ſolent: planè non tam turpe, quàm à Religioſi ſtatus perfectione diſſentaneum eſt, in his appellationem interponere, in quibus maximè Religioſa patientia elucere debet.

Cùm igitur apud omnes inconfeſſo ſit, cuique, qui ſe iudicis ſententia, aut certa, aut probabili ratione læſum credit, liberum fore, vt ad Superiorem iudicem prouocet: vt poſt D. [b] Thomam cæteri quoque Doctores vno ſenſu affirmant: iam illud indagandum eſt, quando ſcilicet Reo liceat, aut non liceat appellare.

Principio quoniam Appellatio iuxta Panormitani [c], & aliorum ſententiam nihil aliud eſt, præterquam Prouocatio à minori iudice ad maiorem: (quod Appellationi adeò eſſentiale, & intrinſecum eſt, vt ea ad minorem, vel æqualem Iudicem fieri minime poſſit [d]: vt ipſo iure ſtatutum eſt) planè id omnibus exploratum eſſe debet, neminem à Supremo Iudice, qui Superiorem nullum agnoſcit, appellare poſſe, atque adeò neque à Principe, neque à Papa appellationem dari. Quod quamquam ita ſit: Qui tamen horum ſententia ſe grauatum crederet, ſupplicatione vti poſſet à iure [e] conceſſa, qua ab eodem iudice peteret, ſuā cauſam ab ipſomet vendicari, ac ſuæ indemnitati prouideri. Hanc autem ſupplicationem non ſolùm Principi, aut ſupremo iudici, à quo appellari non poteſt, ſed etiam iudici inferiori offerre cuique liberum eſt: ſi ab eo appellare prohibeatur [f]. Iudex verò vbi huiuſmodi ſupplicationem intra decem dies poſt diffinitiuam ſententiam in ſcriptis oblatam acceperit: à ſententiæ executione abſtinere debet, donec perluſtrato iterum proceſſu, ac diligentius examinata cauſa ſententiam aut confirmauerint, aut moderatus fuerit, vel etiam reuocauerit.

Huic, & alij caſus accedunt, quibus Reo minime appellare licet: Primus eſt, ſi Reus de crimine conuictus illud etiā

ſponte

a C ad noſtrā c. reprehenſibilis, & c. cū ſpeciali de appell.

b S.Tho. 2. 2. q. 69. ar. 3. Tabien. Ang. Syl. v. Appellatio. Say. in Cla. reg. l. 12. c. 17. Valē. to. 3. cōm. diſp. 5. q. 13. p. 3.

c Panor. tub. de appell. n. 3.

d arg. c. 2. de cōſuetud. in 6 & l. 1 §. ſi quis in appellationem ff. tit. eod.

e L. 1. C. de ſēt. præf. præt. l. ſi quis, & in authentica, quæ ſupplicatio C. de pceſſ. imp. off. Speculum in tit. de ſupplicat. §. 1. & per totum

f Menochius l. 1. q. 70 n. 24. Farin. q. 17. n. 82.

Digitized by Google

ſponte in iudicio confeſſus fuerit: iudicialis enim confeſſio Reo ius appellationis adimit: vt [a] iure ipſo ſtatutum eſt, & Doctores concordant, dummodò confeſſio per errorem, vim, aut metum non probetur facta. Huiuſmodi enim cõ feſſio, cùm nulla in iure habeatur, Reo non nocet, neque appellationem [b] tollit.

Secundus eſt in crimine notorio, cùm crimen ex ipſa facti euidentia omnibus eſt manifeſtum: crimino ſo enim manifeſto omnis appellandi via intercluditur à [c] iure: vt tradũt [d] Ananias, Clarus, & Carrerius.

Tertiùs eſt in crimine Hæreſis. Hæreticis namq; ab inquiſitorum diffinitiua ſententia appellare non licet: vt expreſsè habetur [e] in iure.

Quartus eſt in omnibus caſibus, in quibus Reus à iure præſumitur confeſſus, appellare etiam prohibetur: vt ſi iudici legitimè interroganti reſpondere nolit, ſi ſit contumax, quamdiu in contumacia perſiſtit: ab appellatione arcetur: vt [f] nouiſſimè Illuſtriſſimorum Cardinalium ſacræ Congregationis ſuper negotijs Epiſcoporum decreto ſancitum fuit. Denique [g] cum Reus condemnatur ex præſumptione iuris, & de iure omnis illi Appellationis aditus præcluditur: Præſumptio verò iuris, & de iure ea eſt, quæ factum veriſſimum, ac certiſſimum ſupponit: vt probat [h] Menochius.

Quintus cùm Reus iudicis ſententiam acceptauit, atque eidem propria manu ſubſcripſit: ab ea quippe appellationem amplius declinare non poteſt: vt notat Veſtrius [i].

Sextus. Poſt decem dies à ſententiæ publicatione tranſactos nemini licet appellare [k]: Iure enim canonico ſtatutũ eſt, vt qui appellare volunt, intra decem dies poſt ſententiæ probationem appellent; niſi abſentes fuerint [l]: quo in caſu decem dierum terminus ab ea die inchoari debet, quo latæ ſententiæ notitiam habuerint.

Septimus poſt tertiam appellationem nemini vlterius appellare fas eſt. Nam & ſi olim [m] iure cautum fuerit, ne ſuper eadem cauſa tertio appellaretur: & in codice extet titulus, ne ſuper eadem cauſa liceat tertio appellare: nunc tamen vſus, & conſuetudo obtinuit: vt notant Sotus [n], Sa-

a l. 2 C. quorũ appe. nõ recip. Imola in l. fin. §. iuſſus n 3. ff. de appell.
b Beious in c. atti Clerici de iudic. n 126 Farin q. 51. n 97.
c C cum ſit Romana cap. peruenit c. cũ ſpeciali § porrò extra de appel.
d Anan. in c. quam pernicioſũ extra de vſu. Clar. q. 94 n. 1. Carr. in l. 2. §. 2.
e C. vt inquiſitionis § vt quæ de Hæret. in 6.
f Decret. San. Congreg. apud Bertũ in prax. crim. tit. 27. de appell. c. 3.
g Bald. in l. ſi quis adulteri C. de adul. not. 2. Marſil. in l. 1. ver item C. de rap. virg.
h Menoch l. 5. præſumptionũ præſump 10.
i Veſt l. 7. cap. 3. nu. 16
k c. anteriorũ 2. q. 6 S Tho 2. 2. q. 69. ar. 3. Sũmiſtæ in verbo appella.
l C quomodo & quando Iudex l. ab eodẽ ff. de appell. l. 1. §. fin
m C directe. & cap. tua nobis de appell.
n Sot. de iuſt. & iur. l 5. q 6. ar. 3. Salon 2. 2. q. 69 ar. 3 Valẽ. 10. 3. diſp. 5. q. 13. p. 3. Sayr. cla. Reg. l. 12. cap. 16.

lon, Gregorius de Valentia, Sayrus, & alij, quod ter appellare liceat, vbi ſententiæ iuſtitia dubia fuerit, & Reus nouam fortaſſe iuris, aut facti rationem proferre voluerit, quam coram alijs iudicibus non propoſuerit. At poſt tertiam appellationem nemini quocunque prætextu appellare licet: ne cauſæ longiùs quàm par eſt, protrahantur.

Octauus Reo appellare non licet, cùm cauſa à Superiore Iudice ita delegata eſt, vt ea, omni appellatione remota, ab inferiori terminetur. In quo tamen illud obſeruandum eſt, huiuſmodi clauſulam omnem appellationem à Reo nō auferre, ſed eam tantummodò, quæ à iure expreſsè non ceditur: vt patet ex cap. Paſtoralis de appellat.

Sunt enim quædam appellationes, quæ in iure expreſsè conceduntur: veluti ſi iudex recuſationem conſanguinitatis Reo nollet admittere, ſi partes citaret ad locum non tutum, ſi cogeret Reum cauſam dicere ſub Delegato ſuſpecto, & alij complures caſus enumerari poſſunt, de quibus latè apud Gloſſam in d. c. Paſtoralis v. expreſsè, & in cap. vt debitus honos de appell. v. abſque rationabili cauſa differitur, quibus expreſsè à iure appellandi Reo facultas datur.

Quædam quoque appellationes ſunt, quæ à iure prohibentur, quales ſunt friuolæ, ac vanæ appellationes, quæ ad iudicium effugiendum, aut differendum fiunt, atque illæ omnes de quibus hactenus diſſeruimus.

Aliæ tandem appellationes ſunt, quæ nec à iure reprobantur, nec expreſsè ab eo conceduntur: quales ſunt, quæ ex probabili tantum ratione, & coniectura, non certitudine imminentis damni à Reo interponuntur, & aliæ, quæ in iudicijs poſſunt contingere, de quibus nulla apud iura mentio fit.

Porrò cùm in delegatione apponitur, vt iudex, omni remota appellatione procedat: eas tantùm appellationes excludit, quæ vel in iure prohibitæ, vel à iure non conceſſæ reperiuntur: vt ex ipſis Pontificis verbis perſpicuum eſt, quibus in [a] Decretali vtitur ita ſtatuens. Quæſiuiſti vtrùm quando inhibetur appellatio in reſcripto, fruſtratoria tantùm inhibita videatur. Nos igitur attendentes, quòd per appellationem fruſtratoriam, etiam ſi non fuiſſet inhibita,

[a] C. Paſtoral. appell.

nego-

negotium non debeat impediri: reſpondemus, quòd quælibet Prouocatio intelligitur remoueri, quæ à iure non indulgetur expreſsè: quo fit, vt clauſula illa, legitimas, & à iure probatas appellationes, non expellat.

Nonus cùm pœna legis per ſententiam iudicis infligitur, ab ea appellare nemo poteſt [a]: cùm enim lex iuſtam pœnam decernat, nullum ex ea Reo grauamen inferri poteſt, propter quod appellare queat. Quinetiam Iudex, qui aduersùs legem huiuſmodi appellationi deferret, legis corrector, non cuſtos euinceretur. Nihil tamen prohibet, quin Reus à iudicis declaratione, ſi quando eam iniuſtè factam crederet, appellare queat: neque enim ideſt à pœna legis, ſed à iudicis declaratione appellare, quæ interdum iniuſta eſſe poteſt.

Decimus à ſententia iudicis arbitri nulli fas eſt appellare: vt habetur [b] in iure conſtitutum, cùm partes in ipſum cōſenſerint, niſi iudices inter ſe eſſent diſcordes: quo in caſu tertius eligitur, à cuius ſententia pars prouocare non poteſt: vt notat [c] Sayrus.

Vndecimus qui dilationis tantùm cauſa appellant, nec vllam iuſtam cáuſam appellandi proferunt, audiri non debent, vt conſtat ex cap. quicunque 2. q. 6.

Poſtremò à ſententia interlocutoria poſt Concilium Tridentinum nulli appellare fas eſt, niſi damnum, ac grauamen contineat, quod per diffinitiuam reparari minimè queat [d]. Id expreſsè in eodem Concilio decretum legitur: quamquam, & ante Concilium [e] in iure ſtatutum haberetur. Quod ſi damnum inferat per diffinitiuam ſententiam à qua appellari poteſt, irreparabile: cuiuſmodi tortura eſſe ſolet, ab interlocutoria quoque ſententia cuiq; liberum erit appellare, dummodò iuſta id de cauſa fiat.

Quapropter caueăt Rei, ne Appellationis remedio, quod ad innocentiæ tuendæ præſidium inſtitutum eſt, ad iniquitatis defenſionem, & iuſtæ ſententiæ euerſionem, aut dilationem abutantur. Nam vt D. Bernardus ad Eugenium ſcribit. Qui non grauatus appellat, manifeſtè liquet, quòd aut grauare intendit, aut tempus redimere. Cùm enim humanum, ac diuinum iudicium lædant, grauiorem vtriuſq; Iu-

dicis

[a] L. ſi qua pœna ff. de verb. ſignif. & c. quia nos de appell.

[b] C. à Iudicib 2. q. 6.

[c] Say. l. 12. c. 16

[d] Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de reform. & ſeſſ. 24 c. 20.

[e] L. 1. ff. de appell. l. ante ſententiæ C. quorum appell nō recip. l. 13 tit. 25. p. 3. & in l. 3. tit. 18. lib. recop.

Digitized by Google

dicis damnationem ſibi adeiſcunt, diuini quidem, dum moralem culpam contrahunt: humani quoque dum iniuſtè appellantium pœnis a iure [a] conſtitutis ſe obnoxios reddunt.

a c.quicunque & c.omnino 2. q. 6.

His itaque caſibus, quibus omnis à iure Appellatio interdicta eſt, exceptis: quiſquis Iudicis ſententia iniuſtè ſe oppreſſum agnoſcit: iniquum iudicium vtique per Appellationem declinare poterit: niſi Chriſti Domini, ac cœterorum Martyrum exemplo ipſum quoque iniquum iudicium (ſi tale in Regularium foro inueniri poteſt) ſubire, ac ſuſtinere malit quod maximè Religioſos, ac Minores Fratres decet, qui Chriſti imitationem Euangelicæ vitæ inſtituto profitentur: quibus ſanè nec ipſe Deus deerit, & iuſtitiæ vindex, & innocentiæ cuſtos, & reſtitutor.

De modo in Appellationibus ſeruando, & Iudicis obligatione. Cap. III.

APPELLATIONVM duo eſſe genera nimirum iudiciale, & extraiudiciale in primis ſtatuendum eſt. Iudiciale eſt, cùm ab inferiori ad Superiorem Iudicem ob iniquam ſententiã cauſæ in iudicio prouocatio fit. Extraiudiciale verò illud appellatur, quo præſens, aut imminens damnum ab inferiori Iudice inferendum ad Superiorem Iudicem per modum grauaminis extra iudicium defertur, vt illud impediat.

Prior quidem, quæ Iudicialis Appellatio dicitur, ſi iuſta, ac legitima fuerit, pronunciatum, ac inferioris Iudicis iuriſdictionem in ea cauſa ſuſpendit, & cauſæ cognitionem ad Superiorem Iudicem transfert: vt fuſim inferiùs explicabimus. Altera vero, quæ extraiudicialis Appellatio nuncupatur, ſi probabile, ac veriſimile damnum prætulerit, ita cauſæ illius cognitionem ad Superiorem Iudicem tranſmittit, vt ab inferiori penitus non auferat, neque illius iuriſdictionem in ea cauſa ſuſpendat: ſed id tantùm præſtat, vt ea pendente, nihil in Rei præiudicium ab inferiori Iudice

atten-

Digitized by Google

attentetur: quæ omnia ex ipſo iure perſpicua ſunt [a].

Primùm quòd ad extra iudicialem Appellationem ſpectat, cum ea extra iudicium fiat, nulla in ea iuris ſolemnitas, præterquàm ipſa Rei querela, aut verbo, aut ſcripto porrecta exigitur. At in Appellatione iudiciali, quæ ſola vera, ac ſolemnis Appellatio eſt, modus à iure ſtatutus ſeruari debet.

Primò quòd [b] Appellatio non per ſaltum, aut omiſſo medio, ſed gradatim fiat [c] præterquàm ad Romanã ſedẽ, ad quã omiſſo medio, cuiq; immediatè appellare licet [d]. Ordo vero Appellationis nouiſſimè à ſacra Illuſtriſſimorum Cardinalium congregatione ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium præſcriptus hic eſt: vt à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Illuſtriſſimum Protectorem, à Protectore ad præfatam ſacram Congregationem, tum ad Summum Pontificem appelletur. Quem Ordinem noſtri quoq; Ordinis Conſtitutiones decreto proſequuntur. Veruntamen etſi Reis tam noſtra, quàm Illuſtriſſimorum Cardinalium Conſtitutione libera, tum ad Illuſtriſſimum Protectorem, tum ad ſacram Congregationem, tum ad Summum Pontificem appellandi facultas tribuatur: id tamen animaduertere debent, nè in leuibus cauſis ea facultate vtantur: vt monent [e] Aragon, Salon, Bannes, Valentia, & Sayrus poſt Sotum: cùm id vix in grauiſſimis cauſis ipſis cõceſſũ fuerit [f]. Ad Sæcularium verò quorumcũque extra Religionem tribunalia prouocare ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto, incurrenda Gregorij decimitertij Conſtitutione interdictum eſt.

An verò ſi quis, hoc ordine non ſeruato, per ſaltum appellet, ſtante hoc Decreto, Appellatio ipſo iure cenſeatur nulla, alij affirmant, alij negant. Qui affirmant hac innititur ratione, quòd ſi ea Appellatio eſſet valida, Decretum in ordine ad finem, & effectum eſſet fruſtratorium: finis enim Decreti, is eſt: vt huiuſmodi Appellationes è medio tollantur; quòd ſi poſt Decretum ad huc viuunt, & valent, quorſum lex illa ſancita fuit, quæ ſuo fine fruſtratur? Qui verò negant, communem illam Iuriſtarum rationem ſibi

vendi-

a cap. conſtitutus de appell.

b c. omnis oppreſſus cap. licet 2 q. 6. & gloſſ ibid.

c c. quoties, & c. ad Romanã 2.q.6.c. ſi duob. de appell. Nau. conſ. 2 de appell n. 1. Pegna commento. 31. in 3. p. direct. v. quod ſi.

d Decret S. Congreg. anni 1587. apud cõpend. Priuileg. v. appellare, & Ghisl. cap. 15. nu 59.

e Arag. 2. 2. q. 69. ar. 3. Salon & Bannes ibid. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 13. p. 2. Sayr. l. 12. c 17. n. 42. Sot. l. 5. de iuſt. & iur. 46. ar. 3.

f Cõpend. Priuil. Fra. Miner. v. appellare.

vendicant, quòd ſcilicet legis prohibitio per ſe facti nullitatem non inferat; neq; enim, quæ lege aliqua prohibentur, ſtatim ipſa legis prohibitione nulla ſunt, ſed tantum prohibita cenſentur: tritum ſi quidem eſt apud Iuriſperitos axioma, multa facta tenere, quæ de iure fieri non poſſunt, quo fit, vt nullitas facti tantummodò, vel ex Rei materia, quæ interdum per ſe mala, ac damnabilis eſt, vel ex ipſa Legis declaratione, ſi indifferens fuerit, emanare debeat.

De hac quæſtione quid in iure decretum ſit, in primis aperiendum eſt: ſi quidem in cap. Delicti. de Appellationibus Honorij tertij decreto ſtatutum legitur, Appellationem, quæ non gradatim, ſed omiſſo medio interponitur, nullam eſſe. At Gloſſa ibi id ex communi Iuriſperitorum ſententia intelligendum eſſe ait, ſi illi à parte opponatur exceptio: exceptione enim data, Appellatio, quæ per ſaltum fit, irrita cenſetur. At verò ſi nulla Exceptio à parte oppoſita fuerit, Appellationem huiuſmodi valere ex Innocentio, Hoſtienſe, & Ioanne Andrea confirmat.

Verùm in noſtro Regulari foro huiuſmodi Appellationem nullam abſolutè cenſendam eſſe, ſingularis, quæ ad nos tantummodo ſpectat, ratio perſuadet: cum enim præfatus Appellationum ordo à noſtris Conſtitutionibus, quæ iuriſgentium apud nos vim ſibi vendicant diſertis verbis præſcriptus fuerit, ac proinde ea Conſtitutione, via Appellationibus, quæ hoc ordine non fiunt, penitus intercludatur: huiuſmodi Appellationes prorſus ſublatæ cenſentur, ea præſertim ratione, quòd ea, quæ vel aduersùs ordinis ſtatuta, vel Prælatorum obedientiam apud Regulares fiunt, pro nullis, ac nullius roboris iure ipſo muncipali haberi debeant.

Id verò magis locum habere debet in his, quæ aduersùs Eccleſiæ præcepta à Regularibus attentantur. Quamobrē cùm Sacræ Congregationis decreto ſancitum fuerit, ne Rei alio quàm ab eo præſcripto ordine ſuas Appellationes proſequantur, quo ſanè Regularium conſcientiæ ligantur, vt abſque graui culpa illud præuaricari nequeant: Quo pacto ratum, ac firmum illud haberi poteſt, quòd publicè contra Pontificiam legem, ac Deum, qui iuris conſcientiæ auctor

eſt,

eſt, deniq; contra conſtitutum audetur. Ex quo id tandem inferre licet Appellationes huiuſmodi, quæ per ſaltū fiunt, non ſolùm à lege damnatas, verùm & ipſo iure municipali apud nos irritas eſſe.

Prętereà ad iuſtæ Appellationis modum ſpectat, quòd appellans in criminalibus intra decem dierū ſpatium, libellum appellatorium in ſcriptis Iudici porrigat, in quo, & Appellantis, & Aduerſarij, & Iudicis à quo, & Iudicis ad quem nomina vnà cum Appellationis cauſa, & grauamine per ſententiam illato, exprimantur [a]: vt in iure ſtatutum eſt [b]. Nec ſat eſt cauſam grauaminis generaliter exponi: vt ſi quis de omni grauamine quòd in ea cauſa illi obtingere poſſit, appellet: vaga enim, & generalis huiuſmodi Appellatio à iure reijcitur, ſed certa, & determinata appellationis cauſa exponenda eſt [c]: vt iura decernunt. Tū verò intra triginta dies à Iudice à quo Apoſtolos, vel Dimiſſorios, vel reuerentiales literas: nimirum ad Iudicem ad quem directas petat [d]. Quòd ſi intra id tempus Apoſtolos nō petierit, non obſtante libelli appellatorij porrectione, iuri Appellationis renunciari præſumitur [e].

Apoſtoli verò litteræ illæ in iure nuncupantur, quę à Iudice, à quo prouocatur, ad Iudicem Appellationis ad inſtantiam Appellantis dantur: quibus Appellationis admiſſio continetur: qui tum Refutatorij, cùm Iudex appellationem interpoſitam non admittit, tum Dimiſſorij, cùm appellationi defert: tum reuerentiales, quando ob ſolam Iudicis ad quem reuerentiam à Iudice à quo conceduntur, tum teſtimoniales, tùm à viro graui coram quo propter metum Iudicis, à quo prouocatum eſt, tribuuntur, noto apud Iuriſconſultos nomine appellantur. Nam vbi iuſtæ Appellationi à Iudice non defertur, ac illius violentia timetur [f], iure ipſo Appellanti conceditur, vt tanquam iuſte appellans Apoſtolos ab aliquo honeſto viro ſuæ Appellationis teſtimoniales petat.

His tamen, quæ de iure communi in appellationibus obſeruanda ſunt, apud Regulares, qui ſummariè, & de plano, iuris apicibus prætermiſſis in cauſis procedunt, adamuſim inhærere haud neceſſe eſt: vt notat Ghiſlerius ex cap. Qua-

a L. 1. §. fin. ff. de appell. in 6. c. cū ſit Romana de appell. c. vt debitus, & c. cauſam eod. tit.
b C. vt debitus honos, & cap. cū ſpeciali de appellat.
c C. conſuluit 2. de appell.
d C. ab eo de appell. in 6. l. nonnulli de appellat. gloſ. in c. cordi, & in c. quāuis eod. tit. i Clem. & in c. poſt appellationem 2 q. 6
e C. de appell. l. nonnulli.
f L. eum quidā ff. de appell. c. fin eod. tit. Syl. v. appellatio n. 13. Mirand ord. iud. q. 30 ar 8. Ghiſl. c. 15. n. 45.

Digitized by Google

liter, & quando 2. de accuſationibus §. fin. quibus id ſufficere debet, vt appellationem intra decendium eo modo, ac forma, vti ſuperiùs dictum eſt coram Iudice à quo porrigant, tum verò Apoſtolos ad Iudicem ad quem prouocatum fuerit quamprimùm mittāt. Iudex tamen à quo tempus appellationis proſequendę appellanti pręfigere poterit, quo elapſo, ſi appellationem proſequutus non fuerit appellās ab appellatione cadit. Iudicis verò ad quē partes erūt causā pro Rei exigentia, ac tēporis opportunitate deffinire.

Hic tamen admoneo. Si à Iudice Subdelegato appelletur appellationē non ad Delegatū, ſed ad Delegātē fieri debere: præſertim ſi tota cauſa ſit delegata [a]: nō autē ſi pars tātū cauſę: tūc enim appellatio ad [b] ſecūdū Delegātē ſpectat.

Caueant tamen noſtri appellantes, nè abſque Superiorū ad quos ſpectat, licentia, iter ad iudices appellationum arripiant, vel ſub quouis quæſito colore recurſus ad Sacram Congregationem, vel ad ſummum Pontificem aduersùs eorum Superiores ſine Generalis Miniſtri, aut Illuſtriſſimi Protectoris facultate ad Romanam vrbem accedant. Id enim ſacræ Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregationis ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium Decreto, nec non Clementis Octaui conſtitutione ſub grauiſſimis pœnis illis interdictum fuit: ſed ſicubi appellauerint, ijs, quæ de iure ſunt, obſeruatis ad iudices appellationum ſcribant, vel impetratos Apoſtolos mittant, tū eorū reſcriptū expectent.

Cæterū quòd ad iudicū obligationē attinet, iura oīa, quæ iuſtam Appellationē Reis concedunt, ipſos quoque iudices obſtringunt, vt in caſibus, quibus ſecundū iura illis appellare fas eſt, appellationes admittant, & Apoſtolos concedāt: qui enim vel in odiū Rei, vel praua aliqua animi paſſione ducti in his caſibus iuſtæ appellationi non deferunt: iuxta cōmunē Doctorū ſententiā [c] mortifero ſe peccato illa queant, nec non ex iuris diſpoſitione [d] pœna digni iudicantur.

Veruntamen in hac re diſtinguendum eſt. Nam appellatio per Reum interpoſita, vel eſt euidenter legitima, vel euidenter friuola, ac fruſtratoria, vel dubia; ſi euidenter legitima fuerit, profectò Iudex omnino illi deferre debet, ſi enim non deferat, à culpa, ac pœna iuris, quę eſt pri

a Extra. de off. deleg ſap. quęſt § porro ff. quis & à quo appel. l. 1.

b Cap qui pro ſua iuriſdict l. 1. ff. quis & à quo app. l. fin.

c Nau. in Mā. c. 25. n. 13. & 15 Mirād. ord iud. q 30. ar. 12 cōc. 3 Ghisl. de iud. reg. c. 15 n 44.

d C. Decret. 2. q. 6. c. de priore de appell. cat. & c. 1. eod. tit. in 6. l. quoniam ff. eod. tit. Nau. conſ. 1. eod tit. & conſ. 4. n 6 l. 1. Menoc. de arbit. iud. l. 2. cōc. 4. caſ. 368.

uatio

uatio officij, excuſari non poteſt, quæ à Superiori iudice illi infligenda eſt. Si verò Iudex eam apertè vanam, ac fruſtratoriam, nec vlli rationabili cauſę innixam animaduerterit, putà quia Reus poſt decem dies elapſos appellat, vel crimen in iudicio ſponte eſt confeſſus, vel iudex grauamen, de quo appellatur, reuocauit, vel Appellatio iniuſtũ grauamen continet, & ob alias huiuſmodi cauſas non admittendam iudicauerit, eidem prorſus deferre non debet, ne iuri ipſi iniuriam irroget, vt [a] in iure expreſſum habetur. Quod ſi tandem anceps, ac dubia appellationis cauſa fuerit, dubitaueritq; Iudex, an appellationi deferendum ſit, necnè: illi deferre debet [b]: vt poſt iura tradunt Ioannes Andreas, Speculator, Archidiaconus, Felinus, Valentia, Sylueſter, Ghiſlerius, & alij: in dubijs enim pro Reo ſtandum eſt [c]: vt iure ipſo eſt perſpicuum.

Addit tamen [d] Syluester, quòd dubia exiſtente cauſa, Iudex in admittenda appellatione aliqua verborum cautela vti poteſt, quæ in cap. cùm ſunt de Reg. iur. in 6. habetur expreſſa: nimirum vt in decreto appellationis apponat. Appellationem admitto, ſi, & in quantum de iure debeo, & Apoſtolos tantùm reuerentiales concedat.

Denique vbi Reus intra opportunum tempus appellauerit, & Apoſtolos impetrauerit, intra annum in minoribus cauſis: in grauioribus verò intra bienniũ appellationẽ ꝓſequi debet, alioqui ab appellatione cadit, & priori ſententiæ ſtare cõpellitur [e], niſi de impotẽtia, eo probãte, conſtiterit [f].

Poſtremò caueat Reus, nè iniuſtè à ſententia Iudicis appellet nè grauiorem punitionem, quæ iniuſtè appellantibus [g] ipſo iure infligenda eſt, ſponte ſibi accerſant.

De effectibus Appellationis qui ſint, & quid operentur. Cap. IV.

POSTREMVM huius partis caput ſupereſt explicandum, in quo de duplici appellationis effectu [h] iuxta vulgatam apud iura, & Doctores diſtinctionem agendum eſt. Primus eſt Deuolutiuus, alter Suſpenſiuus. Deuolutiuus in appellatione ope-

a c. cũ appellationibus extra de appell. in 6.

b Cap. cũ ſpeciali extra de appell. Ioann And. in c vt debitus de appel. Specul. eod. tit. §. nũc dicamus Archid c. 1. & c. ſi à iudice eod. tit. Felin. c. ſignificamus de teſtam. n. 1. Valent. to 3. d. 5. q. 13. p. 3. Sylu. v. appell. nu. 13. Ghiſl. de iud. Reg c. 15 n. 49.

c Arg. c. cum ſunt de reg iur. in 6. & l. fauorabiliores ff. eod. tit.

d Sylu. loc. cit.

e c. perſonas, & c. cũ ſit Romana iuncta gloſ. de appell. Abb. ibi, & c. ex parte de reſcrip.

f C. ex ratione de appell.

g c. omnino 2. q 6 C. de appe. A pro conſulib.

h Gloſ. in c. ad reprimendũ de off. ordin v conqueſtus c. cum appellationib. §. ſi Iudex de appel. in 6. Syl. v. appellat. Mirãd. ord. iud. q. 3. ar. 6. Ghiſl. de iud reg c. 15. n. 53. Inciſ. tract. 10. c. 5.

ratur, quòd cauſæ cognitionem ad Superiorem Iudicem transfert: quò fit, vt iuſta appellatione interpoſita, & admiſſa, tota cauſæ cognitio à Iudice inferiori, ad Iudicem ad quem prouocatum eſt, deuoluatur.

Sylu. v. appel ti. Mirād. or. idq. 30 art. 6 onc. 2.

Suſpenſiuus autem iuxta [a] Syluestri, Mirandæ, & aliorum ſententiam tria appellanti præſtat. Nam in primis Iudicis ſententiam, ac pronunciatum ſuſpendit, deinde Iudicis à quo iuriſdictionem in ea cauſa tollit, itaut ad ſententiæ exequutionem procedere nequeat: poſtremò iuris præſumptionem, quæ pro ipſius ſententia erat, tandiu ſuſpendit, quoad à Superiori Iudice confirmata fuerit.

Porrò vterque hic appellationis effectus adeò ipſi appellationi intrinſecus, & ſubſtantialis eſt: vt horum altero, vel vtroque ſublato, ipſum appellationis nomen, ac rem corruere neceſſe ſit. Cùm enim appellatio naturæ legibus inſtituta, & iure ciuili, ac canonico ea ratione confirmata fuerit, vt qui iniuſtè interdum à Iudicibus opprimuntur, iuſta ad Superiores Iudices appellatione ab iniqua eorū vexatione ſeipſos redimāt: cur obſecrò nō perſpectū eſt ea vexationis redēptione è medio ſublata, vel appellationis nomē exſtīgui, vel appellationē ſine re ad nudū nomē eſſe cōtractā.

C. liceat 2. 6. Conc Trid. ſſ. 24. c. 20.

Id in primis de ipſo Deuolutionis effectu perſpicuum eſt, Etenim cùm appellatio apud Sacros Canones tum [b] remedium vitiatæ cauſæ, tum innocentiæ præſidiū nuncupetur, quo pacto, aut vitiata ſententia ad iuſtitiam inſtaurari, aut præiudicata innocententia integritati reſtitui poteſt, niſi cauſa à Superiori Iudice cognoſcat, qui & vitia ab inferioris Iudicis ſentētia extergat, & innocētiā in ꝓpriam ſedē vindicet? Hæc. n. oīa cauſæ cognitio p̄ſtat, quæ abſq; ipſi' deuolutione per legitimam appellationē facta haberi non poteſt.

At nec ſine ſuſpenſionis effectu appellatio ipſa poteſt ſalua ſubſiſtere: Etenim omnibus exploratum eſt, Reis appellationem idcirco à iure concedi; vt ſi quod ex iniqua Iudicum ſententia damnum, ac grauamen ſibi inferendum ſenſerint ab eo per appellationem declinent, quod cùm iure ipſo naturali omnium animis inditum ſit, ab ijs ſanè iure vllo auferri non poteſt: vt ſuperiùs probatum fuit: quo fit, vt ſuſpenſio ſententiæ appellationis ſubſtantiam tam neceſ

ſario

ſario attingit, vt nulla alia ratione appellationis remediũ a iure poſitiuo inſtitutũ eſſe videatur: vt iura [a] oĩa, ac Doctores affirmant, quã vt Rei ſe ab iniuſta Iudicũ vexatione liberaiẽt.

Quòd cùm ita ſit, an non fruſtra Appellatio erit, quæ ſententiæ grauamen non ſuſpendit? Hinc enim vbiq; in iure ſtatutum legitur [b] vt pendente Appellatione nihil à iudice, à quo prouocatum eſt, in ea cauſa innouetur: cui [c] vniuerſi Doctores, nullo diſcrepante, adſtipulantur, tum nouiſſimè in, [d] Tridentino Concilio decernitur: vt in interlocutoria ſententia, cùm damnum per diffinitiuam ſententiam irreparabile apparet, appellatione interpoſita, iudex à ſententia exequtione ſuperſedeat, quod multò magis in Diffinitiua ſententia ex qua damnum irreparabile proculdubio conſurgit, fieri debere ſentit. Denique cùm id in vtroque tam ſæculari, quam Eccleſiaſtico foro tanquam ſacrum inuiolabiliter ſeruari certum ſit: certo certius eſſe debet, ſuſpenſionis effectum nullo poſitiuo iure ab appellatione auelli poſſe: cùm eo auulſo, appellatio velut reſectis neruis protinus corruat.

Neque his obſtat, quod lata à Iudice excommunicatione abſolutè ante appellationem [e] excommunicationis effectus perſequentem appellationem non ſuſpendatur: quod de interdicto, ſuſpenſione à diuinis, vel ab officio, aut ab ingreſſu Eccleſiæ, ac ſimilibus quoq; intelligi debet: neq; enim in hoc caſu ea vera appellatio cenſeri debet. nam cùm appellatio ob futurum tantùm imminens ſententiæ damnum interponi debeat, vt ex ipſa appellationis natura, ac vſu perſpicuum eſt: vbi damnum iã illatum eſſet, actio potiùs de damno illato, quàm appellatio Reo tentanda foret. Porrò in hoc caſu cùm ante appellationem excommunicationis ſententia in aliquẽ lata fuit, iam liquido conſtat damnũ illatũ fuiſſe, quod per appellationẽ minime reparari poteſt: quo fit, vt appellatio præcedens damnũ ſuſpendere, aut impedire nequeat, deuolutiuum tantùm effectũ ſibi vendicet.

Quod ſanè eo magis confirmatur. Nam ſi appellatio ante latam excommunicationis, & aliarum cenſurarum ſententiam, vel ante præfixum ijs terminum cùm damum nec dum illatum eſt, a Reo interponeretur: veluti ſi ſub cõ-

ditio-

a c. omnis oppreſſus c. ſi quis c. non ita cap. liceat 2. q. 6. D. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 3. Sot. de iuſ. & iur. l. 5. q. 6. ar. 1. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 13. p. 3. Ang. Sylu. Tabiẽ in v. appellatio l. 12. cap. 26

b cap. appellatione interpoſita, & cap. ſeq. 2. q. 6.

c Couarr. l. 1, var. reſol. c. 16. n. 11. Bald. in rub. comminatio Epiſt. & in l. generaliter §. ſed iuramento col. 2. v. quid ſi eſt talis C. de reb. cred. Ang. de maleſ. in v. quod fama publica n. 100. ver. aduertas tamẽ Iaſ. in l. 1. n. 73. v. ſecũdo adde ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. Peguer. c. 12. § 10.

d Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & ſeſſ. 24 c. 20. de reform.

e C. is cui de ſent. excõ. in 6.

ditione excõicationis ſententia cõtra aliquẽ ferat, ꝙ ſi intra decem dies pecuniam non ſoluerit, excõicatur, vel ſuſpenditur: nulli dubium eſt, quin ſi Reus ante conditionis euentum appellauerit, appellatio Suſpenſionis, vel Excommunicationis effectum ſuſpendat, vt ex ipſo [a] iure conſtat.

Cap. præterea de appell.

Ex quo ſanè perſpicuum eſt Excommunicationem atq; alias cenſuras ſuſpenſiuum Appellationis effectum non impedire, cùm damnum ex ipſis inferendum reparari poteſt: ac proinde ſuſpenſionem ſententiæ, quæ ad futurum Rei damnum extenditur ab appellatione remoueri non poſſe cùm ea appellatio ſubſiſtat.

Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. & 24. c. 10.

Neque etiam his obijci poteſt, quod in Tridentino Concilio decretum habetur: nimirum vt in his, vbi de viſitatione, aut morum correptione agitur exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio, ſeu querela etiam ad ſedem Apoſtolicam interpoſita executionem eorum, quæ ab Epiſcopis mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, aut ſuſpendat. Ibi enim Conciliũ apertè agit de morum correctione, quæ in Inquiſitione generali tempore viſitationis extra omnem iudicij ſtrepitum fit, quam nulla appellatione impediri, aut ſuſpendi poſſe decernit: non autem de correctione iudiciali delictorum, quæ in ſpeciali Inquiſitione, iuris ordine ſeruato; præſtari ſolet; cùm enim de hac ſermonẽ habeat, vtiq; appellationi iuſtæ deferri, & sẽtentiæ exequutionẽ ſuſpendi pręclaris verbis decernit: vt ex ſeſſione 13. c 1. & 24 cap. 20 de Reformatione apertècõſtat.

His accedat, quòd cùm à Sacra Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatione lege ſancitum ſit, quis ordo in appellationibus a Regularibus ſeruari debeat, vtique non aliã Sacri Concilij mentem fuiſſe luculenter declarat, quam vt iuſtæ appellationes apud Regulares admitterentur.

Denique an, quæ de appellationis ſubſtantia ſunt, integra ſeruent, qui, Suſpenſiuo effectu è medio ſublato, Deuolutiuum tantum in appellatione admittunt, ſalua meliori ſententia id mihi omnino negandum videtur, tum ex his, quæ hactenus dicta ſunt: tum etiam, quia ſola cauſæ deuolutio à ſuſpẽſione ſeiuncta damnũ, & grauamẽ, quod ex ſententia infertur, non impedit, ad quod reparandũ appellatio

potiſſi-

potiſſimùm videtur eſſe inſtituta: vt ſuperius probatũ fuit.

Præterea Deuolutio cauſæ, cùm ad tuendam appellantis innocentiam, & illius damnum, & iniuriam propulſandã tanquàm ad proprium finem ordinetur, qui etiam eſt totius appellationis finis: vt ex Tridentino Concilio, ac Summorum Pontificum reſcriptis perſpicuum eſt: planè ea finem ſuũ abſque ſententiæ ſuſpenſione obtinere nullo modo poteſt. Neque enim conceſſa exequutione ſententiæ iniuria ex ſententia illata per cauſæ deuolutionem reparatur. Quod exemplo illuſtrari poteſt: nam publica flagellatione appellanti per ſententiam inflicta, quænam damni illius reparatio p deuolutionẽ cauſæ eidẽ præſtari poteſt; ita de cæteris quoq; ratiocinandũ eſt: quo fit, vt ſublata ſententiæ ſuſpenſione cauſæ deuolutio fruſtratoria cenſeri debeat.

Poſtremò cùm vbique tam in ſæculari quàm in Regulari foro, atque adeò in tota Eccleſia ciuili, & canonico iure ſtatutum, & vniuerſali vſu receptum ſit, vt Appellatio interpoſita ſententiæ executionem ſuſpendat, tandem concludendum ſupereſt, id etiam velut appellationis ſubſtantiale ſacrum, ac inuiolabile vbique ſeruandum eſſe.

Verùm his non obſtantibus ſi communi omnium conſenſu in aliquo ordine, vel congregatione receptum, ac ſtatutum fuerit, vt in iudicijs, quæ in ea agitantur, nulla appellatio admittenda ſit, vel deuolutiuus tantummodò effectus, altero ſublato, appellationi relinquatur: nulli dubium eſſe poteſt, quin id firmum, ac validum cenſeri debeat. Cùm enim cuique liberum ſit iuri Appellationis renunciare ſi totius ordinis conſenſus in ea renunciatione conſpiret, qs dubitare queat, quin ea vim, ac robur obtineat? Porrò id certum eſt à Generali Capitulo totum ordinem repræſentari, atque adeò cùm in eo ordinis conſenſus vrgeat, quæ in eo omnium conſenſu decreta, ac ſtatuta ſunt, perinde ac ſi vnius cuiuſque calculo approbata eſſent vim, ac firmitatẽ ſortiri. Cùm igitur in Generali Capitulo totius Capituli, vel maioris ipſius partis conſenſu iuri appellationum renũciatur, liquidò conſtat Renunciationem huiuſmodi velut ſponte factam omnino validam eſſe, ac proinde ſtatutum de appellatione in ordine non admittenda aut ſuſpenſiuo

illius effectu præſcindendo velut ex totius ordinis ore profectum inuiolabile robur obtinere.

Neque obſtat iuris naturalis, aut poſitiui auctoritas. Nam quòd ad ius naturale pertinet, cùm duplex ſit ius naturale poſitiuum, & negatiuum. Poſitiuum quidem, quo aliquid, quod ad ius naturæ ſpectat, præcipitur, vt Parentes honore afficere. Negatiuum, quo aliquid facere iure naturali non prohibemur: veluti iuſtas defenſiones, cùm pragrauamur, exhibere, appellatio non à poſitiuo, ſed à negatiuo tantùm naturali iure fluit: neque enim ius naturæ præcipit appellare, quemadmodum Parentes honorare iubet. Quod igitur naturæ ius Appellationi præſtat, illud eſt, quòd cuiq; iuſtè appellare liceat: & appellationem non prohibeat: quo pacto etiam matrimonium non præcipit, ſed tantum nubere non prohibet.

Porrò ſi Regularibus iuri nuptiarum renunciare licet, quod quotidie in Regulæ alicuius profeſſione præſtant, cur & appellationi renunciare non poterunt?

Cæterũ nec poſitiuo iure appellationi renunciare prohibentur, cùm eodem iure pletunq; ipſi ab appellationis iure cadant: vt ex pluribus caſibus, qui ſuperiùs enarrati fuerũt exploratũ eſt: quo fit, vt quæ ius poſitiuum circa appellationes ſtatuit, duo potiſſimùm ſint. Primũ eſt, quòd nemini, qui appellare voluerit, iuſtæ appellationis ius adimit. Alterum, quòd Appellationi modum, ac ordinẽ præſcribit, neminem tamen ad appellationem cogit.

Attamẽ id verũ eſſe arbitror, ſi huiuſmodi ſtatutũ in aliqua Religione vigeat, poſt aliquot annorũ ſpacium illud iterũ totius Generalis Capituli conſenſu renouandũ eſſe, ea præſertim ratione, quòd ſuccedenti alia Fratrũ in Ordine familia, quæ eidem ſtatuto conſenſum nõ præbuit: Ordinis item cõnſenſus exquirendus ſit, ne quod naturali iure cuiq; liberũ eſſe debet, ſi abſq; oĩum conſenſu fiat, cuiq; coactũ eſſe incipiat, quod ipſo tum naturali, tum poſitiuo iure prohibetur.

Hic demũ nr̃ hic libell' ſiſtit, in quo plura in vnaquaq; ſub iecta materia cõgeri, ac pleniùs digeri potuiſſent. Sed hæc ꝑ inſtituta breuitate dicta ſufficiãt. Ad praxim accedamus.

PRA-

PRAXIS IVXTA TRIPLICEM PROCEDENDI VIAM

Nimirum Inquiſitionis, Denunciationis, & Accuſationis

Vſui Fratrum Minorum, qui vulgo Capuccini nuncupantur, accommodatum.

ELENCHVS.

QVONIAM plerunque accidit, vt quæ de aliqua facultate, ac præſertim iuris ſcientia arte, ac diſciplina præcepta traduntur. cùm primùm in eorum operatione animus ſeſe exercere incipit, difficiliora videantur: & mens nonnunquam in tanta rerum capeſcendarum varietate confundatur: dum ſingulis præceptis ſingulas operationes aptè accommodare ignorat: Eapropter cum hactenus ea, quæ ad iudiciariam facultatem ſpectant, arte quadam, ac methodo à nobis tradita ſint, vt eò faciliùs ea ad practicam rationem reuocari queant, omnium praxim hic addere voluimus, ea præſertim ratione, vt Iudicibus noſtris via ad iudicia rite peragenda tam ampla, ac recta ſternatur, vt nec ij, qui minùs in iudiciorum ratione periti ſunt, per eam errare valeant.

In hac igitur praxi hic ordo præſtitutus erit, vt diſtinctè pro vnaquaq; procedendi via praxes ordinentur quibus ea omnia, quæ ad cauſarum agendarum ordinem, ac rationẽ

Digitized by Google

necnon ad rerum formulas pertinent, practico more, velut oculis ſubijciantur. Crimina pro vnaquaq; procedendi via grauiora, ac grauiſſima effinximus, non quod ea apud Regulares viros graſſari vllo pacto credãtur: ſed vt ea ipſa ad perfectam duntaxat iudiciorum rationem adipiſcendam, quæ tam circa grauiora, quàm grauiſſima delicta verſatur, viam ſternerent omniumq; criminum in promptu exempla haberentur.

PRAXIS PRIMA.

Ordinem earum rerum complectens, quæ ad viam Inquiſitionis ſpectant.

IVDEX cauſam via Inquiſitionis auſpicaturus à Deo primùm Opt. Max. a quo vera, ac recta iudicia fluunt, cauſæ initium exordiatur, quem fuſis ex animo precibus exorare debet, vt quæ ad iuſtitiam rectè adminiſtrandam neceſſaria ſunt, mentem, animum, prudentiam, humanitatem, ſeueritatem, charitatẽ, viſcera miſericordiæ, humilitatem, peritiam, & ſi quæ aliæ virtutes ſunt, quæ perfectum Iudicem comitari debeant, abunde ſibi in eo iudicio adminiſtret. Tum apud ſe ſtatuat in ea cauſa non Iudicis tantum, ſed etiam Patris munus, ac officium, vt debet; gerere velle: quibus prælibatis, criminis, de quo inquirendum eſt, naturam, & grauitatem perpendat, nè de quolibet delicto proceſſum iudicialem perperam inſtituat. Quapropter leuibus, & grauibus Fratrum exceſſibus prætermiſſis, qui extra iudicium cuilibet Superiori corrigendi relinquuntur, grauiora tantùm, ac grauiſſima delicta iuxta delictorum diſtinctionem, à noſtris inſtructionibus præſcriptam in iudicio proſequatur. Tum verò animo repetere debet, pluribus modis viam ad delicti alicuius inquiſitionem parari. Primo ex inquiſitione generali, quæ in Prælatorũ viſitationibus fieri ſolet. Secundo ex infamia, & clamoroſa inſinuatione delicti extra Inquiſitionẽ

gene-

Digitized by Google

generalem. Tertio ex indicijs ſufficientibus. Poſtremo ex rebellione Delinquentis poſt paternam Iudicis correptionem, de quibus ſigillatim agendum eſt.

Principiò ex Inquiſitione generali crimen tripliciter ad Iudicis notitiã peruenire poteſt. Primò, cùm illud illi aperitur tãquam Patri. Secundo tanquam Iudici. Tertio neutro modo cùm ſcilicet Subditus non exprimit, an illud manifeſtet tanquam Patri, aut tanquam Iudici. Si Iudici crimen tanquam Patri delatum fuerit, illud nullo modo iudicialiter poteſt inquirere, ſed paternam tantùm correptionẽ Delinquenti adhibere. Si verò illud tanquam Iudex agnouerit, cùm criminis delator Denunciatoris, vel Accuſatoris perſonam gerat, id alia quàm inquiſitionis via proſequi debet. Si tandem criminis delator nihil exprimat, tunc Iudici liberũ erit ex generali inquiſitione ad ſpecialem procedere: & hic propriè modus eſt à nobis propoſitus, quo Iudex ex officio, & per viam Inquiſitionis ex generali inquiſitione ad ſpecialem procedit.

Porrò Iudici, vt citra calumniam ex generali inquiſitione ad ſpecialem progredi valeat, conſultum eſt (vt aliàs diximus) vt generalis inquiſitionis acta deſcribenda curet, quorum hæc forma eſſe poterit.

Acta Inquiſitionis generalis, quæ in viſitatione Fratrum fieri debet.

In nomine Domini, & glorioſiſſimæ Matris eius, & Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci Amen.

HAEC eſt inquiſitio generalis facta ab admodum R. P. N. de N. Miniſtro Prouinciali, ſeu Generali, ſeu Viſitatore generali in hoc Conuentu Sancti Franciſci Ciuitatis Salutiarum anno Domini 1623. die quarta Octobris: in qua poſt viſitationem Sanctiſſimi Sacramenti Altaris, Olei ſancti, Reliquiarum, & omnium, quæ ad ſacra Eccleſiæ vaſa, ac cæteram ſupellectilem ſpectant, efficacemq; hortatio-

nem Fratibus adhibitam, & Sanctæ Obedientiæ præceptum omnibus impoſitum, vt quæcunq; vel in regulari obſeruātia, vel in morum diſciplina correptione indigere iudicauerint, ad ipſum corrigenda deferant. Idem ad cellam ſuæ reſidentiæ ſe conferens opportuno tempore vocauit P. F. N. de N. Guardianum eiuſdem Conuentus, & ipſum de infraſcriptis interrogauit.

Primò An nouerit, aut ab aliquo aud erit, aut fama perceperit, aliquid in eo Conuentu contra Dei præcepta fieri.

Secundò, An nouerit, Dei cultum frigidè, aut malè, in eo Conuentu peragi.

Tertiò, An nouerit, &c. aliquid aduersùs Regulæ obſeruantiam ſerpere.

Quartò, An ſciat, &c. Conſtitutiones, & generalis Capituli Ordinationes nō obſeruari, vel aliqua ex parte violari.

Quintò, An ſciat, &c. aliquid contra bonos mores generaliter, vel in ſingulari erumpere.

Sextò, An ſciat, &c. aduersùs publicum Religionis, aut Monaſterij bonum quicquam ab aliquo tentari.

Septimò, An nouerit, &c. aliquem Fratrem non bene in via Dei ambulare, aut aliquo vitio laborare.

Quibus capitulis prædictus P. N. hoc modo reſpondit.

Ad primum. Io non ſo coſa alcuna.

Ad ſecundum. Io ſo che, &c. Hoc modo ſingulis interrogationibus ſingulæ reſponſiones, eo quo redduntur idiomate, adnectantur. Poſtremò proprio examini ſeipſum ſubſcribat, tametſi ſe nihil ſcire affirmauerit.

Hoc modo ſinguli interrogentur, & eorum dicta propria manu ſignata excipiantur.

Quòd ſi eadem die Viſitatio terminari non potuerit, die altera qua proſequenda eſt, apponatur.

Die verò quinta eiuſdem menſis, & anni vocatus P. N. de N. & interrogatus ſuper eiſdem articulis, &c. vt ſupra. Hæc verò acta iudex apud ſeipſum ſeruet.

Poſt hæc Iudex antequam aduersùs infamatum, vel inditiatum in generali inquiſitione ſpecialem inquiſitionem inſtituat, curet in primis, vt de ipſo corpore delicti ſibi per legitimas probationes conſtet: ſi delictum fuerit facti tranſeuntis

ſeuntis, illud vel ex infamia, vel ex indicijs perſpectum habere ſtudeat: ſin facti permanentis, ſigna, ac veſtigia delicti diligenter inſpiciat, vt inferius explicabitur.

Vbi verò illi perfectè conſtiterit de corpore delicti, tum ad inquirendam delinquentis infamiam accedat, quam ante omnem iudicialis inquiſitionis proceſſum per duos ſaltē teſtes omni exceptione maiores probatam accipiet.

Si verò delinquens ex indicijs ſufficientibus delatus fuerit, eodem modo, ac diligentia totidem teſtibus, indicia probentur: quibus omnibus expeditis, ad informationes contra infamatum, vel indiciatum capiendas ſe conferet.

Qui modus in ſpeciali quoque inquiſitione, quæ extra viſitationem quandoque inſtituitur, & quoties ex indicijs aduersùs aliquem inquiritur, à Iudice obſeruandus eſt.

At verò ſi iudex ex rebellione aduersùs criminoſum procedere voluerit: quod tunc ſolùm præſtare poteſt, cùm adhibita illi admonitione priùs ſecretè, deinde coram teſtibus, poſtremò crimine ad iudicem delato, paternæ ipſius correptioni rebellis exiſtit: neque infamia, neque illius probatione ad ſpecialem contra ipſum inquiſitionem excitandam opus eſt; cùm in eo caſu iuxta [a] Sotum, Aretinum, & alios, Rebellio loco accuſatoris ſuccedat: quo propter, ea omiſſa, ſtatim poteſt aduersùs ipſum inquirere.

[a] Sot. de ſec. teg. m. 3. q. 3. conc. 4. Aret. c. 15.

Cùm primùm igitur ex generali inquiſitione ad ſpecialē tranſeundum fuerit, iudex proceſſum inſtructurus primùm ſcribam, vel Actuarium eligat in hanc formam.

Forma eligendi Scribam, vel Actuarium.

CVM nobis F. N. de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ viſum fuiſſet pro maiori cauſæ expeditione Actuarium aſſumere, qui omnia in præſenti cauſa actitanda in ſcriptis redigat, & fideliter excipiat, plurimùm de integritate P. F. N. de N. confiſi ipſum in noſtrum Actuarium eligimus. Datum in noſtro Conuentu N. die Octobris anno

Ego F. N. de N. Prouincialis Miniſter.

Deinde in hanc formam initium proceſſus auſpicabitur.

Forma inquiſitionis ſpecialis, quæ fit in viſitatione.

In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius glorioſiſſimæ Matris, necnon Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci. Amen.

HAEC eſt inquiſitio ſpecialis, quæ fit ab admodum Reuerendo P. N. de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ N. (ſi fuerit Generalis, vel Viſitator Generalis, dicatur: Generali Miniſtro totius Ordinis, vel Viſitatore generali huius Prouinciæ N.) aduersùs F. N. de N. eò quòd in inquiſitione generali facta in viſitatione huius Conuentus N. vt ex ipſius Actis conſtat, præcedente infamia, & clamoroſa inſinuatione non à maleuolis, aut maledicis, ſed à probis, ac honeſtis Religioſis orta, delatus fuerit, quòd hæc, & hæc perpetrauerit (declaretur ſpecies delicti) Quapropter decreuit ſuper his informationes ſumere, teſtes examinare, & alia, prout de iure fuerit, præſtare. Acta in eodem Conuentu N anno Domini 1623. die ſexta Octobris. Et per me F. N. de N. dicti admodum R. P. Miniſtri Prouincialis Socium, vel Scribam electum excepta.

Ego F. N. de N. Prouincialis Miniſter F. N. de N. Scriba ad hæc electus.

Si Acta de mandato admodū R. P. Generalis Miniſtri fiāt, dicatur quapropter mandauit ſuper his informationes ſumi, teſtes examinari, & alia, prout de iure fuerit, præſtari. Acta in noſtro Conuentu N. anno   die

Ita eſt.

Ego F. N. de N. Generalis Miniſter.

Forma

Forma inquiſitionis ſpecialis extra viſitationem.

In nomine, &c.

HAEC eſt inquiſitio ſpecialis, &c. Vſque ad illa verba. *Eo quòd in inquiſitione:* quorum loco hæc apponantur. Eo quòd fama, & clamoroſa inſinuatione deferente, ad illius aurem perlatum fuerit, eum hæc, vel hæc crimina perpetraſſe (exprimantur criminum ſpecies) Quapropter, &c. Reliqua vt in ſuperiori.

Forma Inquiſitionis ſpecialis ex indicijs.

In nomine, &c.

HAEC eſt inquiſitio ſpecialis, &c. vſque ad illa verba excluſiuè *qui in viſitatione*: pro quibus hæc ſcribantur Qui non ab improbis, ac maleuolis: ſed à probis, ac honeſtis viris grauiter indiciatus exiſtit, quòd hoc, vel illud facinus in graue Religionis ſcandalum perpetrauerit (facinoris ſpecies exaretur.) Quapropter, &c. ſicut in ſuperiori.

Forma inquiſitionis ſpecialis ex Rebellione.

In nomine, &c.

HAEC eſt inquiſitio ſpecialis, &c. Vſque ad illa priora verba. *Eo quòd in inquiſitione*: quibus ex punctis, hæc ſcribantur. Qui cùm ſæpe tum ſecretò tum coram teſtibus admonitus; denique paternè à nobis correptus, quod hæc, & hæc admiſerit, admonitionibus, ac correptionibus omnibus sēper rebellis extitit. Quapropter, &c. Reliqua vt ſup.

Si

Si inquiſitio ſpecialis quoad delictum, generalis autem quoad perſonas à iudice inſtituenda ſit, quæ tunc ſit, cùm ignorato Auctore delictum eſt manifeſtum: hac ille forma vti poterit.

Forma Inquiſitionis ſpecialis quoad delictum, & generalis quoad perſonas.

In nomine, &c.

HAEC eſt Inquiſitio, quæ ſit ab admodum R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ N. ſpecialis quidem quoad delictum, generalis verò quoad perſonas, eò quòd fama, & clamoroſa inſinuatione ad illius aures peruenerit, tale delictum perpetratum fuiſſe: (expliciter ſpecies delicti) cuius Auctor ignoratur. Quapropter vt ſuo officio ſatisfaciat, & aliorum ſcandalo proſpiciat: decreuit de Auctore criminis generaliter inquirere, informationes ſumere, teſtes examinare, & alia, prout de iure fuerit, præſtare. Acta, &c.

Quòd ſi inquiſitio formanda ſit ſpecialis quoad perſonas, & generalis quoad delicta: Hæc forma ſeruetur.

Forma inquiſitionis ſpecialis quoad perſonas; & generalis quoad delicta.

In nomine, &c.

HAEC eſt inquiſitio, quæ ſit ab admodum R. P. N de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ N. ſpecialis quidem quoad perſonas: generalis verò quoad delicta: eò quòd fama, & clamoroſa inſinuatione non ab improbis, ac maleuolis; ſed ab honeſtis, ac probis viris profecta ad illius aures peruenerit, Plurima aduerſùs Regulæ obſeruantiam,

& contra fas à Religioſis huius Conuentus N. in multorum ſcandalum perpetrari. Quapropter decreuit ad ipſum Monaſterium N. accedere, informationes ſuper huiuſmodi ſumere, teſtes examinare, & alia, prout de iure fuerit, præſtare. Acta, &c.

Si Iudex delegatus fuerit, vbi primùm de ſua delegatione, ac legitima poteſtate per publicam litterarum ſuæ delegationis lecturam Prouinciam, ſeu familiam certiorem fecerit, proceſſum via inquiſitionis inſtructurus, Actuariū eligat, & in ipſo proceſſus initio Delegationis ſuæ litteras deſcribi iubeat: tum proceſſum, mutato duntaxat nomine, iuxta priores formas inſtituat.

Forma Inquiſitionis de corpore delicti facti permanentis.

IVDEX cùm primum delictum aliquod à noſtris perpetratum eſſe, fama deferente, perceperit, ſi illud facti permanentis extiterit, ex his nimirum, quæ poſt factum ſui veſtigium relinquunt: quale eſt vulnus alicui inflictum: ipſe cum aliquibus diſcretis Patribus ad vulneratum accedat; vel ſi ipſemet maioribus negotijs implicatus, aut alio impedimento detentus illò ſe conferre non potuerit, diſcretos Patres cum Actuario mittat, qui vulneratum perſonaliter viſitent, vulnus, & qualitatem vulneris proprijs oculis inſpiciant, vel ſi ob medicamenta videri non poſſit, id exprimant in actis: cuncta verò Actuarius diligenter excipiat, ac deſcribat in actis hac forma.

Forma Viſitationis Vulnerati.

In nomine Domini. Amen, &c.

VISITATVS fuit coram Admodum R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ N. vel per nos N. de N. & N. de N. de mandato Admodum R. P. N. de N.

Prouinciali Miniſtri huius Prouinciæ N. P. F.N. iacens in lecto, in cella ordinariæ ſuæ reſidentiæ, vel in cella Infirmorum vulneratus vnico, vel pluribus vulneribus, quorum alterum eſt in capite, alterum in brachio dextro, & ſic de ſingulis, cum maxima ſanguinis effuſione, quod vulnus, aut vulnera illata videbantur, fuſte, vel gladio, cæſim, &c. prout illata apparebant, erantque longitudinis fere vnius palmi, vel minus, quæ nos vidimus, ac proprijs oculis perſpeximus. Vel ſi propter medicamenta vulnus detegi non potuit, vel ipſius qualitas videri, dicendum erit, quod vulnus, aut vulnera propter medicamenta appoſita videri non potuerunt.

Acta in Monaſterio N. Anno Domini die & per me F. N. de N. Actuarium excepta.

F. N. de N. Actuarius.

QVOD ſi quiſpiam (quod abſit) occiſus fuerit, Prouincialis Miniſter, vel diſcreti patres de illius mandato vnà cum Actuario eò ſe conferant, vbi iacet occiſus, ſingula vulnera cum ſuis qualitatibus, & circunſtantiis, & quo armorum genere facta videantur, & an punctim, an cæſim; occiſi quoque ætatem, ſtaturam, barbam, veſtes, bona, res, quæ penes ipſum cadauer reperta fuerunt, deniq; locum, ac ſitum ab Actuario diligentiſſimè deſcribi iubeāt in hanc formam.

Forma Viſitationis Occiſi.

In nomine Domini. Amen.

VISVM, ac repertum fuit per me Actuarium infraſcriptum, præſente admodum R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro, vel præſentibus N. & N. de N. de mandato Admodū R. P. N. de N. Prouincialis Miniſtri Cadauer cuiuſdam Fratris noſtri, iuſtæ, vel proceræ ſtaturæ, barbæ nigræ, ætatis annorum 38. Si verò cadauer agnitum fuerit,

dicatur:

dicatur: cadauer quod agnitum fuit, eſſe P. F. N. de N. indutum habitu Fratrum Minorum Capuccinorum: videlicet *vn habito col capuccio cuſcito, vna tonica di ſotto, vn mantello, vn paro di mutande, vna corda di canapa, di cui era cinto, vna corona attaccata alla corda, vn paro di ſole in piedi*, iacens humi, vel alio loco vulneratum tribus vulneribus, quorum vnum eſt in capite vſque ad cerebrum penetrans, quod ſecuri factum videbatur, aliud in facie: vtrunque longitudine vnius fere palmi, tertium in manu deſtra, cuius paruulus digitus, & annullaris erant abſciſſi: tum quæ prope cadauer, vel in manica Occiſi reperta fuerint, ſingula deſcribantur: res verò, quæ penes Occiſum inuentæ fuerint, quæcunque illæ fuerint, apud Iudicem cuſtodiãtur. Quibus apprimè deſcriptis ſubdat tandē Actuarius hæc omnia vidi, & annotaui vt ſupra, præſentibus P. F. N. de N. & F. N. de N. teſtibus ad hæc vocatis.

Acta in noſtro Monaſterio N. anno die

Ego F. N. de N. teſtis.
Ego F. N. de N. teſtis.

Ego F. N. de N. Actuarius.

SED quoniam interdum accidit, vt fama de aliquo delicto ad aures Iudicis perueniat, de quo ignoratur, an verè delictum ſit, & ab alio patratum: ac proinde dubium ſit an in eo dolus, aut ſcelus interceſſerit, necne: vt ſi quis abſq; vulnere in cella, vel alibi mortuus, aut in puteum demerſus, vel laqueo ſuſpenſus reperiatur, vtrumque enim dubitari poteſt, an id caſu, vel morbo vrgente euenerit, vel alterius ſcelere occulto perpetratum fuerit: Iudici omnino ex officio incumbit in his caſibus opportunas informationes ſumere, & facti veritatem percipere, Quamobrem vbi cadauer, & cadaueris partes, & locum delicti omni diligẽtia viſitauerit, teſtes ex eadem familia plures, vel paucio res, prout illi viſum fuerit, examinare debet, vt inde appareat, an delictum conſurgat, an verò caſu, aut Diaboli inſtigatione, vel metu alicuius pœnæ, aut morbi alicuius

violentia id acciderit. Inquiſitionem porrò hoc modo formare poterit.

Forma inquiſitionis de corpore delicti cùm delictum eſt dubium.

In nomine Domini, Amen.

VISVM, & repertum fuit per me Actuarium infraſcriptum præſente admodum R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ N. cadauer P. F. N. de N in puteo demerſum, vel in ſua cella ext nctum (ſi aliqua ſigna veneni, aut vis illatæ apparuerint, explicentur) deſcribatur etiã ſtatus corporis, in quo repertus fuit in cella iacens, vel ſupinum, humi iacens, vel ſuper ſtrato, quæ etiam penes ipſum erant, quæ in manica geſtabat, quæ in menſa cellæ reperta ſunt, vniuerſa deſcribantur. Quibus omnibus adamuſim ab Actuario deſcriptis, concludat Actuarius his verbis. Hæc omnia vidi, & annotaui vt ſupra præſentibus P. F. N. de N. & N. de N. teſtibus ad hæc vocatis. Acta in noſtro Conuentu N. die anno

F. N. de N. teſtis.
F. N. de N. teſtis.

Ego F. N. de N. Actuarius.

POſtquam verò Iudici perfectè conſtiterit de corpore delicti, tres vel quattuòr, vel plures teſtes Iudicis arbitrio interrogandi erunt de Auctore delicti: ac primum ipſe vulneratus, delato illi iuramento, ſi fuerit Sacerdos, tacto pectore, more ſacerdotali, ſin Clericus, aut Laicus per ſacrarum ſcripturarum contactum interrogare debet in hanc formam.

For-

Forma interrogandi vulneratum.

In nomine Domini, Amen, anno dic in Conuentu noſtro N.

CORAM admodum Reuerendo P. N. de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ N. ſedenti in cella, in qua iacet P. F. N. de N. vulneratus: vocatus fuit idem P. vulneratus, & delato ei iuramento, de veritate dicenda ſuper his, de quibus interrogabitur, prout iurauit ſe facturum, tacto pectore, de more Sacerdotali ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.

Primò interrogatus Quomodò reperiatur ita vulneratus, & a quo tempore. Reſpondit.

Interrogatus an vnquam inimicitiam cum vllo contraxerit. Reſpondit.

Interrogatus cum quo. Reſpondit.

Interrogatus ex quo tempore, & quam ob cauſam inimicitiam cum dicto P N. contraxerit. Reſpondit.

Interrogatus an alijs hæc inimicitia fuerit nota. Reſpondit.

Interrogatus quibuſnam. Reſpondit.

Interrogatus quomodo in ipſorum notitiam venerint. Reſpondit.

Interrogatus à quo fuerit vulneratus. Reſpondit.

Interrogatus, an de illatis vulneribus aduersùs illum petat vindictam, vel ei ex animo ignoſcat. Reſpondit.

Interrogatus: an dictus vulnerator fuerit ſolus, vel cum Socijs, cùm ipſum inuaſit. Reſpondit.

Interrogatus quo in loco fuerit inuaſus. Reſpondit.

Interrogatus quiſnam eſſet præſens, cùm inuaſor ipſi eſt minatus, & quoties minatus fuerit. Reſpondit.

Interrogatus quo genere armorum illum inuaſerit, ac vulnerauerit. Reſpondit.

Interrogatus qua hora illum vulnerauerit. Reſpondit.

Aliæ quoque interrogationes formari poterunt iuxta

vulnerati

Digitized by Google

vulnerati reſponſa. Quibus expletis, apponatur. Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego F. N. de N. affirmo quæ ſupra.
F. N. de N. Actuarius.

QVOD ſi vulneratus, vel ob metum vulnerantis, vel ob conſcientiam, qua timet, occultum illius peccatum reuelare, vel ob perfectionis deſiderium, quo bonum pro malo vulneranti optat referre, vulnerantem detegere noluerit: Iudex ſatagat, vt ab eo metum omnem excuciat, moneatq; verbis grauiſſimis, cum ſub mortalis culpæ vinculo ad Iudicis præceptum explendum teneri, præſertim cùm in hoc caſu legitimè ab eo interrrogetur.

Alij quoq; teſtes præſertim qui in ea familia degunt ſuper facto, ac circunſtatijs interrogandi erunt, donec de Auctore delicti grauia aliqua indicia erumpant, ex quibus contra ipſum ſpecialiter poſſit inquiri.

Forma interrogandi teſtes cùm in notorio delicto delicti Auctor ignorat.

In nomine Domini, &c. Amen, anno die in Conuentu noſtro N.

CORAM Admodum R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro huius Prouinciæ N. vocatus fuit in teſtem P. F. N. de N. ætatis quadrageſimum annum agens, Religionis decem, & octo, officio Concionator, & delato ei iuramẽto, de veritate dicenda ſuper his, de quibus inrerrogabitur: prout iurauit, tacto pectore, more Sacerdotali ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra.

Primo Interrogatus, an agnoſcat P. N. de N. vulneratũ, ſiue occiſum. Reſpondit.

Interrogatus, an nouerit ipſum cum aliquo Fratre inimicitiam habuiſſe. Reſpondit.

Inter-

Interrogatus cum quo, & ex quo tempore. Reſpondit.

Interrogatus qua de cauſa. Reſpondit.

Interrogatus an alijs hæc inimicitia fuerit nota, & quibus. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit inter eos aliquando iurgia, aut graues contumelias, aut minas interceſſiſſe. Reſpondit.

Interrogatus quis tunc eſſet præſens. Reſpondit.

Interrogatus an hæc inimicitia, iurgia, iniuriæ, minæ ad Superioris vnquam notitiam peruenerint. Reſpondit.

Interrogatus quodnam remedium Superior his adhibuerit. Reſpondit.

Interrogatus quomodo ſciat de hoc remedio adhibito. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit Fratrem aliquem arma in Monaſterium detuliſse, vel apud ſe habuiſſe, & cuius generis. Reſpondit.

Interrogatus quanto tempore ipſa arma apud ſe retinuerit, & an de Superioris conſenſu, necne. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit, aut ab alijs intellexerit, quorsũ arma illa apud ſe gereret. Reſpondit.

Interrogatus quis alius ſciat, cum prædicta arma in cella habuiſſe. Reſpondit.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ. Reſpondit.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego F. N. de N. Teſtis affirmo quæ ſupra.
F. N. de N. Actuarius.

Quòd ſi ſcribere neſciat, ſignum crucis faciat, & in actis ponatur. Et cùm ſcribere neſciret, ſignum crucis propria manu effinxit.

Forma interrogandi teſtes, cùm delictum eſt dubium.

In nomine Domini Amen. Anno die in noſtro Conuentu N. Coram.

Forma

CORAM præfato,&c. in teſtem vocatus fuit P.F.N. de N. Aetatis Religionis officio, & delato, &c.

Primò, interrogatus. An ipſe teſtis cognouerit P.N. de N. qui in puteo inuentus eſt demerſus. Reſpondit.

Interrogatus ex quo tempore illum agnouit. Reſp.

Interrogatus, an nouerit d. P. Defunctum cum aliquo Fratre inimicitias geſſiſſe. Reſpondit.

Interrogatus quænam eſſet cauſa inimicitiæ inter ipſos exortæ. Reſpondit.

Interrogatus quamdiu inter ipſos inimicitia perſeuerauerit. Reſpondit.

Interrogatus ſi alijs quoque ea inimicitia, atque illius cauſa nota fuerit, & quibus. Reſpondit.

Interrogatus quomodo ſciat, Fratres ab ipſo nominatos tam inimicitiam, quàm cauſam prædictæ inimicitiæ reſciuiſſe. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit d. P. Defunctum Melancholia grauiter laboraſſe. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit ipſum alijs grauibus morbis laboraſſe, & quibus. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit d. Defunctum aliquando conqueſtum fuiſſe, quòd Dæmon illi appareret, & ſub qua forma, vel quòd pulſaretur tentatione occidendi ſeipſum. Reſpondit.

Interrogatus an ſciat d. Defunctum ſolitum fuiſſe inebriari, & quoties, & quomodò nouerit. Reſpondit.

Interrogatus an ſciat d. Defunctum aliquando conqueſtum fuiſſe, quòd aliquis illi minaretur, mortem, vulnera, ac percuſſiones, & quis ille fuerit. Reſpondit.

Interrogatus an ſciat dictum Defunctum in Religione, vel in eo Conuentu inuitum degere, & quare, & quomodo id nouerit. Reſpondit.

Interrogatus an aliquando viderit d. Defunctum, velut ſtolidum, aut mente alienatum per Conuentum diſcurrere. Reſpondit.

Interrogatus quæ ſigna, vel actus in ſpecie d. Defunctus ediderit, per quæ ſe inſanum oſtenderit, & quoties ea replicauerit. Reſpondit.

Interrogatus quinam tunc præſentes eſſent, cùm Defunctus in hos actus erumperet. Reſpondit.

Interrogatus quonam violento mortis genere d. Defunctus extinctus fuerit, & an ſibi ipſi mortem conſciuerit, an ab alijs illata fuerit. Reſpondit.

Interrogatus qua de cauſa credat d. Defunctum aliorum ſcelere demerſum fuiſſe. Reſpondit.

Interrogatus à quos ſpecialiter credat d. Defunctum in puteum demerſum fuiſſe, & quarè id credat, etſi alij id credant, & qui. Reſpondit.

Interrogatus quomodò ſciat id illos credere. Reſpōdit.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ, de loco, & tempore, dixit vt ſupra.

Et cum hæc illi fuiſſent ad verbum relecta, confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

F. N. de N. Teſtis affirmo quæ ſupra.

QVANDO cadauer ſigna veneni prætulerit, ob quæ veneno interemptum eſſe dubitetur. Quandoquidem venenum non ſemper ex cauſa extrinſeca: nimirum ex cibi, aut potus veneno admixti ſumptione contingit [a]: verũ etiam in corpore malè affectoex aëris, vel humorum corruptione contractum, vel alia ex cauſa incognitum eſſe poteſt: Iudex per ſe id iudicare nequeãt, ante omnia iubeat ab Actuario omnes maculas, earumq; qualitatem quãtitatem, & ſituationem, quibus cadauer fuerit reſperſum, ſigillatim coram duobus teſtibus deſcribi; tum accito Medico aliquo perito vno, vel pluribus, cadauer ab ijs viſitari curet: qui hoc modo interrogandi erunt.

[a] Boſſ. tit. de delict. n. 5.

Forma interrogandi Medicos, cùm de veneno dubitatur.

In nomine Domini. Amen. Anno —— die —— in Conuentu noſtro N.

CORAM præfato, &c. vocatus Excellens Dominus N. de N. Artium, & Medicinæ Doctor ætatis — & delato illi iuramento (ob facultatem R. P. Miniſtro Prouinciali à D. Gubernatore vrbis conceſſam) de veritate dicenda, prout iurauit per ſacrarum litterarum contactum ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.

Primo interrogatus an cognouerit d. P. N de N. defunctum, dum viueret, & ex quo tempore. Reſpondit.

Interrogatus an defuncti complexionis naturam perſpectam habuerit, & an ipſum vnquam curauerit. Reſpondit.

Interrogatus, oſtenſa macula quæ eſt in gula, in brachio, in ſcapulis, in latere circa regionem cordis, vel alibi cunctas ſigillatim nominando, quibus ex cauſis maculæ ille ſecundum artis ſuæ peritiam ortas fuiſſe iudicet. Reſp.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ, de loco, & tempore dixit vt ſupra.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego N. de N. Medicus affirmo vt ſupra.
F. N. de N. Actuarius.

Deinde alij Teſtes, qui in eadē familia cū Defūcto morabātur, examinādi erunt: vt ex ijs rei veritas magis elucеſcat.

Forma Examinis Teſtium, cùm de veneno dubitatur.

In nomine Domini. Amen. Anno —— die —— in Conuentu noſtro N.

CORAM præfato, &c. in teſtem vocatus fuit, &c.
Interrogatus ex quo tempore in eo Conuentu degit. Reſpondit.
Interrogatus an agnouerit P. N. qui modò Defunctus eſt. Reſpondit.
Interrogatus, an nouerit illum bonæ, aut infirmæ vale-

tudinis

tudinis extitiſſe, & quo morbo laboraret. Reſp.

Interrogatus an Defunctus Iouialis eſſet, aut Saturnius, vel Melancholicus. Reſpondit.

Interrogatus quomodo id ſciat. Reſpondit.

Interrogatus an Defunctis grauem cum aliquo querelam haberet, aut odium gereret, vel aliquis de ipſo in re graui conqueſtus fuerit. Reſpondit.

Interrogatus quomodò nouerit P. N. ab Ipſo nominatũ Defuncto parum amicum extitiſſe. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit aliquem Defuncto minatum fuiſſe, quòd vindictam de ipſo exigeret. Reſpondit.

Interrogatus an ſciat d. Defunctum, antequam in morbum incideret, cibũ aliquẽ inſalubrem comediſſe. Reſp.

Interrogatus an memoria teneat, à quo, & quibus præſentibus illi cibi deferrentur, poſtquàm in morbum incidit, & quis eius curam haberet. Reſpondit.

Interrogatus an audierit d. Defunctum poſt cibum vel ſtatim, vel aliquibus horis elapſis, vel poſtera die maiori morbo aggrauatum vomuiſſe. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit, vel ab alijs didicerit cuius coloris ea, quæ vomitu purgauit, extiterint. Reſpondit.

Interrogatus an nouerit, ſiue ab alijs perceperit d. Defunctum modò repente extinctum ſtatim poſt cibum, vel ſumptum pharmacum, aut vinum circa cordis regionem, aut ſtomachi orificium, male ſe habuiſſe, & extraordinario vomitu laboraſſe. Reſpondit.

Interrogatus an ſciat res per huiuſmodi vomitum purgatas Medico videndas oblatas fuiſſe. Reſpondit.

Interrogatus quiſnam vomitus excrementa Medico videnda obtulerit, & quis tunc præſens adeſſet. Reſp.

Interrogatus an ipſe teſtis ſciat, aut ab alijs didicerit, quo mortis genere Defunctus obierit. Reſpondit.

Interrogatus à quo, & quibus præſentibus id intellexerit. Reſpondit.

Interrogatus quid ipſe de huiuſmodi fama, & opinione credat. Reſpondit.

Interrogatus quid ipſum teſtem ad id credendum impellat. Reſpondit.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ, &c.
Et relectum confirmauit, &c.

Ego F. N. de N. teſtis affirmo, quæ ſupra.

HOC pacto, & alij teſtes examinandi erunt, quotquot iudicis arbitrio de huiuſmodi facto dubio veriſimiliter valent deponere. Quod ſi ex depoſitis iudex ſceleris abeſſe iudicauerit, vlteriùs minimè progrediatur, ſed ſimul cum proceſſu ſileat.

Atque hæc quidem in Delicto facti permanentis, cum delicti Auctor ignoratur, obſeruanda ſunt. At in Delicto facti tranſeuntis, quoniam [a] minimè opus eſt vti aliqua inueſtigatione delicti, cùm de delicti corpore per eandem infamiam, vel indicia conſtet, per quæ ad inquiſitionem ſpecialem delinquentis proceditur [b], ipſa tantum infamia, vel indicia, quæ de Auctore delicti produntur, probanda ſunt: vt ſimul, & de corpore delicti conſtet, & contra delinquentem ſpecialis inquiſitio formari queat.

a Cla q.4. verſ. ſcias tamen.

b Arg in l ſi Titius ff. de log. 1.

Formam examinandi teſtes ad famam probandam.

In nomine Domini Amen, anno —— die —— in Conuentu noſtro N.

CORAM prefato, &c. P. N. de N. teſtis vocatus fuit, & delato ei iuramento, &c.

Primo interrogatus an ſciat cauſam ſuæ vocationis. Reſp.

Interrogatus an cognoſcat P. N. de N. Reſp.

Interrogatus quomodo illum agnoſcat, & ex quo tempore. Reſp.

Interrogatus cuius famæ, & nominis ſit apud alios, & apud ipſum. Reſp.

Interrogatus an fama ſit, quod Superiorum litteras aperiat, & intercipiat. Reſp.

Interrogatus quid ſit fama. Reſp.

Interrogatus quomodò ſciat talem famam de illo eſſe. Reſp.

Interrogatus à quibus audierit. Reſp.

Interrogatus quomodo ab illis audiuerit, & qua occaſione. Reſp.

Interrogatus an ipſe vnquam viderit eum Superiorum epiſtolas, aperuiſſe, aut intercepiſſe. Reſp.

Interrogatus à quo tempore d. P. N. de illo crimine ſit infamatus. Reſp.

Interrogatus an ſciat, vnde ortum habuerit illa fama à probis ne, vel à maleuolis. Reſp.

Interrogatus an aliqua, vel aliqua paſſione pulſus iſta depoſuerit. Reſp.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego F. N. de N. Teſtis affirmo, quæ ſupra.
F N. de N. Actuarius.

CVM verò ſpeciali Inquiſitione ex indicijs auſpicanda ipſa quoque indicia, quæ (vt dictum eſt) multa, & grauia eſſe debent, ante inquiſitionem probanda ſint: curet Iudex, vt ſingula indicia duobus ſaltem teſtibus fidedignis, & omni exceptione maioribus medio iuramento probentur in hanc formam.

Forma examinandi teſtes ad indicia probanda.

In nomine Domini. Amen. Anno —— die —— in Conuentu, &c.

CORAM Admodum R. P. N. de N. Prouinciali, &c. in teſtem vocatus fuit P. N. de N. ætatis —— Religionis —— officio —— & delato, &c.

Primò interrogatus an ſciat cauſā ſuæ vocationis. Reſp.

In-

Interrogatus an agnoſcat P. N. de N.   Reſp.

Interrogatus ex quo tempore.   Reſp.

Interrogatus an ſciat d. Patrem grauem inimicitiam cũ P.N. de N. Defuncto geſſiſſe.   Reſp.

Interrogatus an ſciat cauſam illius inimicitiæ.   Reſp

Interrogatus quomodò ſciat eos fuiſſe inter ſe inimicos. Reſpondit.

Interrogatus an viderit, aut ab alijs audierit interceſſiſſe inter eos aliqua ſigna dictæ inimicitiæ.   Reſp.

Interrogatus an vnquam inter ſe reconciliati fuerint. Reſp

Interrogatus ex quo tempore reconciliati ſint.   Reſp.

Interrogatus an poſt reconciliationem d. P.N. exhibuerit aliqua ſigna inimicitiæ erga Defunctum.   Reſp.

Interrogatus an credat, quòd ob talem inimicitiam d. P. N. venenum Defuncto propinare potuerit.   Reſp.

Interrogatus quare id credat.

Et relectum, &c.

F. N. de N. Teſtis affirmo quæ ſupra.
F. N. de N. Actuarius.

HIS itaque, quæ vel ad corpus delicti, vel ad neceſſarias famæ, aut indiciorum probationes tanquam iuris præparatoria pertinent, prælibatis, Iudex per legitimas informationes, ac teſtium examen iudicium inchoaturus illud in primis, velut ſacrum, ac immobile apud ſe ſtatuat, neceſſe eſt, præterea, quæ vel fama, vel indicijs probata ſunt, nihil ſibi inquirendum eſſe: idcirco capita quædam ex delatis extracta, velut inquiſitionis cancellos ſibi proponat, vltra quæ inquiſitionem non extendat. Nec tamen intra delicti metas adeò ſe preſſum exiſtimet, quin ad ea quoq; inquirenda ſeſe diffundere valeat, quæ vel crimini annexa ſunt, vel ad illud cognoſcendum conducunt. Quod igitur in hac re tantùm caueri debet, id eſt, ne inquiſitio ad aliud criminis genus, quàm quod fama, vel indicijs delatum eſt ſiue ad complices criminis agnoſcendos ſeſe effundat.

Capitulis igitur ex his, quæ fama, vel indicijs innotue-

Digitized by Google

runt formatis, Iudex teſtes in iudicium aduocet, & vnumquemque [a] poſt grauem veritatis aperiendæ admonitionem adhibitam, medio iuramento ſigillatim interroget.

Porrò quæ in huiuſmodi interrogatione obſeruare debet, hæc potiſſimùm ſunt. Primum quòd Iudex dictis teſtium nihil prorſus addat, vel minuat: ſed tam [b] ea quæ pro Reo, quàm quæ contra Reum à teſtibus deponuntur, excipi iubeat, ne prauorum Iudicum inſtar humanum duntaxat Rei ſanguinem ſitientium ea tantummodò Actuario ſcribenda dictet, quæ inquiſitis nocere intelligit, quæ verò illis prodeſſe queunt, ſilentio inuoluat, imò & quandoque ſcriptis mandari prohibeat: quo [c] fit, vt contra omne fas teſtis dictum diuidat, quod omni iure indiuiſibile ſit, oportet. Quapropter videat [d] nè ſtudioſa veri occultatione ſeſe falſi crimine conſtringat.

Secundò obſeruandum eſt, quòd etſi in ſæculari foro teſtes pro informatione Curiæ priùs parte non citata examinentur, qui deinde, vt in iudicio probent, parte citata, repetuntur, & cum Reo ipſo confrontantur. Attamen in Regulari foro, in quo ſummariè, & de plano iudicia agitantur, neque partis citatio ad videndam repetitionem teſtium, neque teſtium cum Reo confrontatio regulariter fieri ſolet: quemadmodum nec teſtium nomina, præterquàm in grauiſſima cauſa, vbi Reo nullus alius ſupereſſet defenſioni locus: publicari ſolent: ne iurgia in religione, quæ pacis domus eſt, excitentur: quo fit, vt teſtes, qui ſemel pro informatione Curiæ, parte non citata, admiſſi fuerunt, in iudicio probent, neque eorum repetitione, aut confrontatione opus ſit, niſi Iudex eos repetendos, aut in aliquo caſu confrontandos fore iudicauerit.

Tertiò ſtudeat ſummopere, vt teſtes clarius, quoad fieri poterit [e], tempora ſi non preciſa ſaltem propinqua, loca, perſonarum, locorumq; nomina exprimant, ac prætereà vultum, geſtus, formam verborum, quibus Actor delicti interdum vſus fuit, qui Auctores, aut principia rixarum, aut ſeditionum, qui principales, qui participes, qui auxiliatores, qui fautores, tam ante, quàm poſt delictum, atq; in ipſo delicto fuerint: demum quæ vel ipſum factum, vel

cir-

---

a Foller. pract. v capiat informationem.

b Scap. de iur. non ſcrip. l. 3. c. 51. nu. 18.

c Clar. q. 29. in principio per totum.

d Bald in trac. de teſtib. 2. p. n. 24. Iaſ. in l. præſcriptione n. 7. c. ſi contrarius Foller. v. capiat informationē.

e Foller. loco cit.

circunſtantias facti, vel perſonas attingunt, diligenter ab ijs explicanda curet: præſertim verò eorum, quæ vel circa factum, vel perſonas deponunt, ab ijs omnium cauſas, ac rationes ſcientiæ inquirat, nimirum quomodò, aut qua ratione ad eorum notitiam pertigerit [a], quod adeò neceſſarium eſt, vt id tanquàm anima dictum teſtis viuificans cenſeatur, ſine qua illud velut cadauer inutile iacet.

a Bald. in l. ſolā C. de teſtib. & tract. de teſtib. 3. p. nu. 1.

Quartò ſi Teſtes aliquid ſe ab alijs audiuiſſe deponant, quod ad criminis probationem pertineat, dicti Auctores, ſi haberi poſſunt, examinandos ſatagat, quòd ſi longè abſentes fuerint, & examinari non potuerint, in proceſſu conſtare faciat, eos examinari non potuiſſe: teſtis [b] enim de auditu, cùm Auctor dicti haberi poteſt, nullam neq; fidem neque præſumptionem in iudicio præſtat.

b Menoch. cōſ. 68. n. 5. & 6.

Quintò [c] Teſtes interrogari debent de Reorum nomine, patria, conuerſatione, inimicitijs, amicitijs, ſtudijs, familiaritate, &c. ex quibus Iudex elicere poterit, cuius naturæ ſit Reus, aut quo vitio laboret, vt faciliùs ad delicti cognitionem deueniat.

c Folier. in pract. v. capiat informationē.

Sextò ad teſtes citandos haud opus eſt inter nos aliqua iudiciali forma vti, cùm ex antiquo Religionis ſtilo ſufficiat, teſtem à Iudice per quemlibet fratrem, ſi in Monaſterio ſit, verbotenus abſque vllo ſcripto vocari, vel ſi abſens fuerit, miſſis obedientientialibus litteris acceſſi.

Septimò ſi teſtis mutus, vel ſurdus fuerit, ita vt neque eloqui, neque ea, quæ ſibi dicuntur, audire valeat, ſi ſciat ſcribere, iudex illum ſcripto interrogare, & is in ſcriptis reſpondere poteſt: vt notat [d] Maſcardus: quod in ijs teſtibus quoque obſeruandum eſt, qui iudicis, aut Actuarij linguā ignorant, nec adſunt interpretes, qui dictum teſtis iudici declarent.

d Maſcard. de prob. l. 3. conc. 1358. n. 36.

Poſtremò quamquam iudex Actuario teſtium examen committere valeat, conſultius tamen eſt, vt ipſemet teſtes interroget. Actuarij verò à noſtris iudicibus electi cum publica auctoritate, vt fori ſęcularis Tabelliones non polleant, optimè conſultum erit, vt iudex præſertim in grauioribus cauſis pro arbitrio tam in teſtium, quàm in Reorum interrogatione diſcretum aliquem Patrem ſibi adſciſcat, qui

eorum

eorum examini ſubſcribat.

Porrò vt aliqua interrogandorum teſtium forma iudicibus detur, ex qua, & alias alijs criminibus aptas colligere valeant, hac vti poterunt.

Forma interrogandi teſtes.

In nomine Domini, & glorioſiſſimæ ipſius Matris, & beatiſſimi Patris N. Franciſci Amen. Anno Domini die —— in Conuentu noſtro N.

CORAM præfato admodum R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro in teſtem vocatus P. F. N. de N. Aetatis ſuæ annorum —— Religionis —— officio Guardianus, & admonitus, præſtito illi iuramento, de veritate, ſuper his, de quibus interrogabitur, dicenda: prout iurauit tacto pectore, more Sacerdotali (ſi fuerit Sacerdos) ſin vero tactis ſacris Scripturis ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra.

Primo interrogatus, an ſciat cauſam ſuæ vocationis. Reſp.

Interrogatus de cuius Conuentus familia ſit. Reſp.

Interrogatus an cognoſcat F. N de N. Reſp.

Interrogatus an vnquam ſecum in eadem familia fuerit commoratus. Reſp.

Interrogatus à quo tempore, & quomodo illũ agnoſcat. Reſp.

Interrogatus cuius famæ d. F. N. ſit apud alios. Reſp.

Interrogatus cuius opinionis ſit apud ipſum. Reſp.

Interrogatus quarè eam opinionem de ipſo conceperit. Reſp.

Interrogatus an fama vnquam audierit d. F. N. intercepiſſe, vel aperuiſſe litteras Superiorum. Reſp.

Interrogatus à quibus audierit, & quando. Reſp.

Interrogatus an ipſe teſtis ſciat, aut viderit, illum aperuiſſe, aut intercepiſſe litteras Superiorum. Reſp.

Interrogatus quo tempore, & quo loco. Reſp.

Digitized by Google

Interrogatus quis alius eſſet præſens. Reſp.

Interrogatus quorum Superiorum illæ litteræ fuerint. Reſp.

Interrogatus quidnam de ipſis litteris factum fuerit. Reſp.

Interrogatus an ipſum reprehenderit. Reſp.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ, de loco, tempore, &c. Reſp. vt ſupra.

Interrogatus an hæc depoſuerit odio, vel aliqua contra illum paſſione ductus. Reſp.

Tunc præfatus Admodum R. P. Prouincialis Miniſter relectis ad verbum prædictis depoſitionibus eidem mandauit, vt proprio examini ſubſcriberet, præcipiens illi in virtute Sanctæ obedientiæ, vt cum nemine de his loquatur.

Et relectum confirmauit, & manu propria ſubſcripſit.

Ego F. N. de N. teſtis affirmo quæ ſupra.
F. N. de N. Actuarius.

QVOD ſi aliquis teſtium in iudicium vocatus renuat deponere aut depoſitioni ſubſcribere vel à Iudice interrogatus ad rem non reſpondeat, vel irreuerenter erga iudicem ſegerat. Primo quidem leuiter obiurgandus eſt: Verũ ſi à cœpto non deſiſtat, aſperius increpandus. Demum ſi contumax, ac inſolens perſiſtat, cogendus eſt, ac pœnarũ inflictione compellendus, quo fieri poterit per impoſitionem ſilentij, Ieiunij in pane, & aqua, ſuſpenſionis á diuinis, & ſi opus fuerit per excommunicationis comminationem, ſi tamen rei grauitas id poſtulet, quæ omnia in actis deſcribenda ſunt. Nimirum.

Interrogatus noluit reſpondere, vel proprio examini ſubſcribere, vel quædam imaginario, & ad rem non pertinentia proloqui cæpit, vel aliorum teſtium dictis abſq; vllo fundamento cum riſu, & iudicis contemptu cæpit aduerſari, quem cum R. P. Miniſter Prouincialis prius benigne deinde grauius increpaſſet noluit reſipiſcere: ſed in ſua pertinacia perſiſtere voluit: ex quo deinde Iudex decretum ſic formare poterit.

Decretum

Decretum pro teſte cogendo.

QVONIAM P. F. N. de N. in teſtem vocatus, & ab admodum R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro Prouinciæ N. legitimè interrogatus in cauſa P. N. de N. reſpondere noluit, vel proprio examini ſubſcribere renuit, & ab eodem iterum, atque iterum monitus, & correptus in ſua contumacia perſiſtit. Idcirco de conſilio diſcretorũ decreuit, prout præſenti decreto decernit, vt d. P. N. in pane, & aqua quotidie ieiunet, & tandiu à diuinis ſit ſuſpenſus quoad ipſius mandatis pareat. Dat. in Conuentu N. die o. Anno o.

F. N. de N. Miniſter Prouincialis.
F. N. de N. Actuarius.

SI vero poſt correptionem, aut pœnarum inflictionem teſtis reſipiſcat, & ad cor rediens veniam petat, depoſitio admittatur, Actuario id ita in actis referente — ad cor rediens — veniam de inobedientia petijt, & fuit denuo interrogatus.

Interdum etiam contingit teſtem vel in iudicio falſa deponere, vel varium eſſe, vel aliud in iudicio cum iuramento affirmare, quod extra iudicium negauerat, vel aſſerere ſe, nihil ſcire cum oppoſitum ex teſtibus conſtet, vel infamem, vel ſocium criminis, vel alioqui inhabilem eſſe, quos vel in pœnam ſceleris, vel ad eruendam veritatem, vel ad maculam inhabilitatis abſtergendam torqueri opus eſt.

Si teſtis ex aliorum teſtium dictis falſum depoſuiſſe, aut verum negaſſe deprehendatur illum Iudex benignè iterum, atq; iterum admoneat, vt à mendacijs abſtineat, & veritatem quam nouit candide proferat, alioquin cum ſocijs cõ frontandum, & ſecundum iura puniendum eſſe. Idque Actuarius in actis inſerat, hoc modo.

Interrogatus, & monitus ab admodum R. P. Prouinciali Miniſtro, vt circa ea de quibus interrogatus fuit, veritatem

teſtetur, quoniam apertiſſimè in ſua depoſitione bis, vel ter in mendacio expreſſo fuit deprehenſus, priuſquam cõſocij ante ipſum aduocentur, & cum eo confrontentur. Si tunc dictum reuocauerit ſcribatur ab Actuario: prius dictũ reuocauit, atq; ita reſpõdit. Sin pertinax in priori dicto ſuo aſſerendo perſtiterit. Iubeat Iudex alios teſtes ante ipſum aduocari, quos medio iuramento iterum de eodem facto interrogabit, qui ſi vnanimes dictum coram dicto teſte pertinaci confirmauerint, ac illum falſi conuicerint, tunc & ſi veniam petat, non indulgeatur. Sed Iudex terminum illi ad defenſionem aſſignet, qua ratione tanquam teſtis falſus puniendus non ſit. Interim edito decreto illum ad cuſtodiam carceri mancipabit, vt ſuo tempore falſi pœnas luat: Actuario cuncta in actis deſcribente, hoc pacto. Et cum in dicto ſuo aſſerendo pertinaciter inſiſteret. Viſum fuit præfato admodum R. P. Prouinciali Miniſtro conteſtes illos coram ipſo teſte pertinaci vocare, atq; illi confrontare, qui cum adueniſſet, & coram dicto teſte pertinaci cum iuramento omnes affirmaſſent vera eſſe, quæ quiſque coram depoſuiſſet de crimine à P. F. N. perpetrato, & de ipſius conteſtis præſentia, ac ſcientia vnius diei terminum dicto teſte pertinaci ad defenſionem aſſignauit, cur tanquam teſtis falſus non debeat puniri. Interim decreuit, prout præſenti decreto ſtatuit, vt ad cuſtodiam carceri mancipetur.

Forma Decreti pro falſo teſte carceri, mancipando.

CVM Admodum R. P. N. de N. Prouincialis Miniſter huius Prouinciæ N. poſt multas, & graues admonitiones adhibitas P. F. N. de N. in teſtem vocato in cauſa P. N. de N. vt veritatem ſimpliciter aperiret, & poſt conteſtium cõfrontationẽ eidem factam ipſum P. N. de N. in ſua falſitate aſſerenda pertinacem reperiſſent de conſilio diſcretorum ipſum formali carceri ad cuſtodiam mancipandum fore decreuit prout præſenti decreto decernit termino vnius diei

ſibi

ſibi præfixo ad producendum, & allegandum in ſui defenſionem quicquid producere, & allegare voluerit. Dat. in noſtro Monaſterio N. die N. Anno N.

F. N. de N. Prouincialis Miniſter.
F. N. de N. Actuarius.

SI verò teſtis in ſua depoſitione ſe varium, ac vacillantem præbuerit: veluti cum in eodem, vel diuerſo examine contraria affirmat, vel prius aſſertiuè, deinde per verbum credo deponit, & ſimilia quandoquidem depoſitionum variatio duplici ex capite manare poteſt nimirum vel ex inconſtantia dicti, vel ex ſubornatione quæ [a] illi facta præſumitur ad præcedentem depoſitionem infirmandam: vt puta ſi prius depoſuiſſet ſe vidiſſe N. vulnerantem N. cuius rei plures, veras, aut veriſimiles circunſtantias adduxiſſet: poſtea verò in altero examine dictũ retractet, & dicat ſe nõ vidiſſe, aut aliũ vidiſſe ſubornatus præſumitur. Idcirco teſtes huiuſmodi varij leuius, vel grauius ad Iudicis arbitriũ torqueri poterunt. Interdum quidẽ ad ſciendum in quo dicto perſiſtant quandoque etiam, vt Iudici innoteſcat à quo, vel à quibus ſubornati fuerint ad prioris examinis dictum reuocandum. Porrò cum torturam ſemper decretum præcedere debeat, prius decretum ſic à Iudice formari poterit, & Actibus inſeri.

[a] Rol. à Vall. conſ.73. n. 35. Maſc. r. de pb. conc. 134. n. 8.

Forma Decreti ad Teſtem varium torquendum ex inconſtantia dicti.

TVNC præfatus R. P. Prouincialis Miniſter viſis, &c. ac ponderata variatione, & incunſtantia ipſius F. N. teſtis, qui in priori examine facto die —— dixit aſſertiue ſe vidiſſe N. in tali loco vulnerantem N. gladio; modo vero ſub dubitatione, & per verbum credo illud deponit, idq; alio in loco, & non gladio ſed lapide. Ad tollendum igitur omnem maculam periurij, & varietatis, & ad effectũ ſcien-

di,

di, in quo dicto ipſe teſtis perſiſtat, & ad omnem alium meliorem finem , & effectum mandauit prout præſenti decreto mandat eundem F. N. de N. teſtem examinatum in cellā recludi, indeq; non egredi, nec cum vllo loqui , ibiq; ſolo pane, & aqua veſci donec puram facti veritatem teſtetur. Actum in Monaſterio N. die —— Anno

F N. de N. Prouincialis Miniſter .
F. N. de N. Actuarius .

Forma Decreti ad Teſtem varium torquendum ex præſumptione ſubornationis .

TVNC præfatus R. P. Prouincialis Miniſter viſis, &c. & perpenſa ad verbum depoſitione per N. teſtem facta in priori examine die —— in qua aſſeruit ſe vidiſſe N. in tali loco, & tali die N. gladio vulnerantem conſideratisq; pluribus circunſtantijs dictam depoſitionem concomitantibus, quæ verificatæ fuerunt , & quæ ſunt adeo veriſimiles , vt omnino credendum ſit ipſum examinatū verum in examine depoſuiſſe, modo autem cum id negat ſe vidiſſe apertæ mentiri præſertim cum ea quæ in primo examine depoſuit, ſponte, & de plano depoſuerit,& modo in ſecunda ſua depoſitione, nullam ſufficientem , aut veriſimilem cauſam huiuſce ſuę variationis adducat : Quapropter valde credibile, ac veriſimile eſt ipſum N. teſtem ad dictam priorem ipſius depoſitionem reuocandam ab aliquo , aut aliquibus ſubornatum fuiſſe. Ad effectum igitur ſciendi ab ipſo examinato an ab aliquo , ſiue aliquibus, & à quo , ſeu à quibus ſubornatus fuerit ad dictam priorem depoſitionem reuocādam , & ad omnem alium meliorem finem, & effectu , citra tamen præiudicium quorumcumque iurium ipſum puniendi Religioni competentium ex dicta variatione, quibus per præſentem torturam ipſe R. Prouincialis Miniſter præiudicare non intendit ,& non alias aliter , &c. de quo expreſsè proteſtatus fuit, & proteſtatur. Mandauit , prout præſenti

decreto

decreto mandat dictum teſtem examinatum in cellam recludi, neq; inde egredi, aut cum vllo loqui, necnon ſolo pane, & aqua veſci, donec à quo, vel à quibus ſubornatus fuerit, aperiat. Act. in noſtro Monaſterio N. die —— Anno

F. N. de N. Prouincialis Miniſter.
F. N. de N. Actuarius.

QVOD ſi teſtis aliquid cum iuramento in iudicio aſſeruerit, quod extraiudicialiter, aut negaſſe, aut negare per teſtiũ depoſitiones cum iuramento deprehenditur torturæ ſubijci poterit ad variationis maculam eluendam, decreto in hanc formam edito.

Forma Decreti ad Teſtem torquendum, qui quod Iudicialiter cum Iuramento depoſuit extraiudicialiter cum Iuramento negat.

PRAEFATVS R. P. Prouincialis Miniſter viſis, &c. & perlectis depoſitione N. teſtis in iudicio facta, & depoſitionibus in eodem iudicio factis a N. N. N. animaduertens ipſum N. teſtem aliud dixiſſe in iudicio, aliud vero extra iudicium cum iuramento coram N. & N. affirmaſſe, & ponderatis verbis præciſis per ipſummet teſtẽ extraiudicialiter prolatis, de quibus in proceſſu conſtat: ex quo apertiſſimè apparet ipſum informatum de veritate facti. Ad tollendum igitur omnem maculam periurij ab eius perſona, & ad purgandum omnem defectum varietatis, & ad effectum ſciendi in quo dicto ipſe teſtis perſiſtat, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauit prout præſenti Decreto mandat ipſum N. teſtem, &c. vt ſupra, &c. Actum, &c.

F. N. de N. Prouinc. M.
F. N. de N. Actuarius.

Teſtis

Digitized by Google

TESTIS verò de quo ex proceſſu conſtat tempore delicti fuiſſe, in loco delicti, & quomodo factum ſe habuerit videre potuiſſe, ac proinde, tam de commiſſo delicto, quàm de auctore delicti veriſimiliter informatum eſſe, ſi ibi adfuiſſe negauerit, vel factum vidiſſe, & per vnum ſaltem teſtem ipſo digniorem conuinci queat, vel conſtet eum extraiudicialiter confeſſum fuiſſe quod delicti notitiam habuerit, poſt grauem Iudicis minationem, vt verum deponat quod nouit, ſi in negatione perſiſtat, torturæ ſubijci poteſt, hoc præcedente decreto.

Forma Decreti ad Teſtem torquendum, qui negat ſe interfuiſſe delicto cum oppoſitum conſtat.

PRAEFATVS R.P. &c. viſis, &c. Auditisq; ac perlectis depoſitionibus N. & N. teſtium deponentium N. in teſtem vocatum ſcire perpetrati criminis ſeriem pluribusq; monitionibus ipſi examinato præmiſſis, vt veritatem fateatur. Conſideratoq; quòd in iudicio conſtet ipſum aliquo pacto in loco admiſſi criminis præſentem adfuiſſe tempore quo ipſum crimen perpetratum fuit: inde veriſimile eſt ipſum vidiſſe quomodo factum ſe habuerit, & quis fuerit delinquens, licet ipſe hoc expreſſe inficiari conetur: cōſideratisq; alijs indicijs ex proceſſu reſultantibus, & contra dictum examinatum facientibus, &c.

Quapropter idem præfatus R. P. &c. ad effectum habendi ab ipſo teſte examinato plenam, & integram veritatem ſuper præmiſſis de quibus (vt dictum eſt) veriſimiliter apparet informatus, atq; ad omnem alium meliorem finem, & effectum. Mandauit prout præſenti decreto, &c. vtſup. &c. Actum, &c.

F. N. de N. Prouincialis Miniſter
F. N. de N. Actuarius.

Denique

DENIQVE ſi teſtis, vel infamis, vel criminoſus, vel vilis perſona, vel alia ratione ad teſtificandum inhabilis fuerit, is torquendus erit, vt omnis ab eo tam inhabilitatis macula, quàm exceptio, quæ contra eum opponi poſſet auferatur. Porrò decretum ad torturam his inferendam mutato duntaxat inhabilitatis titulo, tale erit.

Forma Decreti ad torquendum teſtem inhabilem.

PRAEFATVS R. P. &c. Viſis, &c. Stante qualitate N. examinati, & conſiderata inhabilitatis nota (explicetur ſpecies inhabilitatis qua affectus reperitur) ad tollendam maculam prędictā, & vt eius dictū magis efficiat nominatum, & ad omnem alium meliorē finem, & effectū. Mandauit, prout præſenti decreto mandat ipſum N. per integrum diem in cella recludi, & cum nemine loqui, ibiq; ſolo pane, & aqua veſci. Act. &c. in noſtro Monaſterio N. die —— Anno

F. N. de N. Prouin. M.
F. N. de N. Actuarius.

EXPLETO igitur teſtium examine Iudex probationes ac indicia quæ ex eo reſultant, diligenter explorare debet an ex his ſemiplena ſaltem probatio exurgat, quæ ad reum interrogandum, & conſtituendum ſufficiat. Quòd ſi teſtes aut diſcordes, aut varios, aut alias nihil concludentes inuenerit, aut leuia tantum indicia contra reum depoſita offenderit, ibi ſiſtat, & vlterius ad reum interrogandum non procedat, niſi noui teſtes, aut indicia ſuperueniant, quibus via ad reum conſtituendum aperiatur.

At verò vbi legitimas tum ex teſtibus, tum ex indicijs cōflatas, probationes adeſſe perſpexerit ad reum non tam conſtituendum, quam etiam ſi crimen negauerit tormentis ſubijciendum ſufficientiſſimas cauſæ qualitatem, necnon

Digitized by Google

perſonæ meritum apud ſe maturè perpendat. An videlicet crimen ſit grauiſſimum, occultum, pernicioſum, an perſona ſit vilis, ſolita delinquere, malæ opinionis, & famæ, infamia macula notata, indicia quoq; an grauia, vehementia, clara, veriſimilia exiſtant. Num etiam rei fuga probabiliter timeatur, ex his iudicare poterit, num ad ipſius capturam illi deueniendum ſit, nam & ſi iuxta Clari [a], & Ambroſini ſententiam hodierno vſu captura iudicibus arbitraria ſit, ita vt tota ex iudicis arbitrio pendeat, nec illius certa regula præſcribi poſſit. Attamen iudici conſultum eſt, ne facile niſi in grauiſſimis criminibus in quibus rei fuga probabiliter timetur ad grauiũ præſertim vel inſigniũ perſonarũ capturam deueniat: Vbi verò reus carceri ad cuſtodiã mãcipandus fuerit decreto emiſſo id in actis deſcribi curet.

[a] Clar. q. 28. verſ. v. ſcias autem. Amb. l. 2. c. 1.

Forma decreti ad Reum incarcerandum.

PRAEFATUS R. P. &c. Viſis videndis, &c. & diligenter exploratis depoſitionibus teſtium, & indicijs quę contra N. inquiſitum ex proceſſu conſtant, ex quibus aduerſus eundem reſultat ſemiplena criminis probatio. Inſuper conſiderato quod crimen de quo agitur, eſt eius generis, vt ipſius fuga merito timetur. Mandauit, prout præſenti decreto mandat D. N. capi, & carceri ad cuſtodiam mancipari, à quo niſi de ipſius mandato amoueri non poſſit. Act. &c. die Anno

F. N. de N. Prouin. M.
F. N. de N. Actuarius.

VBI hoc decretum executioni mandatum fuerit, relatio à carcerario facta de incarceratione Rei in proceſſu ſcribatur.

Ego F. N. Actuarius fidem facio dictum decretum fuiſſe intimatum per me dicto N. & fuiſſe ipſum N. cum effectu carceri formali mancipatum. —— die —— anno

Ego F. N. Actuarius.

Si

SI Reus de huiuſmodi decreto appellauerit non eſt audiendus, ſed in carcere cuſtodiendus, vt notat Clarus [a] huiuſmodi enim appellatio à iure non admittatur.

Iudex tamen animaduertat, vt dum Rei cauſa deciditur, carcer qui Reo non ad pœnã neque ad arctationem, ſed ad cuſtodiam datur humanus, ac mitis ſit, itaut cuſtodiam non cruciatum præſeferat, vt lege [b] ſancitum habetur, his verbis. Interea dum cauſa deciditur, cuſtodia talis ſit, vt excruciatio deſit, & tamen Reus maneat ſub fida cuſtodia cum enim carcer triplici tantum ratione Reis tribui ſoleat. Primo ad cuſtodiam, ne aufugiant nam vt habet textus in l. ſi cum legetur §. ſi Titio facilius eſt captum liberare, quã liberum capere. Secundo ad arctationem, & torturam, cum ſcilicet pro tortura Reo adhibetur. Tertio ad pœnã cum pœna carceris Reo ad delicti punitionem per ſententiam adiudicatur: Ex his primum carceris genus omni cruciatu carere debet ne cuſtodia in pœnam tranſeat. Idcirco Iudex qui Reum nondum damnatum manicis, compedibus, vel cathenis abſq; cauſa affligit, vel inedia conficit iuxta Nauarrũ [c], & Couarr. mortiferè peccat, & ſi Reus ob eius immanitatem intereat, irregularis efficitur. Id quoque ignorare non debet ex ſola informatione extraiudiciali interdum ad Rei capturam poſſe procedere: tunc nimirùm cum crimen eſt atrox, & enorme, Reuſq; ſuſpectus eſt de fuga, & iudex omnino certus eſt quòd poſt capturam, teſtes ſpõte ad examen accedent, vt ſentiunt Clarus [d]. Salicetus. Farinacius.

Reo in carcerẽ ad cuſtodiam detruſo Iudex ante omnia criminis de quo agitur naturam, ac titulum inueſtigare debet: puta [e] an furtum, an ſacrilegium, an adulterium, an fornicatio, ac ſimile delictum nominatum ſit, vel proprio nomine careat, vt delicto titulum imponere valeat. Quædam enim crimina nominata dicuntur, quæ nomen ex propria ſpecie ſortiuntur. Alia [f] verò non nominata nuncupantur, quæ cum ob imperfectionẽ vel cõmixtionem ſpecierũ ex quibus conſtant proprio nomine careant, ſub generali ſtellionatus crimine, quod omnia non nominata crimina complectitur, comprehenduntur.

a Clar. q. 46. v ſed quid ſi.

b L. 1. Cod. de cuſt. reorum.

c Nauarr in c. ſtatuitimus is q. 3. n. 39. Couarr in Cle. ſi furioſus 2. p. §. 5. nu. 7.

d Clar q. 28. v ſcias autem. Salyc in l. 2 C. de cuſt. Reorũ nu. 2. Farin. de carcerib. & carcer. q. 27. nu. 125.

e Clar. §. 1. in princ.

f Boſſ.

Quinto loco Iudici obſeruandum erit vt [a] interrogatoria, quibus Reum aggreditur clara,& aperta ſint, quæ non plures, ſed ſingulares tantum res complectantur: atque his Reum clarè & perſpicuis verbis, ac ſtrictè reſpondere compellat initio [b] non ſtatim ab ipſa re interrogationem exordiatur, ſed paulùlum vagando, ac per nonnullas interrogationes etiam à negotio remotas diuertendo, paulatim ad ipſum factum accedat, ac tum opportunè interrogando argumentis à loco, à tempore, à perſona, à cauſis, ab effectis, à coniunctis, ab euentis, ab antecedentibus, à conſequentibus, à repugnantibus deductis, à Reo veritatem elicere ſtudeat. Ab interrogationibus [c] tamen quibus via reo ad defenſionem intercluditur abſtinere debet, vt puta. An Reus infamatus de ſuſpecto conſortio obſcœno animo mulierem tetigerit. Cum enim Reus eo ſe tueri poſſit quod ſimpliciter id egerit ea interrogatione fores illi ad ſuam defenſionem percluduntur.

Maximè vero omni cura, ac diligentia caueat [d], ne ſuggeſtione aliqua erga Reum vtatur, itaut illum inſtruere videatur quomodo delictum fateri debeat: Id enim abominandum eſt, & confeſſio eiuſmodi per ſuggeſtionem facta prorſus nulla foret: Suggeſtio verò non tam circa principale factum, quam circa loca, tempora, perſonas, & alias quaſcunque facti circunſtantias verſatur: cum ſcilicet Iudex in ſpecie de his Reum interrogat, vel eidem huiuſmodi confeſſiones ſuggerit: Quapropter vt ab his ſuggeſtionibus Iudex ſe liberum ſeruet ab interrogatione omnium qualitatum, & circunſtantiarum facti in ſpecie abſtinere debet [e], generaliter tantum interrogando Reum quo tempore, quo loco, an ſolus, vel cum ſocijs, & quot numero, an aliquo mandante, vel auxiliante id egerit, & ſi liceat de complicibus inquirere; quinam complices fuerint, quis mandans, qui fautor, qui auxiliatores: non autem ſi N. teſtis fuit ſocius criminis, vel mandans, vel fautor, &c. vel ſi tali loco, tali tempore, cum tali perſona factum patrauit: Inde enim ſuggeſtio oritur cum non in genere, ſed in ſpecie de facto, ac illius circunſtantijs quæritur: niſi [f] id in ſpecie, & expreſſe in actis appareat, vel expreſſione alicuius circunſtantiæ Reus

a Chart. l. 2. pract. c. 2. n. 10. 11.

b Amb. l. 2. c. 5

c Clar. § fin. v. debet autem.

d Chart. de interrog. reorum l. 2. c. 1. n. 54. 68. 69.

e Tex. l. 1. § in cauſa v. Qui queſtio. ff. de queſt.

f Chart. pract. l. 2. c. 1. n. 68.

ad

ad veritatem fatendam compelleretur, quod Iudicis arbitrio iudicandum relinquitur.

Poſtremo loco Iudex ad Rei interrogationem accedens omnem prorſus [a] odij, aut beneuolentiæ paſſionem, prauamq; animi cupiditatem à ſe longe abijciens altè animo repetat, ſe Dei Iudicis, à quo, & ipſe iudicandus eſt perſonam, ac munus in terris gerere: Quare ab omni in primis perſonarum acceptione abſtineat: Ad tormenta [b] cito non accurat, cum [c] enim tortura remedium ſubſidiarium ſit, ad quod tunc tantum confugiendum eſt cum alia remedia fruſtra tentata fuerint; impij, ac immani Iudicis ſignum eſt facilè, & abſq; graui cauſa ad illud properare, quare potius patienter ordinatè, clarè, ſubtiliter, & accommodatè Reū interroget, ac prudentibus interrogatorijs eò illum perducere ſtudeat, vt vel inuitùs delictum fateatur: Quæ profectò haud modica Iudicis laus eſt cui illud perſuaſum eſſe debet tunc ſe cauſam amiſiſſe, & minus perfectè Iudicis officio functum fuiſſe cum ad tormenta Reum prouocat. Reum patienter ſubſtineat, verbis placidis alloquatur, à veritate fugientem ſuauibus hortationibus, ac monitionibus ad cō ſcientiam reuocet. Numquam [d] tamen cum Reo familiariter agat, ne inde ipſius dignitatis, ac offici contemptus oriatur ſed grauitatem, ac maieſtatem ſimul cum affabilitate coniunctam ſeruet.

Porrò, & ſi certa Rei interrogandi regula, ac methodus Iudici præſcribi non poſſit ob varia criminum genera quæ in iudicijs agitantur, quibus diuerſæ prorſus interrogationes aptari debent, hic tamen placet formulam interrogationis in crimine de vulnere illato explicare, vt ea alias quoque in cæteris criminibus formare diſcat. Iudex igitur opportuno tempore Reum accerſat, & vno, vel duobus diſcretis Patribus ſecum adhibitis in hanc formam interroget.

a Follcr. pract. v. ſtudeant nu. 1. 5.

b Chart. pract. interrog. reorū l. 1. n. 3.

c Blancar. & Clar. q. 64. v. debet etiam.

d Chart. pract. interrog. reorū l. 2. c. 3. n. 7. 8.

Forma interrogandi Reum in primo conſtituto.

In nomine Domini Amen,&c. die —— Anno —— in noſtro Conuentu N.

CORAM præfato R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro, & N.N. teſtibus adhibitis, & me N. Actuario vocatus, & conſtitutus fuit perſonaliter extra carceres F.N. de N. Reus in ac cauſa principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios ætatis ſuæ annorum —— Religionis —— officio —— & declarato illi ſtatu ſuæ cauſæ, præmiſſaq; admonitione quod propriũ crimen ſtantibus probationibus, & indicijs, quæ contra eum in proceſſu militant ſub æternæ damnationis pœna fateri teneatur, ac propterea delato ei iuramento de veritate dicenda ſuper his de quibus interrogabitur prout iurauit tacto pectore more ſacerdotali (vel tactis ſacris ſcripturis ſi non fuerit ſacerdos) ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.

Interrogatus an ſciat, vel præſumat cauſam ſuæ vocationis. Reſp.

Reſponſio ſcribatur eo termino quo à Reo profertur.

Si Reus veniat è carceribus.

Interrogatus vnde veniat. Reſp.

Interrogatus an ſciat vel præſumat cauſam ſuæ carcerationis. Reſp.

Interrog. ex quo tempore detruſus fuit in carcerẽ. Reſp.

Interrogatus à quo in carcerem fuerit inuectus. Reſp.

Interrogatus an alias fuerit inquiſitus, proceſſatus, & in carcerem.

Interrogatus qua de cauſa. Reſp.

Interrogatus quo tempore, & quo loco id fuerit. Reſp.

Interrogatus quoties in carcerem fuerit detruſus. Reſp.

Interrogatus quomodo de carcere exierit abſolutus ne, an condemnatus. Reſp.

Hæc propterea à Reo inquiruntur, vt cuius fama, ac nominis ſit perſpectũ habeatur poſtea examen proſequatur.

Interrogatus an inimicitiam cum aliquo gerat. Reſp.

Interrogatus quiſnam ille ſit. Reſp.

Interrogatus quomodo ſciat illũ ſibi eſſe inimicũ. Reſp.

Interrogatus quis tunc eſſet præſens cum ille ſibi minatus eſt. Reſp.

Interrogatus an vnquam reconciliati fuerint. Reſp.

Interrogatus quo tempore. Reſp.

Interrogatus an alijs hæc inimicitia nota fuerit, & quibus. Reſp.

Interrogatus an exiſtimet ob prædicta verba d. N. ipſum odio proſequi. Reſp.

Interrogatus an paret eum eſſe hominem probum. Reſp.

Interrogatus quare illum exiſtimet eſſe malignum, & ſibi inimicum. Reſp.

Hæc de [a] Rei inimicis, & ſuſpectis, Idcirco in ipſo examinis exordio à Iudice prælibanda ſunt, antequam ad alias interrogationes proſiliat, vt aſtutis exceptionibus Rei tempeſtiuè occurrat, qui cum ex interrogationibus ſæpe in teſtium cognitionem deueniat, qui contra ipſum depoſuerũt, illos ſtatim velut inimicos excipere ſolet, cui hac interrogandi forma exceptionis via præcluditur: deinde cæteras interrogationes proſequatur.

[a] Natta conſ. 242. n. 8.

Interrogatus an ſciat de N. vulnerato. Reſp.

Interrogatus an agnouerit d. N. vulneratum. Reſp.

Interrogatus à quo tempore, & quomodo illum cognouerit. Reſp.

Interrogatus quantum temporis lapſum fuerit ex quo ipſum vidit, & cum eo loquutus eſt. Reſp.

Interrogatus de qua re cum ipſo egit. Reſp.

Interrogatus an pacificè ab eo diſceſſerit. Reſp.

Interrogatus quænã fuerint verba illa contentioſa. Reſp.

Interrogatus quis ibi eſſet præſens. Reſp.

Interrogatus an ſciat quo tempore, & qua hora d. N. fuerit vulneratus. Reſp.

Interrogatus quomodo id ſciat. Reſp.

Interrog. an audierit dictum vulneratũ clamantẽ. Reſp.

Interrogatus vbi nam tunc eſſet ipſe vulneratus. Reſp.
Interrogatus quomodo id ſciat. Reſp.
Interrogatus vbi nam ipſe Reus tunc eſſet. Reſp.
Interrogatus an tunc ſecum aliquis eſſet. Reſp.
Interrogatus an ad clamorem vulnerati accurreret. Reſ.
Interrogatus quare non accurrerit. Reſp.
Interrogatus an ſciat famam eſſe quod ipſe Reus d. N. vulnerauerit. Reſp.
Interrogatus quomodo ſciat. Reſp.
Interrogatus vnde orta fuerit illa fama. Reſp.
Interrogatus quare orta fuerit. Reſp.
Interrog an arma aliqua in cellam ſuam detulerit. Reſ.
Interrog. quænam arma fuerint, & cuius generis. Reſ.
Interrog. an ab aliquo viſa fuerint, & à quo. Reſp.
Interrogatus quorſum illa arma in cella ſeruaret. Reſ.
Interrogatus vbi nam ſunt dicta arma. Reſp.
Interrogatus an de licentia Superioris dicta arma ſeruaret. Reſp.
Interrogatus vnde dicta arma ſumpſerit, vel à quo habuerit. Reſp.
Interrogatus an clamore vulnerati exorto per dormitorium curreret. Reſp.
Interrog. an Fratrem aliquem obuium habuerit. Reſ.
Interrogatus quiſnam eſſet ille frater. Reſp.
Interrogatus quare per dormitorium curreret. Reſp.
Interrogatus quid geſtaret in manibus. Reſp.
Interrogatus quonam ſe receperit. Reſp.
Interrogatus an non ipſe d. N. vulnerauerit. Reſp.

Si Reus delictum confeſſus fuerit, efficiat Iudex, vt omnes quoq; delicti qualitates, & circunſtantias integrè recenſeat, fatentemq; ne interrumpat aut remoretur huiuſmodi enim interruptio, vel retardatio cœptam confeſſionem reuocandi plerumq, conſilium ſuggerit: Quinimo cum delictum fateri cœperit, non dimittat, tametſi hora cœnæ, aut prandij, aut ſomni inſtaret: nam inter os, & offam multa poſſunt contigere, dataq; Reo dilatione ac tempore ad deliberandum id amittitur, quod magnis laboribus iam velut cõparatum habebatur.

Habita à Reo huiuſmodi confeſſione, deſcribatur ab Actuario his verbis.

Et cum dictam confeſſionem audiſſet præfatus R.P. Prouinc. Min. per eum fuit in examine ſuperſeſſum, cum animo iterum, & quoties ſibi viſum fuerit eum interrogandi, & iuſſit eundem ſubſcribi dictæ depoſitioni.

Et relectum confirmauit, & manu propria ſubſcripſit.

Ego F. N. de N. fateor vt ſupra:
Ego F. N. de N. Prou. Min.
Ego F. N. de N. Teſtis.
Ego F. N. de N. Teſtis.
Ego F. N. de N. Actuarius.

QVOD ſi Reus interrogatus crimen negauerit, à Iudice grauiter admonendus erit, & ex indicijs quæ de ipſo conſtant coarguendus veluti ex odio, ex inimicitia ex minis, ex præparationibus, ex loco, ex tempore, ex armis, ex fuga, ex fama, ex delinquendi conſuetudine, & alijs huiuſmodi prout ex proceſſu elici poterunt. Ex reſponſionibus quoq; Rei argumenta aut falſitatis, aut impoſſibilitatis, aut improbabilitatis aduerſus ipſum ſtudent colligere: Omneſq; huiuſmodi Iudicis admonitiones, & impugnationes, & Rei reſponſiones ad verbum in actis ſcribantur, hoc modo.

Tunc præfatus R. P. Prouincialis Min. cum audiſſet d.N. conſtituti negationem grauiter illum admonere cœpit, ne in conſcientiæ ſuæ præiudicium, ac diuinæ maieſtatis iniuriam veritatem tot indicijs probatam vlterius negaret, & vt illum ad veritatem fatendam magis promoueret.

Obiecit primo quod de odio ac inimicitia ipſius erga vulneratum aperte conſtet, ex quo de vulnere illato præſumitur. Cui Reus reſpondit.

Obiecit ſecundo, & ſic de cæteris.

Cum verò Iudici viſum fuerit ſe Reum ad ſufficientiam interrogaſſe, hac forma examen abſoluat.

Tunc præfatus R. P. Prouincialis Min. acceptatis, &c. Propter horæ tarditatem, vel aliorum negotiorum copiam examen dimiſit, & ipſum Reum conſtitutum mandauit de-

trudi in carceres, animo tamen continuandi examen, &c. Iniungens ipſi conſtituto poſt relectam ipſius depoſitionem, vt ſe proprio examini ſubſcribat, prout relectum confirmauit, & manu propria ſubſcripſit.

Subſcriptiones vt ſupra.

CAETERVM id Iudex ignorare non debet ſe toties reū interrogare poſſe quoties ad criminis confeſſionem ab eo eruendam id expedire perſpexerit, neque aſpernandum illorum conſilium eſt, qui ter ſaltem Reum conſtituendum eſſe ſentiant, antequam per tormenta interrogetur, cum, vt diximus, prius omnis via tentanda ſit, qua Reus ad veritatis confeſſionem ſuauiter diſponi queat, quam ea per tormentorum rigorem, ac ſeueritatem extorquatur: Quapropter cum Iudici opportunum fuerit, Reum iterum ad ſe vocatum conſtituet, & medio ipſius iuramento aſſiſtentibus diſcretis, interrogabit, hoc modo.

Forma Secundi, & Tertij Conſtituti.

In nomine Domini. Amen, &c. —— Anno —— in noſtro Conuentu ——

CORAM præfato, &c. Aſſiſtentibus, &c. Iterum vocatus, & conſtitutus fuit N. Reus in hac cauſa, & graui admonitione præmiſſa, delatoq; ei iuramento de veritate dicenda ſuper his de quibus in primo conſtituto interrogatus fuit, & in hoc ſecundo interrogabitur, prout iurauit, &c. ad opportunas interrogationes, reſpondit vt infra.

Primo Interrogatus an ſeipſum diſpoſuerit ad veritatem fatendam ſuper his de quibus alias interrogatus fuit. Reſp.

Interrogatus qua fronte negare poſſit ſe d N. vulneraſſe, cum tot indicia, & probationes in proceſſu de hoc ipſo extent. Reſp.

Tunc Iudex epilogatus omnibus teſtibus, & indicijs, quæ ex proceſſu contra Reum manant, & his quæ Reus in alijs

conſtitutis reſpondit, ex his validiſſimè Reum coarguat, præſertim ſi illud vltimum conſtitutum fuerit, ſingillatim vnumquodq; indicium opponendo, quæ omnia ab Actuario diligenter ſcribantur.

Interrogatus quomodo poſſit his tergiuerſari, aut apertam veritatem negare, cum tot contra ipſum indicia, ac manifeſtæ probationes vigeant ex quibus apertè conuincitur ſe delictum patraſſe. Reſp.

Interrogatus Qua facie audeat ſe innocentem criminis aſſerere cum ex tali teſtis depoſitione apertè Reus criminis conſtituatur. Et legatur illi depoſitio ſine nomine teſtis, quod vbiq; ſeruet cum teſtium dicta recenſentur.

Interrogatus quod iam manifeſtè de ipſius pertinacia apparet, cum non ſolum delictum à ſe commiſſum agnoſcere recuſat, verumetiam viros probos, & fidedignos, qui iuramento adſtricti veritatem depoſuerunt, falſarios audet appellare, quibus tamen ab exordio exceptionem nullam obtulit. Idcirco benignè admonitus fuit, vt ab huiuſmodi pertinacia diſcedat, & veritatem, vt debet, fateatur. Reſp.

Interrogatus quomodo audeat adhuc patratum delictum negare, cum ex ſuiſmet reſponſionibus mendacij, ac variationis arguatur. Primum cum ita reſpondit, ſingulaq; reſponſa, quæ falſitatem, aut improbabilitatem, aut variationem dictorum continent opponantur. Reſp.

Interrogatus, & monitus ne amplius in criminis negatione perſiſtat, cum tot teſtes, tot indicia, tot coniecturæ, tot præſumptiones illum commiſſi ſceleris conuincant: (fiatq; Epilogus, ac recapitulatio omnium probationum, indiciorum, præſumptionum, &c. quæ in Actis habentur, & omnia ſimul Rei aſpectui obijciantur: ex his enim Reus ſæpe confuſus ad veritatis confeſſionem adigitur) Quod ſi in negatione pertinax fuerit, veritatem commiſſi criminis vi tormentorum ab eo extorquendam eſſe ſciat. Reſp.

Si Reus veritatem fateri renuat, tunc Actuarius ſcribat.

Tunc præfatus, &c. Acceptatis, &c. Examen dimiſit, & ipſum Reum conſtitutum iuſſit retrudi in carcerem, iniungens ipſi conſtituto, vt poſt relectas depoſitiones ipſas pro-

pria

pria manu ſubſcribat, prout relectas confirmauit, ac manu propria ſubſcripſit.

Subſcriptiones vt ſupra.

ANimaduertat verò Iudex, vt in reſponſionibus Rei non ſolum verba, ſed etiam geſtus corporis, ſingultus, lachrymas, vultus alterationem, vocis, ac corporis tremorem, atq; alia quæ Reo contingunt, adamuſſim deſcribenda iubeat, cum ex his præſumptiones, vel innocentiæ, vel cõmiſſi delicti non raro eliciantur. Iudex etiam quandoque alta voce ea deſcribi præcipiat, dicens Actuario, ſcribe. Reſpondit ſuſpirans, vel lachrymans, &c. Inde enim Reo plerumq; confuſione mentis hebetudo oritur, qua ad confeſſionem criminis trahitur.

Quoniam verò nonnunquam accidit, vt Reus à Iudice interrogatus metuens ab eo in ſermone capi, interrogationibus reſpondere renuat, vel ſi reſpondet, reſponſa ambiguè, dubitatiuè, vel obſcurè proponit, vt puta, non recordor, forſitan eſt ita, vel non ita: Credo, vel non credo, res poſſet eſſe, vel non eſſe, quæ reſponſum ipſum eneruant.

Si Reus omnino Iudici reſpondere recuſauerit, omnino [a] cogendus eſt, vt reſpondeat: quare Iudex graui admonitione præmiſſa cum ipſum renitentem viderit comminationem periurij, aut pœnam confeſſi criminis, aut torturam ipſi comminetur, quæ omnia in proceſſu appareant, hoc modo. [a] Chart. pract. l. 3. c. 2. n. 1.

Interrogatus ipſe N. Reus conſtitutus, & monitus à R. P. Prouinciali Miniſtro, vt prædictæ interrogationi reſpondeat, noluit reſpondere.

Interrogatus quare renuat reſpondere: nullam omnino cauſam allegauit.

Quapropter præfatus R. P. Prouincialis Min. præcepit ei in virtute, ac ſub præcepto formali Sanctæ obedientiæ, ſub pœna inobedientiæ, periurij, & confeſſi criminis, & ſub comminatione torturæ. vt interrogatis reſpondeat. Noluit reſpondere.

Interrogatus, & monitus, vt à contumacia, & obſtina-

tione

tione prædicta recedat, quia alioquin ad pœnarum inflictionem deuenietur. Noluit reſpondere.

Interrogatus, & ſæpe monitus vt reſpondeat. Reſponſum non dedit.

Decretum torturæ pro reſponſione Rei habenda.

TVNC præfatus R. P. Prouincialis Min. Viſa obſtinatione ipſius conſtituti nolentis reſpondere, & notoria pertinacia, & inobedientia, pœnarumq; prædictarum ſibi comminatarum ſpretu, reſeruato ſibi iure ſemper, & quandocumque voluerit decernendi, & pronunciandi ipsũ N. conſtitutum incurriſſe dictas pœnas, & pro præmiſſorum executione quodcunque mandatum deſuper neceſſarium, & oportunum relaxandi, mandauit ipſum in carcerem detrudi, ibiquè manicis ferreis, & compedibus conſtringi, & præter panem, & aquam nihil ſibi ad victum miniſtrari donec interrogatis reſpondeat, declarans dictam torturam ad ſolam reſponſionem extorquendam adhiberi. Actum, &c. die —— Anno —— in Conuentu ——

Subſcriptiones vt ſupra.

EODEM plane modo, ac forma contra Reum procedendum erit, qui præciſè, ideſt affirmatiuè, aut negatiuè interrogatis reſpondere non vult, vel ſe ad priora dicta remittit, cum nouum reſponſum ab ipſo quæritur. Reus [a] enim cum verbis claris perſpicuis, ac præciſè Iudicis interrogationibus, quæ tam circa principale factum, quam facti circunſtantias fiunt, reſpondere tenetur, eidem quoque interrogationibus, vel quoties iudici viſum fuerit reſponſum præbere cogitur, quamquam Iudex admonendus ſit, ne in re leui Reum huiuſmodi interrogationibus nimis præmat, Iudicis tamen arbitrio inſidet tum iudicare, an ſit veriſimile Reũ de aliqua circunſtantia recordari poſſe, necne,

[a] Chart. pract. l. 3. c. 2. n. 3. 4. & ſeqq.

tum

tum etiam torturæ tempus, & modum iuxta cauſæ qualitatem, grauitatem indiciorum, & perſonæ conditionem præſcribere.

Decretum torturæ pro habenda reſponſione Rei præciſa, aut congrua.

TVNC præfatus P.R.P.M. Viſa pertinacia ipſius N. conſtituti, nolentis congruè, & præcisè iuxta interrogata reſpondere, ad dictam congruam, & præciſam reſponſionem ſuper prædictis habendam, cum aliter ab eo extorqueri non poſſet, mandauit ipſum N. in carcerem detrudi, ibiq; manicis ferreis, & compedibus conſtringi, & præter panē, & aquam nihil ſibi ad victum miniſtrari, donec interrogatus, congruè, & præcisè reſpondeat. declarans dictam torturam pro ſola reſponſione congrua, & præciſa habenda adhiberi. Act. &c. die —— Anno —— In noſtro Conuentu ——

Subſcriptiones vt ſupra.

POST vltimum rei conſtitutum ſi is in criminis negatione perſtiterit, antequam rigoroſo examini, quod per torturam fit ſubijciatur, Iudex illi terminum ad ſuas defenſiones præſtandas, tametſi non petat, aſſignare debet, & iuxta antiquum noſtrę Religionis ſtylum, conſiliariū tribuere cui, & copia indiciorū, & dicta teſtiū ſi petierit non expreſſo teſtiū nomine iuxta probatam fori Regularis conſuetudinem danda ſunt, vt ex ijs Reus defenſiones colligere valeat.

Et quamquam in ſæculari foro copia [a] proceſſus Reo exhibenda non ſit, niſi prius teſtes omnes pro informatione curiæ examinatos, pro ritè, & rectè examinatis habere velle declarauerit, & hoc pacto proceſſus legitimatus fuerit: apud nos verò vbi ſummariè proceditur conteſtes à Iudice admiſſi, & legitimè abſq; vlla partis citatione interrogati pro ritè, ac rectè examinatis habeātur. huiuſmodi teſtiū approbatio

[a] Chart. pract. l. 3. c. 3. n. 56. vſque 67.

mini-

minimè neceſſaria eſt; quo fit vt expleta interrogatione Rei, copia indiciorum illi dari, & proceſſus publicari queat: At verò cum Iudex copias indiciorum, & terminum ad ſe defendendum, & conſiliarium Reo decernere voluerit, id in Actis ab Actuario referri debet hac forma.

Decretum pro aſſignandis defenſionibus, & Conſiliario.

TVNC præfatus, &c. Acceptatis, &c. Examen dimiſit, & mãdauit dictum N. conſtitutum recludi in carcerem, volensq; de iure procedere, per eum fuit prouiſum, & decretum dare ſupradicto Reo prætenſo copiam proceſſus, ſine præiudicio tamen vlterioris proceſſus, & examinis omni meliori modo, &c. Terminum quoque trium dierum ad producẽdum quicquid ſibi placuerit in ſui defenſionẽ. Inſuper illi oblatus, & aſſignatus fuit in Conſiliarium N. prout præſenti decreto dictus terminus dierum trium, & dictus N. Conſiliarius aſſignantur. Dat. &c. die —— Menſe —— Anno ——

F. N. Prouinc. Min.
F. N. Aſſiſtens.
F. N. Aſſiſtens.

Die —— de mandato præfati, &c. per me Actuarium aſſignatus fuit proceſſus ipſi N. Reo, & ipſe illum acceptauit gratias agens. In fidem me ſubſcripſi.

Ego F. N. Actuarius.

Si Reus, vel Conſiliarius petat prorogari dictum terminum trium dierũ petitionem in ſcriptis exarent hac forma.

Forma petitionis ad prorogandum terminum defenſionum.

CORAM R. P. &c. Comparet N. Conſiliarius N. Rei prætenſi, & petit ſibi prorogari terminum ad ipſius Rei defenſiones faciendas cũ — minus fuerit, Reus nec poſſit intra dictũ terminũ dictas defenſiones perficere quapropter ſupplicat iſto, & omni meliori modo, vt ſibi prouideatur.

F. N. Conſiliarius N. Rei.

Actuarius ſuper petitionem ſcribat hæc verba. Præſentata fuit per ipſum N. Conſiliarium die ——

Decretum prorogationis.

PERPENSA rationabili petitione N. Conſiliarij prætenſi Rei, præfatus, &c. ipſam admittens præcepit prorogari terminum iam conceſſum, concedens alios tres dies. Dat. in Monaſterio —— die —— menſe —— anno ——

F. N. Prouin. M.
F. N. Aßiſtens.
F. N. Aßiſtens.

POSTQVAM vero Reo Cõſiliarius de ipſius conſenſu datus fuerit, ipſius Conſiliarij partes erunt in primis animaduertere [a] ne iniuſtã cauſam iniuſtè defendendam ſuſcipiat. Quare id ante omnia Reo proteſtare debet, & ſi cubi illud ipſi apertè innotuerit cauſæ patrocinium deſerat, ne iniuſto aliorum patrocinio, iuſtam ſibi ipſi damnationem acquirat.

At vbi cauſa dubia fuerit ipſius munus erit de eiuſdẽ [b] cau-

[a] 11. q. 3. c. ſi quis vero.

[b] Specul. de offic. Aduoc.

ſæ ſinu capita pro Rei defenſione depromere, quibus, vel crimen incredibile, vel impoſſibile, vel illi falsò obiectum oſtendat. Si cauſa via accuſationis agitatur, nonnulla interrogatoria ex ipſo crimine obiecto concepta Iudici exhibere poterit, de quibus Accuſatorem interrogari petat, veluti ſi de illato vulnere Reus criminatus fuerit, Iudici ſuggerere poterit, vt Accuſatorem de loco, de tempore, cæteriſq; cauſæ adiacentibus circunſtantijs interroget, quod ſi Veſpere tali hora, tali loco vulnus à Reo reſponſum fuerit. Contra conſiliarius elaborabit, vt teſtibus adhibitis id nullo modo, tali loco, tali tempore à Reo patrari potuiſſe cum is ibi in eo loco tali hora non adeſſet, ſed alio certo loco.

Vel ſi Iudex via inquiſitionis procedat teſtes pro Reo interrogari petàt, qui indicia, ac criminis circunſtantias euacuent. Caueat tamen ne dum Reo patrocinatur aliorum crimina colligat, quæ libelli famoſi potius, quam honeſtæ defenſionis ſpeciem præſeferant.

Porrò Iudex huiſmodi allegationū articulos, qui à Conſiliario Rei offeruntur, benignè accipiat, & accuratè perlegat, & ſi quæ in eis infamatoria, vel apertè falſa, vel libellum famoſum præſeferentia, vel in aliorum præiudiciū redundantia offenderit, ijs obliteratis Reliqua in Actis ab Actuario inſeri iubeat, hoc modo.

Præſentati fuerunt præſentes articuli per N. Conſiliariū N. Rei die —— menſe —— Anno —— deinde decretum edat in hanc formam.

Forma Decreti pro articulis Conſiliarij recipiendis.

CVM N. Conſiliarius N. Rei prętenſi comparuiſſet coram R. P. Min. Prouinciali rogans ipſos articulos probatorios admitti, & ſuper illis examinari teſtes ibidem nominatos pro defenſione dicti N. Rei prætenſi. Viſum fuit ipſo R. P. Prouinc. Min. ipſos admittere, ſi & in quantum

prout

prout præſenti decreto admiſerunt. Dat. In Conu. N. die — Menſe — Anno —

F. N. de N. Prouinc. Min.
F. N. de N. Actuarius.

POſtea examinentur teſtes à Reo propoſiti iuxta formam ſuperius traditam, à quibus ſi aliorum teſtium dicta, & indicia quę contra Reum allata ſunt plene euacuata fuerint, Reus ipſe abſoluendus erit: ſi vero adeo extenuata appareant, vt torturæ locus relictus non ſit, Iudex in cauſa vlterius non progrediatur, ſed Reum abſoluat, donec aliud appareat: At vero ſi probationibus, ac indicijs quæ contra Reum reſultant nullatenus, vel quam minimum ab ijs derogatum fuerit: nihilq; pro parte Rei deductum fuerit intra terminum illi ad ſuas defenſiones præſcriptum tandem de conſilio diſcretorum tormentis ſubijci poterit, niſi perſonā valde inſignis fuerit quam pœna potius extraordinaria plecti, quam torturæ ſubdi expediat, quòd Iudicis potiſſimùm arbitrio iudicandum inſidet.

Porrò ad huiuſmodi rigoroſum examen ea tormentorū genera apud nos adhibenda fore diximus, quæ antiquo Religionis vſu ſunt recepta, nimirum carcerem, compedes, manicas ferreas, cibi & potus abſtinentiam, flagellationē virgis, vel diſciplinæ alterius manu factam, atq; alia huiuſmodi. Raro verò, & non niſi de Adm. R. P. Generalis Miniſtri mandato funis tormento vtendū eſt. Quare Iudex animaduertat ne nouum, aut exquiſitum, vel inſolitum tormenti genus ad Reorum torturam excogitet; ſed ordinarijs contentus, ijs etiam ſobriè, ac temperate vtatur, ne in Reo torquendo modum, aut tempus excedat. Modus quidem ſeruandus eſt, ne immaniùs, aut ſeueriori tormentorum genere, quam Religioſos viros decet in eos animaduertāt, quos mitius torquendos eſſe iurium, ac Doctorum omniū concordat auctoritas. Temporis quoq; ratio ineunda eſt, vt qualitate perſonarum, & delicti, ac indiciorum grauitate ſpectata, necnon tormenti ratione habita ſua cuilibet tormento congrua tempora ſeruentur.

His itaque prælibatis cum Iudex Rei torturam aggredi voluerit, prius decretum edat, in quo torturæ genus, quo Reus torquendus erit expreſſè declaret in hanc formam.

Forma Decreti quando infertur tormentum flagellationis.

TVNC præfatus, &c. Viſa, &c. Stantibus, &c. pro veritate habenda ab ipſo conſtituto, cum aliter ab eo haberi non poſſet de conſilio diſcretorum mandauit, prout præſenti decreto mandat ipſum conſtitutum adduci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, & fune manus ante faciem alligari, & virgis cædi. Act. &c. In Conu. N. die ——— Menſe ——— Anno ———

F. N. de N. Prouinc. Mi.
F. N. de N. Aſſiſt.
F. N. de N. Aſſiſt.
F. N. de N. Actuarius.

DVCTO Reo ad locum torturæ dum habitu ſpoliatur, grauiter à Iudice admonendus erit, vt antequam tormenta ſubeat, veritatem ſponte fateatur, quam ſi fateri noluerit, iubeat eum Iudex virgis cœdi virgatum interrogationibus interpellando quæ omnia tam interrogationes, quam reſponſiones ſcribantur in actis hoc modo.

Qui ſic adductus dum ſpoliaretur, & ligaretur fuit pluries per præfatum R. Prou. Min. benignè monitus, vt veritatem fateretur, & non patiatur virgis cędi prout cędetur ſi in ea pertinacia permanſerit. Reſp.

Tunc præfatus, &c. Viſo quod d. N. Conſtitutus in obſtinatione perſiſteret mandauit illum virgis cędi, qui cum ſic cęderetur, clamare cæpit, *ò Dio, ò Dio.*

Interrog. An velit veritatem fateri. Reſp.

Ex tunc mandauit eundem durius virgis cœdi.

Interrogatus iterum, & monitus, vt à ſua obſtinatione recedat. Reſpondit.

Hora

Hora verò media elapſa ſi crimen faſſus nō fuerit, Actuarius in actis ſcribat.

Tunc præfatus, &c. Cum videret ipſum conſtitutum in ſua negatione perſiſtere, & nolle aliud dicere mandauit eundem diſſolui, ac veſtiri, & in carceres reponi animo, &c. Cum ſtetiſſet in dicto tormento per ſpacium mediæ horæ computatis etiam interuallis monitorijs.

Hac eadem forma Iudex in alijs quoque tormentorum generibus vti poterit, veluti funis, aut vigiliæ, ſi quando ijs illa vti liceat.

Dum verò Reus eſt in tortura nonnulla à Iudice obſeruanda ſunt.

Primum vt Reus de omnibus his ſingillatim interrogetur, de quibus contra illum extant indicia, admonendo illum, vt verum fateatur: abſtineat tamē Iudex ab omni ſuggeſtionis ſpecie, ne ſcilicet Reo ſuggerat ſub aliqua recti ſpecie, aut impunitatis ſpe, aut promiſſione aliqua, vt crimen detegat ab his enim omnino Iudici abſtinendum eſt, vt alibi dictum fuit.

Secundo Cunctæ ipſius reſponſiones, ſermones, verba quæ in tormentis protulerit, immò, & ipſa ſuſpiria, & lachrymæ quas effuderit, à Iudice diligenter obſeruentur, & in proceſſu, ab Actuario adamuſſim deſcribantur [a].

Tertio Iudex animaduertere debet, ne tempus torturæ excedat, quod tum ex qualitate perſonarum, tum delictorum, tum indiciorum; tum etiam tormenti ipſius natura diſpiciendū eſt, itaut tormentum funis pro qualibet vice horam non excedat, cuius quælibet momenta commenſuranda ſunt, idcirco horologium pulueris haberi debet, vt quilibet horæ lapſus cognoſcatur, tormentum flagellationis ad iv. horæ partem, vel ad ſummum ad mediam protrahatur. Vigiliæ ad decem horarum tempus, Sybillorum ad trium Pater noſter recitationem [b]. Caueat quoque ne Reum torturæ ſubiciciat niſi poſt ſeptem ſaltem horarum ſpacium à cibo elapſum [c].

Quarto Si Reus fateatur delictum de quo principaliter agitur, poterit [d] in eiſdem tormentis interrogari de cauſa qua illum ad illud delictum perpetrandū mouit [e], necnon

a Clar. §. fin. q. 21. v. retenta Chart. l. 4. col. 49.

b Tranq. l. 4. c. 3. 10. 12.

c Clar. q. 64. v. Decret. tor. Trāq. l. 4. c. 1.

d Chart. de inter reor. n. 88.

e Clar. q. 64. v. ſucceſſiue quæro. Scap. de iur. non ſcript. l. 5. c. 69.

de

de alijs delictis ab ipſo veriſimiliter commiſſis, quamuis nulla adſint indicia præſertim ſi perſona ſit ſuſpecta, ac malæ famæ, & ſolitus delinquere. Poterit [a] quoque de Socijs, & complicibus interrogare, maxime ſi delictum tale fuerit, quod abſque ſocijs, ac complicibus committi non ſoleat: De [b] his tamen omnibus in genere tantum, non in ſpecie interrogandi ſunt, præmiſſa proteſtatione quod ſuper prædicta Reum interrogat abſque præiudicio criminum quæ confeſſus eſt, & iurium ex dicta confeſſione acquiſitorum, & ſi aliqua condemnatio præcedat ſine præiudicio condemnationis contra ipſum latæ notorietatis criminis inde ſequutæ, & aliorum Iurium fiſco acquiſitorum, & quomodolibet dicta de cauſa competentium, quæ omnia ab Actuario in proceſſu deſcribi, & notari curabit.

Quinto Obſeruandum eſt torturam [c] ſemel Reo illatam iterum repeti poſſe, ſi iuſtæ repetendi cauſæ Iudici ſubſint. Iuſtæ vero cauſæ ſunt, ſi crimen [d] ſit immane, ſi indicia ſint valde vrgentia, & grauia, ſi tortura prius illata fuerit leuis, ſi repetitur, vt pandantur ſocij, Mandatores, alia delicta delinquendi cauſæ, vt ſuperius dictum fuit. Denique [e] Rei conditio ſpectanda eſt, videlicet ſi Reus ſit robuſtus, tormentaq; paruifacere videatur: ſecus eſt, ſi ſit debilioris naturæ, vel paſſus ſit emiſſionem ſanguinis, vel vulnus in pectore habuerit, vel patiatur difficultatem anhelitus, vel nimis craſſus, ac obeſus fuerit, vel aliquo morbo detineatur [f], cum his enim mitius eſt agendum.

a Clar. q. 21. v. citum ſocij.

b Clar. q. 64. v. veritatis eſt.

c Scæp. de iur. non ſcrip. l. 5. c. 108. n. 14.

d Clar. q. 64. v. debet igitur.

e Chart. l. 4. c. 1. n. 105.

f Daccan. cõſ. 93. n. 135.

Forma Decreti pro repetenda tortura.

TVNC præfatus, &c. Viſo rigoroſo examine habito heſterna die à F. N. in tormentis, eoq; maturè conſiderato, necnon perlectis præcedentibus examinibus de plano eiuſdem F. N. decreuimus ipſum denuo ducendum in locum tormentorum rurſusq; admonendum: vt veritatem fateatur, facta ſibi comminatoria de illo iterum torturæ ſubijciendo prout præſenti decreto prædicta de cauſa ad

duci

duci ipſum F. N. in dictum locum, & torqueri mandamus. Dat. &c. die —— menſe —— Anno ——

F. N. de N. Prouin. M.
F. N. de N. Aſſiſt.
F. N. de N. Aſſiſt.
F. N. de N. Actuarius.

Forma ſeruanda quando infertur tormentum funis.

CVM annuente Admodum R. P. Generali Miniſtro funis tormentum alicui adhibendum fuerit ducto Reo ad locum torturæ, ita ab Actuario in actis ſcribatur.

Die — Menſe — Anno — Coſtitutus N. de N. è carceribus eductus coram Admodum R. P. N. de N. Prouinc. Min. & RR. PP N. & N ſibi in hac cauſa aſſiſtentibus adductus, interrogatus, & monitus à præfato R. P. Prouinciali, vt ad veritatem clare enucleandam ſe diſponat, nec expectet quòd pro illa eruenda ad opportuna iuris, & facti remedia contra ipſum deueniatur. Reſpondit ſe veritatem dixiſſe.

Tunc præfatus R. P. Miniſter, &c. Viſa pertinacia, & obſtinatione ipſius conſtituti, viſiſq; & conſideratis diligenter indicijs contra ipſum exiſtentibus, mandauit ipſum expoliari, ligari, & funi applicari: Qui dum ſpoliaretur, & ligaretur iterum fuit à prædicto R. P. N. benignè monitus, & hortatus, vt tandem liberè, veritatem dicat, nec expectet quod in funem eleuetur, prout eleuabitur ſi adhuc in obſtinatione perſiſtat. Reſp.

Tunc præfatus, &c. Cum animaduerteret ipſum conſtitutum in pertinacia permanere, iam ſpoliatum ligatũ, & funi applicatum mandauit ſurſum eleuari, qui ſic eleuatus cæpit clamando dicere *Ohime, ohime, ò Dio, ò Sancta Maria aiutami.*

Solent Iudices cum Reus robuſtus eſt, & torturam vi-

detur

detur paruipendere mandare, vt funis modicũ baculo quatiatur, & moueatur abſque ictibus, quandoque etiam vt integri ictus repetantur, vel etiam ferrei compedes ipſius pedibus apponantur, vel alia pondera addantur, aut baculus eiuſdem pedibus alligetur, vt diſtractis tibialibus pendeat, quæ omnia Iudicis prudentiæ, ac Iudicio relinquuntur. De his in proceſſu mentio fieri debet, & ab Actuario deſcribi his verbis.

Inrerrogatus, & monitus, vt non patiatur ſe vlterius in tormento detineri, ſed veritatem fateatur. Reſpondit ſe aliud non poſſe dicere.

Tunc præfatus, &c. Videns ipſum conſtitutum torturam paruipendere, & præ corporis robore tormentum non ſentire, mandauit funem modicum quaſſari, & moueri abſque ictibus.

Quæ ſic mota, & quaſſata interrogatus, &c. Reſpondit ſe nihil aliud velle dicere.

Tunc præfatus, &c. mandauit ipſum duobus funis ictibus affici, qui ſic affectus exclamauit, *ò Dio, ò Giesù*, & poſtea tacuit.

Tunc præfatus, &c. mãdauit ad ipſius pedes baculũ alligari, vt diſtractis tibialibus penderet, quo appoſito, & ligato, &c. Interrogatus, &c. Reſpondit.

Tunc præfatus, &c. mandauit ad eius pedes apponi compedes ferreos, vel alligari lapidem ponderis librarum, &c

Quibus appoſitis cœpit exclamare, *ò che crudeltà.*

Et monitus, vt veritatem dicat. Reſp. *Metetemi giù, che dirò ogni coſa.*

Et dicto ſibi vt incipiat dicere, & poſtea deponetur.

Reſp. *Io non poſſo dir niente qua sù, calatemi, ch'io dirò ogni coſa.*

Tunc præfatus R. P. &c. ſtante promiſſo ſupradicto, & ad effectum prædictum tantum, &c.

Animo tamen, &c. mandauit ipſum conſtitutũ leuiter de tortura deponi, & ſuper ſcamno ligneo accommodari.

Qui cum fuiſſet depoſitus, & ſcamno ligneo accomodatus interrogatus vt promiſſam veritatem fateatur.

Reſpondit. *Che volete, ch'io dica. Io hò detto quel che è vero, e quello, ch'io poſſo dire.*

Et monitus vt ab huiuſmodi ſubterfugijs recedat, & promiſſam veritatem fateatur, quia alioquin repetentur tormẽta, & rurſus in altum eleuabitur.

Reſp. *fate quel che volete, ch'io non dirò mai altro.*

Ex tunc præfatus, &c. Mandauit ipſum conſtitutum in altum eleuari.

Qui ita eleuatus cæpit exclamare *ò Dio, ò Dio*, & poſt paululum dixit *Mettetemi giù, che voglio far del corpo, calatemi, ch'io creppo.*

Tunc præfatus, &c. ad effectum, vt aluum exoneraret, mandauit ipſum conſtitutum leuiter de tortura deponi.

Qui ſic depoſitus, & facta ſibi per præfatum, &c. facultate corpus leuandi, mox reductus coram præfato, &c. & admonitus, vt veritatem manifeſtaret.

Reſp. *Che volete, ch'io dica, dittemelo voi, e dirò quel che dite voi, ma non ch'io l'habbi fatto.*

Ex tunc cùm præfatus, &c. videret dictum conſtitutum in obſtinatione perſiſtere, mandauit iterum in funem eleuari ad continuanda tormenta.

Qui ſic eleuatus nihil dixit: & licet pluries per præfatum, &c. Interrogatus, ac monitus fuiſſet, nihil tamen vnquam reſpondere voluit.

Et cùm ſtetiſſet ita in tortura funis eleuatus per ſpatium vnius horæ integræ iuxta horologium pulueris, præfatus, &c. mandauit ipſum conſtitutum leuiter deponi ſolui, brachia reaptari, indui, & in carcerem reduci. Animo, &c.

Hinc elici poſſunt formulæ quibus Iudex in alijs tormentis vti poteſt.

Quòd ſi Reus in tormentis deficiat [a], quod Iudex ex his quæ Reo in tormento accidunt facilè dignoſcere poterit, vt puta ſi ſpumas ex ore emittat, ſi palleſcat nimis, ſi in ſudorem vertatur, ſi loqui non poſſit, ac ſimilia: ex his ſi Iudex verè, & non ſimulatè eum in tormento deficere deprehenderit, ſtatim [b] mandet de tormento deponi, & Actuarius deſcribat in proceſſu tam modum deficiendi, quam depoſitionem de tormento, aſperſionem aquæ, vel aceti in faciem Rei qui deficit, vel alia remedia adhibita, omnes deniq; ipſius motus diligentiſſimè exprimat in hanc formam.

[a] Tranq. l. 4. c. 14.

[b] Clar. q. 64. v. Iudex autem.

Et cùm dictus conſtitutus videretur in tormẽtis deficere, &c. Præfatus, &c. mandauit ipſum leuiter de tortura deponi, & ſuper ſede lignea accommodari.

Qui ſic depoſitus, & ſuper dicta ſede lignea accommodatus, cùm licet pluries interrogatus, commotus, & concuſſus reſponſum non daret, nec ad animum rediret, immò ſemimortui imaginem præſeferret, præfatus, &c. Mandauit in eius faciem aquam frigidam guttatim inſpergi, vel eius frontem, & tempora, & nares, & gutturaceto roſaceo madefieri, vel nares ipſius ſulphure, aut lino accenſo ſuffumigari.

Quibus peractis prædictus conſtitutus ad ſe rediens fuit per præfatum, &c. Interrogatus, &c.

Si vera deliquij ſigna fuerint, Iudex vlterius ad torturam non procedat, & ſi dubitauerit deliquium à Reo commentitiè ſimulari, poterit Iudex Medicum prudentem adhibere, qui benè viſo, & inſpecto Reo, & pulſibus, fronte, & pectore manu præſentatis fidem faciat eum nullo morbo laborare, qua Medici depoſitione habita, & ſi fieri abſque ſcandalo valeat, medio illius iuramento firmata denuò ad vlteriorem torturam progredi poterit, hac forma.

Tunc præfatus, &c. Viſis, & auditis prædictis mandauit ipſum conſtitutum rurſus in funem eleuari, & proſequatur vt ſupra.

De his quæ ſeruari debent poſt confeſſionem Rei per tormenta extractum.

REO crimen de quo inquiſitus eſt in tormentis confitente credendum non eſt, niſi illud idem extra locum torturæ faſſus fuerit. Quamobrem poſtera die coram Iudice iterum debet conſtitui, vt ea ratificet, quæ in tormentis eſt confeſſus. Conſtituto igitur Reo coram Iudice, propria ipſius confeſſio heſterna die facta ab Actuario de verbo ad verbum clara, & alta voce legi debet, & in actis deſcribi hac forma.

Conſti-

Conſtitutus perſonaliter, &c. Coram præfato, &c. in tali loco — die — Menſe — & Anno — qui delato ſibi iuramento veritatis dicendæ prout tactis ſcripturis, vel tacto pectore, &c. Iurauit.

Interrog. An præter ea quæ ſuperius dixit in alijs ſuis conſtitutis, & præſertim quæ faſſus fuit in examine heſterno, velit aliquid ex ſeipſo dicere, & quid.

Reſpondit, &c.

Interrogatus An ea omnia quæ heſterna die in tormentis faſſus eſt, vera fuerint, necne, & vt vera confirmet.

Reſp. &c.

Interrog. An ſit paratus, & velit modò extra torturam ea omnia approbare, & ratificare.

Reſp. &c.

Tunc præfatus, &c. Mandauit mihi Actuario, vt ad claram ipſius conſtituti intelligentiam dictum eius examen de verbo ad verbum legerem, prout iacet in proceſſu.

Quo lecto, & per ipſum C. bene audito, & intellecto, vt ipſe aſſeruit, fuit à præfato, &c.

Interrogatus an prædicta quæ illi modo lecta ſunt, fuerint ab ipſo dicta, & depoſita eo modo, & forma, qua iacent in dicto examine. Reſp.

Interrogatus an prædictis velit aliquid addere, aut demere, an verò potius intendat ea omnia ratificare, & approbare, & an re ipſa prædicta omnia, & ſingula tanquam vera, & à ſe confeſſa approbet, & ratificet. Reſp.

Et præfato, &c. dicente, & ipſum conſtitutum admonente, vt benè aduertat, an aliquid in dicto examine dixerit, quod verum non ſit, vel negauerit quod verum ſit, & illud addat, vel corrigat, præſertim ſi alicui falſa impoſuit. Reſ.

Interrogatus an ergo prædicta approbet, ac ratificet in omnibus, & per omnia, prout iacent. Reſp.

Hac ratificatione audita, Iudex iubeat Reo, vt prædictæ ratificationi manu propria ſubſcribat, vel ſignum faciat, ſi ſcribere neſciat, Tum vero tale decretum edat.

Tunc præfatus, &c. ſedens, &c. acceptatis, &c. examen dimiſit, & mandauit ſibi exhibere copiam dictæ ſuæ confeſſionis, & conſtitutorum, cum termino trium dierum ad

ſuas defenſiones peragendas omni meliori modo prout præſenti decreto mandat. Dat. &c. in tali loco —— die —— menſe —— anno ——

F. N. Min. Prou.
F. N. Aſsiſtens.
F. N. Aſsiſtens.

Et cum per me Actuarium fuiſſet intimatum dictum decretum prædicto N. Reo, & ipſius conſiliario, ipſi gratias egerunt, & in fidem veritatis me ſubſcripſi Die, &c.

F. N. Actuarius.

ANimaduertatq; Iudex quod quamuis hic trium dierũ terminus ad minus temporis ſpatium contrahi poſſit, ſemper tamen dandus eſt, tametſi illum Reus non petat, ne indefenſus condemnetur, præſertim cùm Reus aduerſus propriam confeſſionem poſſit exceptiones offerre, vt aliàs dictum fuit.

Forma repetendi torturam ad ſocios, & alia Rei delicta detegenda.

RATIFICATIONE principalis delicti à Reo facta, ſi delictum tale fuerit, vt veriſimile ſit illud abſq; ſocijs, auxiliatoribus, aut fautoribus perpetratum non fuiſſe. Iterum Reus torqueri ſolet, vt & principalis delicti complices, ac ſocios detegat, & alia delicta ſi quæ commiſit, aperiat, quod tunc potiſſimum fit, cùm Reus eſt malæ vitæ, & conditionis, & ſolitus delinquere: Mala enim fama Rei, ac conſuetudo delinquendi ſi ex proceſſu conſtẽt poſt confeſſionem delicti Reum indiciant, vt generaliter ab eo de alijs delictis generaliter inquiri poſſit: At mitior in his debet adhiberi tortura quam ſemper præcedere debet neceſſaria Iudicis proteſtatio, quæ in formula exarabi

tur;

tur; ne Rei confeſſio eneruetur. Cauendum quoq; erit Iudici ne dum Reus hoc ſecundo modo torquetur ipſum ſuper delicto principali interroget, aut interrogatoria formet per ea verba. Et opportunè interrogatus. Reſpondit, &c. vel interrogatus ad opportunam interrogationem Reſpondit. Hoc enim modo proteſtationi prædictæ renuntiaſſe videretur. Debet enim Reus interrogari in genere tantum de ſocijs, & complicibus, & alijs criminibus neminem nominando, neq; aliquod delictum ſpecificando.

Quòd ſi interdum contingat Reum, cum interrogatur de ſocijs, delictum principale negare, quod iam confeſſus fuerat, Iudex dictam reſponſionem ſcribi iubeat, non quaſi interrogatorio ſuo datam, ſed tanquam ab ipſo Reo vltrò prolatam, hoc modo, Deinde dixit ex ſeipſo ego nunquã commiſi tale delictum, falſò mihi illud imputatur, &c. Hoc enim omnes ambiguitates tolluntur: nec dicta retractatio quidquam priori confeſſioni obeſt.

Formula autem hæc erit.

INTERROGATVS, vt pro vlteriori veritate dicat quos ſocios ipſe conſtitutus habuerit, ac complices in dicto delicto perpetrando, & pariter dicat quæ alia delicta commiſerit. Reſpondit ego nullos habui ſocios in eo delicto, vel vnum tantum habui, nimirum N. nèq; vllum aliud vnquam facinus perpetraui.

Si ex proceſſu cõſtet plures habuiſſe ſocios vlterius interroget.

Et præfato, &c. dicente non eſſe veriſimile quod nullos, vel alios complices non habuerit, præſertim cum tale facinus abſq; perſonarum ſeu plurium perſonarum adminiculo cõmitti nõ potuerit, prout quiſq; ſanę mentis conijcere poteſt ex qualitate facti, atq; eo magis cùm in proceſſu alij ſocij nominati reperiantur. Idcirco illos nominet, & pariter dicat, quæ alia delicta commiſit, alioquin contra ipſum ad opportuna iuris, & facti remedia deuenietur. Reſpondit.

Decretum repetitionis torturæ.

TVNC præfatus, &c. viſis, & conſideratis productis in actis contra N. Reum confeſſum, & depoſitionibus teſtium dicentium N. Reum à pluribus aſſociatum fuiſſe quàm ſint nominati ab ipſo in ſua depoſitione. Conſiderata itaq; qualitate delicti perpetrati iam confeſſi, quod omnino quiſq; prudens iudicabit committi non potuiſſe abſq; ſocijs, vel ſolum cum vnico ſocio, & veritas circa alios complices difficillimè ab alijs quàm ab ipſo N. Reo confeſſo haberi poſſit, attenta quoq; perſona ipſius N. Rei, qui mala fama laborat, & ſolitus eſt delinquere, vnde credendum eſt, quòd alia quoq; commiſerit delicta: quandoquidem prædicta ab eo aliter haberi non poſſunt. Mandauit ipſum N.C. adduci ad locum torturæ, ibiq; expoliari ligari flagellis cædi, vel funi applicari, & hoc ſine præiudicio quorumcunque iurium curiæ, quomodocunq;, & qualitercunq; competentium, & acquiſitorum de quibus ipſe N. quomodocunq; eſſet conuictus, vel confeſſus, ſuper quibus nullo modo Præfatus admodum R. P. &c. non intendit ipſum torquere, quinimò expreſsè proteſtatur ipſum ſuper illis ſe non torquere, & huiuſmodi proteſtationem in quolibet actu repetitam fore, & eſſe dixit, & intendit, & quod pro repetita ſemper habeatur ſupradicta proteſtatio, ſed tantum ipſum N. torquendum intendit pro vlteriori veritate habenda ſuper alijs criminibus per ipſum veriſimiliter commiſſis, & ſuper complicibus, fautoribus, & auxiliatoribus, & non alias aliter, nec alio modo de quo ſolemniter, & expreſſe ac omni meliori modo proteſtatus fuit, & proteſtatur die —— menſe —— anno ——

F. N. Min. Prouin.
F. N. Aſſiſt.
F. N. Aſſiſt.
F. N. Actuarius.

DECRETVM huiuſmodi Reo non intimabitur, ſed eo in actis deſcripto Iudex præcipiat Reum duci ad locum torturæ tum verò in actis ſcribatur.

Et cum fuiſſet N. Conſtitutus, ſpoliatus, ligatus, & funi applicatus, præfat. &c. R. P. &c. rursū benignè monuit dictū N. vt integram veritatem dicat ſuper alijs delictis à ſe veriſimiliter commiſſis, & nondum confeſſis, & ſuper ſocijs, & auxiliatoribus, &c. Reſp.

Tunc præfatus, &c. reperita proteſtatione de qua ſupra illiq; firmiter inhærendo mandauit ipſum C. flagellis cædi, vel in altum eleuari, qui flagellis cœſus, vel in altum eleuatus cœpit dicere *ohime*, *ohime*, *ò Santa Maria*, & deinde tacuit.

Et iterum monitus à præfato R. &c. vt recedat à ſua obſtinatione, & manifeſtet complices, auxiliatores, & fautores principalis delicti iam confeſſi, & pariter alia delicta veriſimiliter commiſſa, Reſp. &c. Deinde dixit ex ſe iniuſtè torqueor quia nullum delictum commiſi, neq; illud quod prius confeſſus ſum, qua propter confeſſionem reuoco, quia mentitus ſum.

Et præfato, &c. dicente quod non interrogatur amplius ſuper dicto delicto principali, quia iam ipſe C. ſuper hoc eſt confeſſus, & confeſſionem ſuam non poteſt amplius in dubium reuocare; ſed tantummodo interrogatur de ſocijs, & complicibus, & alijs delictis. Idcirco ad hæc tantum reſpondeat. Reſp. negando, &c.

Reo igitur ſuper prædictis ſufficienter ad arbitrium Iudicis torto, poterit Iudex præcipere, vt leuiter de tormento deponatur, & deſcribatur in Actis.

Tunc præfatus, &c. Acceptatis, &c. cum aliud à dicto C. haberi non poſſet, mandauit illum leuiter de tortura deponi, cum permanſiſſet in ea ſuſpenſus ſine aliqua quaſſatione per ſpatium vnius horæ, vel cum fuiſſet flagellis cœſus per partem horæ, diſſolui, brachia reaptari, reueſtiri, & ad carceres duci cum termino trium dierum, ad dicendū, producendum, & probandum quicquid voluerit in ſui defenſionem.

Quod ſi Reus aliquos ſocios in tortura nominauerit, vel

alia

alia delicta à ſe perpetrata manifeſtauerit, eo planè modo quo dictum fuit, omnia die ſequenti extra locum torturæ à Reo debent ratificari, quæ vniuerſalis eſt Regula quoties veritas aliqua à Reo per tormenta extrahitur.

Boſſ. tit. de ...it. n. 48.

Si vero Reus [a] tam in prima, quam in ſecunda tortura confeſſionem factam ratificare recuſet, vel reuocare conetur, denuò illi eſt repetenda tortura, tametſi alia non ſuperuenirent indicia: Confeſſio enim per tormenta expreſſa nouum creat indicium ad torturam, vt ab omnibus in praxi obſeruatur. Tortura [b] verò ad tertiam vſque vicem protrahi poteſt ne tortura in infinitum abeat.

Clar. q. 21. v. Iterius que ro. Gomez. var. ...t. 10. 3. c. 13. .27.

Porrò ſi Conſiliarius Rei intra illud trium dierum ſpatiũ comparuerit, voce, vel ſcripto aliquid in fauorem Rei allegando, à Iudice benigniſſimè eſt audiendus, & allegationes ipſius ad verbum perlegendæ, & de contentis in ipſis illa ratio habenda erit, quæ de iure habenda eſt, & ipſæ allegationes inſerantur in ipſo proceſſu poſt dictam citationem ad concludendum in cauſa: Deinde citetur tam Reus, quã Conſiliarius ad audiendam ſententiã diffinitiuam; quę ſi aliqua rationabili de cauſa in eodẽ Monaſterio in quo Reus eſt incarceratus promulgari non poſſi, tunc concipiatur decretũ ipſius citationis vt infra. Si vero promulganda ſit in eodẽ Monaſterio addatur in decreto (præſenti Monaſterio) Tum verò Actuarius decretum ipſum illis intimet, & intimationem in Actis referat. Decretum vero ſcribatur in hanc formam.

Forma Decreti Citationis Rei ad audiendam diffinitiuam ſententiam.

VISIS & conſideratis omnibus deductis pro parte N. Rei in ſui defenſionem, & omnibus alijs in proceſſu productis ac probatis. Viſum fuit præfato R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro mandare, vt citetur N. Reus, & Conſiliarius ipſius ad audiendam ſententiam promulgandam in Monaſterio — pro die — Menſis — Anni — prout

præ-

præſenti decreto citantur. Dat. &c. in Monaſterio —— die —— Menſis —— Anni ——

F. N. Prouinc. Min.

Deinde per Actuarium intimetur Reo, & ipſius Conſiliario, tum deſcribat citationem in Actis hoc modo.

Cum per me Actuarium infraſcriptum fuiſſet intimatũ prædictum decretum citationis N. Reo. & N. ſuo Conſiliario, in fide manu propria me ſubſcripſi, die —— menſe —— & Anno quo ſupra.

Ego F. N. Actuarius.

De Reo qui mutauit Prouinciam, vel fugam arripuit.

QVONIAM interdum contingit Reum poſt delictũ commiſſum à ſuperioribus in aliam Prouinciam mutari: Si proceſſus à Miniſtro Prouinciali illius Prouinciæ in qua crimen perpetratũ fuit, inchoatus fuerit, ab illius obedientia, ac iuriſdictione ob Prouinciæ mutationem non eximitur, vt conſtat ex cap. Propoſuiſti de foro compet. l. hæres §. 1. §. ſi quis ff. de Iudic. quapropter eo petente ad ſuum forum reuocari debet, vt tanquam proprius Iudex illius cauſam cognoſcat, ac terminet.

Si verò ante illius mutationem nullus proceſſus inchoatus fuit, cauſa ad alterum Prou. Min. cui tunc ſubiectus eſt, deuoluitur à quo etiã iudicari debet, vel ad Gener. Min. trãſferenda eſt, qui tanquam communis Iudex, & ratione delicti, loci, & perſonæ poterit ad pœnam contra Reum procedere, vt habetur Arg. l. Roman. ff. ad Municipal. & c. licet de foro compet.

Quòd ſi Reus inchoato proceſſu, vel ex Monaſterio, vel ex carceribus fugam arripuit primùm in Actis ſcribantur tempus, locus, modus, atq; aliæ circũſtantiæ ipſius fugæ,

tum vero contra ipſum, velut contra contumacem Iudex procedat ſeruatis ſeruandis: Ac in primis ponderet Iudex vtrum indicia collecta, ex deductis in proceſſu informatiuo legitima, ac ſufficientia ſint, necne. Quod ſi ea legitimè probata, ac ſufficientia offenderint, monitorium, ſeu citationem formet in hunc modum.

Forma Monitorij ad comparendum.

NOS F. N. Prouinc. Min. huius Prouinciæ N. Ordinis S. Franciſci Capuccinorum. Tibi N. de N. tenore præſentium præcipimus, & expreſsè mandamus, quatenus infra tres dies proximè futuros ab exequutione computandos, cuius primus dies, pro primo, ſecundus pro ſecundo, tertius pro tertio, & peremptorio termino tibi aſſignatur, ſub pœna confeſſatorum criminum, & delictorum, de quibus imputaris, & ſuſpenſionis, & priuationis omnium officiorum ordinis debeas coram nobis perſonaliter per te ipſum comparuiſſe, & te præſentaſſe ad te ipſum excuſandum, exculpandum, & defendendum ab infraſcriptis criminibus, & exceſſibus per te commiſſis, & patratis. (Hæc inſeratur tota ad verbum facti criminoſi ſeries cum omnibus ſuis circunſtantijs, locis, temporibus, & alijs accidentibus alicuius momenti. His ergo peractis in fugam te dediſti, pœnas propterea in dictis legibus pœnalibus, ac Canonibus ſummorumque Pontificum, atque Conciliorum decretis impoſitis, & inflictis temerè, & damnabiliter incurrendo, rebusq; alijs, &c. Alioquin, &c. Volumus autem præſens noſtrum monitorium tibi perſonaliter, ſi perſona tua commodè haberi poterit, ſin autem Cellæ tuæ ſolitæ habitationis, & ad valuas refectorij copijs illis affixis præſentari. Illudq; monitoriū ſic exequutum ita coarctare, & afficere, ac ſi perſonaliter, ac magis legitimè exequutum foret: certificantes nihilominus te, quod ſi in dicto termino non comparueris. Nos ſeruatis quatuor terminis in ſimilibus ſeruari ſolitis iuxta ſtilum curiæ noſtræ ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum illarumque

legi-

legitimam exequutionem contra te procedemus, ſiue procedetur, contumacia, & abſentia tua, ac alijs in contrarium forſan facientibus. Non obſtantibus quibuſcunque. In quorum fidem, &c. Dat. &c. ——— die —— menſe ——— anno ——

F. N. Prouin. M.
F. N. Actuarius.

FORMATVM hoc pacto monitorium Actuarius exequatur, atque à tergo monitorij ſcribat affixum fuit prædictis locis die —— relationem dictæ exequutionis, referat in actis, lapſoq; dicto termino trium dierum in monitorio aſſignato, qui currere incæpit à die executionis excluſiuè, ommiſſis alijs citationibus quæ in ſolemnioribus iudicijs fiſco vrgente fieri ſolent. Iudex feret ſententiam declaratoriam incurſionis pœnarum prædictarum, forma quæ inferius exarabitur.

VARIAE FORMVLAE SENTENTIARVM.

Forma ſententiæ Interlocutoriæ pro Accuſatoris, vel Teſtium repulſione.

NOS F. N. de N. Prou. Min. Viſa, & attenta exceptione data per N. de N. accuſatorem ſuum, vel teſtem ab accuſatore productum, de quo ſimiliter ſupra, qua illum velut illegitimum ab accuſando, vel teſtificando repellendum fore inſtanter poſtulat eo quod infamis ſit, vel inimicus, &c. Attendentes exceptiones propoſitas eſſe veras, & ſufficienter probatas de conſilio R. R. P. P. Diffinitorum dictum N. accuſatorem, ſeu teſtem, velut infamem, vel inimicum, &c. decernimus ab accuſatione, ſeu teſtificatione repellendum fore prout illum præſenti decreto repellimus, & inhabilem, ac illegitimum accuſatorem, vel teſtem declaramus, & conſequenter dictum N. accuſatum propter illius accuſationem, aut teſtimonium non eſſe fa-

tigandum, & id non ſolum prædicto, ſed & omni meliori modo. Dat. &c. in Monaſterio —— die —— menſe —— Anno ——

F. N. Prouinc. Min.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Actuarius.

Forma ſententiæ declaratoriæ fauorabilis.

SENTENTIA declaratoria fertur, vel in fauorem, vel in odium Rei cum de aliquo crimine ab aliqua dignitate adeunda exceptus, aut de crimine obiecto ſe purgauerit ac immunem oſtenderit, aut de illo conuictus extiterit. Cum igitur obiectum crimen diluerit, ſententia hoc modo formanda eſt.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & glorioſiſſimæ Virginis, & B. P. N. Franciſci. Amen. Chriſti nomine inuocato. Nos Fr. N. Prouinc. Min. huius Prouinciæ N. Ordinis Sancti Franciſci Capuccinorum. Viſis, ac diligenter conſideratis omnibus, & ſingulis in cauſa, & cauſis coram nobis actitatis de, & ſuper exceptionibus contra P. F. N. de N. propoſitis à P. F. N. de N. de quibus in proceſſu, propterea à nobis fabricato conſtat, habitoq; ſuper his R. R. P. P. Diffinitorum Conſilio: Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum Iudicium prodeat per hanc diffinitiuam ſententiam.

Chriſti nomine repetito. Dicimus, ſententiamus, pronunciamus, definimus, & declaramus d. P. F. N. de N. à criminibus in huiuſmodi exceptionibus contra illum propoſitis immunem eſſe: illumq; velut innocentem ad quaſcunq; dignitates, & officia in hac parte habilem declarandũ fore, & eſſe prout illũ pronunciamus, ac declaramus habilẽ eſſe in hac parte, & ad quaſcunq; dignitates eligi, & electum confirmari poſſe non ſolũ hoc, ſed & omni meliori modo.

Lata,

Lata, lecta, & publicata fuit hæc ſententia in noſtro Monaſterio —— præſentibus teſtibus ad hoc vocatis N. & N. die —— menſe —— & anno —— In Cella ſolitæ reſidentiæ præfati ad. R.P. Prouinc. Miniſtri.

F. N. Prouinc. Min.
F. N. Diffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Teſtis.
F. N. Teſtis.
F. N. Actuarius.

Forma ſententiæ declaratoriæ ad excipiendum Reum à dignitatibus, &c.

IN nomine, &c. Nos Fr. N. de N. Prou. Chriſti nomine repetito dicimus, &c. Declaramus dictum P.N. de N. de criminibus in huiuſmodi exceptionibus cōtra illum propoſitis fuiſſe conuictum, ſeu infamatum, propterea inhabilem ad quaſcunque dignitates declarandum fore, & eſſe, prout illum ad eas inhabilem ſententiamus, & declaramus, adeo quòd ad eas eligi, aut electus in eis nequeat confirmari, & id non ſolū hoc, ſed & omni meliori modo. Dat. &c. Lata, lecta, &c.

Subſcriptiones ſolitæ.

Forma ſententiæ declaratoriæ pro incurſu pœnarum.

IN nomine, &c. Nos Fr. N. &c. Chriſti nomine repetito dicimus, & declaramus dictum P. N. de N. à criminibus contra ipſum propoſitis immunem eſſe, & non contraueniſſe Canonibus, ac legibus Pontificijs, & conſequenter in pœnas in ipſis taxatas non incurriſſe, vel è contra contraueniſſe Canonibus, ac legibus Pontificijs, & conſequenter

in pœnas in ipſis taxatas incidiſſe, prout illum ad eas ſubeundas teneri ſententiamus, & declaramus hoc, & omni meliori modo. Dat. &c. vt ſupra.

Hæc forma ſententiæ mutatis mutandis, Iudex vti poterit contra Reos contumaces.

Forma ſententiæ condemnatoriæ ſine expreſſione cauſæ.

IN nomine. Chriſti nomine inuocato. Nos, &c. Viſis, ac diligenter diſcuſſis omnibus, & ſingulis in cauſa, & cauſis coram nobis actitatis N. de N. & ſuper his de quibus in proceſſu propterea à nobis confecto. De conſilio R. R. P. P. Diffinitorum pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum Iudicium prodeat per hanc noſtrã diffinitiuam ſententiã Chriſti nomine repetito. dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus atq; deffinimus dictum N. de N. culpabilem, & de iure punibilem repertum fuiſſe, in pœnamq; grauioris culpæ incidiſſe: Ideoq; illum ad dictam pœnam condemnandum fore, & eſſe, prout illum condemnamus, & ſententiamus ad eam peragendam: nimirum, &c. (exprimantur pœnæ per ſententiam taxandæ.)

Reſeruantes. A. R. P. Generali pro tempore exiſtenti ex certa ſcientia, & expreſſe quatenus dictam pœnam liberè mitigare, relaxare, aut mutare valeat, ſi & quando ſibi viſum fuerit expedire. Et id non ſolum hoc, ſed & omni meliori modo.

Lata, lecta, &c. vt ſupra.

Subſcriptiones.

Forma ſententiæ abſolutoriæ pro torto vel indiciato.

IN nomine, &c. Chriſti nomine inuocato. Nos, &c. Chriſti nomine repetito, dicimus, ſententiamus declaramus,

rimus, & pronunciamus dictum N. de N. ex deductis in dicto proceſſu non fuiſſe repertum de iure punibilem de crimine aut criminibus de quo, aut quibus fuit inquiſitus, vel denunciatus, vel accuſatus. Quare illum à præſenti Iudicio hac inſtantia abſoluimus, & liberamus: abſolutumq́; ac liberatum declaramus hoc, & omni meliori modo.

Lata, lecta vt ſupra.

Forma ſententiæ abſolutoriæ ſimpliciter.

IN nomine, &c. Chriſti nomine inuocato, &c. Chriſti nomine repetito dicimus, ſententiamus declaramus, pronunciamus, & definimus dictum N. de N. non fuiſſe repertum culpabilem, nec de iure punibilem, ſed prorſus immunem à crimine de quo fuit accuſatus, vel denunciatus, vel inquiſitus. Idcirco tanquam de tali crimine innocentem abſoluimus, & liberamus, abſolutumq; ac liberatum declaramus hoc, & omni meliori modo.

Lata, lecta, &c. vt ſupra.

Subſcriptiones.

Praxis ſeruanda in appellationibus.

SAc.[a] Trid. Conc. prohibet appellationes admitti niſi à definitiua ſententia, vel ab habente vim diffinitiuæ vel ab interlocutorio grauamen irreparabile continente. Definitiua [b] ſententia eſt quæ decidit pœnitentialē cauſam in iudicium deductam. Vim ſententiæ definitiuæ habet, quæ fertur ſuper vno articulo cauſæ ſubſtantiali, vel etiam totam cauſam perimit licet indirectè, vt ſi quis repellatur ab agendo per aliquam exceptionem: Interlocutoria vero eſt omnis Iudicis deciſio ſuper intercidentibus ante diffinitiuā. Grauamen [c] deniq; irreparabile eſt omnis actus qui retractari nō poteſt, & quo mādato exequtioni pars grauata appellatione nō ſubleuatur, vel ſine difficultate, & præiudicio

a Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 20.

b Felin. in rub. de Iudic. Hoſt. in ſumma eo titulo nu. 2.

Drie. reg. 53 Franc. de Appel. cap. ſuper eo 2. not. 2. Rebuff. in cōc. tit. de friuol. app.

Digitized by Google

ſubleuari non poteſt, vt incarceratio, tortura, excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum. Dubium videbatur de incarceratione; An eſſet grauamen irreparabile. Sac. congreg. conſilij conſuluit S. D. N. qui declarauit carcerationem inter grauamina irreparabilia eſſe reponendam, & ideo ab ea appellare poſſe, & ordinarium teneri huic appellationi deferre, & proceſſum tranſmittere ad iudicem appellationis. Interim tamen Reo manente in carceribus, donec Iudex appellationis cauſa cognita aliud mandauerit vt refert quarãta V. Archiepiſcopi auctoritas in addit. n. 2. verſus finẽ.

ſeſſ. 13. c. 1. ſeſſ. 24. c. 10. refor.

Quoad regulares [a] autem ſtatuit ne in cauſis viſitationis, correctionis morum, & criminalibus executio ſententiæ appellatione ſuſpendatur: quod tamen intelligendum eſt, cum Iudex ordine Iudiciali non procedit, & de grauamine per diffinitiuam ſententiam irreparabili non agitur. Ita explicauit Sac. Cong. Epiſcoporum ex viuæ vocis oraculo S. D. N. Clementis 8. his verbis. In cauſis [b] vero viſitationis ordinariorum, ac correctionis morum quoad effectum deuolutiuum tantum admittantur, niſi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur: Vel cum viſitator citata parte, & adhibita cauſæ cognitione Iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum ſuſpenſiuum.

Sac. cong. Epiſc. ſub Cle. Quar. V. Archiepiſc. Auct. addit. n. 20. nuenſ. c. 88.

His igitur obſeruatis, cùm regularibus appellare liceat, haud neceſſe eſt ordinem Iudiciarium, qui in appellationibus adhiberi ſolet vſquequaq; apud illos ſeruari cum de plano, ac ſine ſtrepitu Iudicij in ſuis cauſis cognoſcendis procedunt: Quo fit vt nec appellationem in ſcriptis dato libello proponi, neq; Apoſtolos poſtulari, neq; eorum traditionem intra triginta dies fieri opus ſit: At vero ſatis erit, vt qui ſe à Iudicis ſententia prægrauatum ſentit, verbotenus corã Iudice appellet, Iudicis ad quem nomen exprimat grauamen, cauſamq; grauaminis patefaciat: quæ Actuarius ſcripto excipiat, atq; in Actis reponat.

Interim Iudex, à quo Appellante proſequutionis ipſius appellationis tempus præſcribere ac literas de huiuſmodi appellatione ad Iudicem ad quem dare poterit, vt quid agendum ſit illi [c] innoteſcat.

Clem. ſæpe verb. ſign.

PRA-

PRAXIS SECVNDA.

Iuxta modum procedendi via denunciationis Iudicialis.

IVDEX via denunciationis Iudicium auſpicaturus, Denunciationem in primis, vel in ſcriptis oblatam, vel oretenus prolatam, & ab Actuario in ſcripto redactã recipiet, poſtquam à Denunciatore de fraterna admonitione præmiſſa, vbi ea neceſſaria eſt, certior factus fuerit.

Sed quoniam Denũciationem triplici de cauſa fieri contingit. Prima ad ipſius denunciationis damnum reſarciendum. Secunda ad aliquem à dignitatibus excipiendum. Tertia ad aliquod publicum, vel priuatum damnum, aut ſcandalum euitandum. Cùm denuncians proprium tantũ damnum proſequitur, proceſſus hoc modo inchoandus erit.

Coram nobis P. N. de N. Prouinc. Min. comparuit F. N. de N. & per modum denunciationis his verbis expoſuit.

Forma Denunciationis pro reſtituenda fama Denunciantis.

IN nomine Domini, &c. Coram vobis N. Prouinc. Min. comparet F. N. eiq; per modum denunciationis exponit, qualiter N. non ceſſat ipſius famam denigrare, cuius Rei teſtes ſunt N. & N. & cùm ſæpe ab eo admonitus fuerit, vt ab huiuſmodi calumnijs abſtineret, haud tamen deſtitit, ſed in deterius prolapſus eſt; quapropter eundem denunciat R. P. V. non odio, aut maleuolentia, ſed bono zelo, vt & ipſius fratri ſaluti prouideatur, & ſibi ſua fama reſtituatur.

Dat., &c. in Monaſterio ——— die ——— menſe ——— Anno ———

Ego N. ſic Denuncio.

Forma Denunciationis pro inſtaurando damno Denunciantis.

IN nomine, &c. Coram vobis R. P. &c. Comparet N. eidemq; per modum Denunciationis exponit, qualiter N. quadam die de Cella ipſius comparentis furto ſubripuit ſcripta ipſius Quadrageſimalia, cuius Rei teſtes ſunt N. & N. illaq; retinet contra voluntatem ipſius comparentis, & Denunciantis, & licet ſæpius requiſitus, non vult reſtituere. Quapropter illum denunciat R. P. V. &c. vt dictus N. cogatur, & compellatur ad dicta ſcripta Quadragſiemalia reſtituenda, idq; non animo maleuolo, ſed vt prouideatur ſaluti dicti fratris, & ipſi ſua ſcripta reſtituantur. Dat. &c.

Ego F. N. ſic Denuncio:

OBlata huiuſmodi denunciatione, Iudex Reum citare debet ante examinationem teſtium: nam cum hoc Iudicium ſit ciuile, teſtes non examinantur pro informatione Curiæ, vt in criminalibus fit. Idcirco ſi denunciatus, antequam coram Iudice compareat, famam vel Quadrageſimale, Denuncianti reſtitueret, Iudex vltra in cauſa procedere non poſſet. Partis enim ſatisfactione ſequuta, ceſſat actio Iudicialis ciuilis, niſi à Iudice per nouam Iudicij telam, criminale iudicium inſtituatur: vel ſi denunciatus à Iudice requiſitus extraiudicialiter famam, aut librum Quadrageſimalis reſtituerit. Minime Iudici opus eſſet teſtes examinare, aut ad vlterius Iudicium procedere; niſi cauſam ad forum criminale deducere voluerit, quòd tamen paſſim fieri nõ debet, præſertim cũ Iudici conſtat de emẽdatione fratris.

Quòd ſi interdum Rei grauitas poſtulet, vt Iudex ex officio de ipſo delicto inquirat Iudex nouam Iudicij telam exorſurus, ita proceſſum inchoet.

Decre-

Digitized by Google

Decretum de inquirendo pro ulteriori iudicio.

QVoniam ex Denunciatione facta coram nobis à N.cõtra N. de ſubtractione Quadrageſimalis, pro illius reſtitutione, vel de inhabilitate ad excipiendum illum ab electionibus innotuit crimen furti, vel Simoniæ contra dictũ N. Idcirco ne delicta impunita remaneant, contra illum decreuimus ex officio procedere, reproducendo omnia quę aduerſus ipſum producta, ac probata ſunt in priori Iudicio denunciationis. Dat. &c.

F. N. Prou. Min.
F. N. Actuarius.

Atque eoſdem teſtes rurſum examinet, ac procedat ſicut dictum eſt in praxi Inquiſitionis.

Si verò denunciatio fiat ad aliquem à dignitatibus excipiendum, denunciatio hoc pacto formanda erit.

Forma Denunciationis ad excipiendum aliquem à dignitatibus, vel adeptis, vel adipiſcendis.

IN nomine, &c. Corã R.R. P.P. N. Prou. Min. & Diffinitoribus huius Prou. N. perſonaliter cõparet N. de N. & excipit contra N. de N. denuncians illũ eſſe hominẽ ſcandaloſum, ebrioſum, & ſignãter quandã mulierẽ ad peccatum ſolicitaſſe, cuius Rei teſtes ſunt N. & N. propterea dicit non eſſe admittendum ad Prouincialatus officium (& ſi admiſſus eſt) electionem de ipſo factam omnino irritandam eſſe, idq; non odio, aut animo calumniandi, ſed publico Religionis bono ductus denunciat. Dat. &c. die — menſe — Anno —

F. N. de N. ita denuncio.

SI R. P. Prou. Min. ac Diffinitores prædictam denunciationem iuxta præſcriptum noſtrum procedendi, modũ acceptandum indicauerint proceſſum hoc modo inſtruant.

Coram nobis R. R. P. P. Prouinc. Min & Diffinitoribus huius Prouinciæ N. Comparuit N. de N. & per modum denunciationis his verbis expoſuit. (Hic inſeratur. Denuntiatio) Qua denunciatione, viſa, ac conſiderata dictus R. P. Prouinc. Min. vnà cum R. R. P. P. Diffinitoribus propoſitam denunciationem, & exceptionem acceptauit, ſi & in quantum omni meliori modo. Act. &c. in Monaſterio —— die —— Menſe —— & Anno —— & per me N. Actuarium deſcripta.

F. N. Actuarius.

Si Iudici aduerſus exceptum in denunciatione procedendum fuerit, primo decretum formetur hoc pacto.

Decretum de procedendo.

CVM igitur ex denunciatione facta coram nobis à F. N. cõtra N. ſupradicta in notitiã venerint, Decreuimus in cauſâ procedere dictum denunciatorem, & productos teſtes, & alios quos opportebit examinare, & prædictum N. vt Reum conſtituere ſi, & in quantum iuris fuerit. Eligentes F. N. in Actuarium huius cauſæ, cum poteſtate eundem mutandi prout viſum fuerit. Act. &c. in Conu. —— die —— menſe —— anno ——

F. N. Prou. Min.

F. N. Actuarius.

Tum vero ad denunciatoris primùm, deinde ad teſtiũ examen procedat, quemadmodum ſtatim explicabimus.

Poſtremo ſi denunciatio ad aliquod crimen publicum vel priuatum tollendum, vel puniendum, inſtituta ſit, Denunciatio hoc pacto formari debet.

For-

Forma denunciationis pro quolibet crimine.

IN Nomine Domini, &c. Coram R. P. N. de N. Prou. Min. comparet F. N. de N. qui neq; odio, aut maleuolentia, neq; animo calumniandi ductus, ſed zelo duntaxat, ac publico Religionis bono permotus, per modum denunciationis exponit F. N. de N. ſuſpectum cum quadam muliere conſortium habere, de quo ſæpe admonitus noluit reſipiſcere quòd ſe audiuiſſe (ſi tãtum audiuit) à viris fide dignis (vel ſi vidit) ſe vidiſſe dicit, cuius Rei teſtes eſſe poſſunt N. & N. qui hoc ipſum viderunt: quod cum in graue Religionis detrimentum aliorum ſcandalum, ac dicti N. ſalutis perniciem cedat, factum iſtud denunciat, vt eidem prouideat de iure, & omni meliori modo, quo nouerit expedire. Dat. &c. in Conuentu —— die —— menſe —— anno ——

Ego F. N. de N. ſic denuncio.

Proceſſus verò inchoari poterit vt ſupra. Deinde Iudex præſtito iuramento denunciatorem ſuper denunciatis interroget, hoc modo.

Forma interrogandi denunciatorem ſuper denunciatis.

In nomine, &c. die —— menſe —— & anno ——

CORAM præfato R. P. &c. Vocatus dictus F. N. denunciator Aetatis —— Religionis —— officio —— & delato ei iuramento de veritate dicenda ſuper denunciatis, prout iurauit tacto pectore, vel ſacris ſcripturis ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.

Interrogatus vndè ſcit ea quæ denunciauit, & an ea viderit, vel audierit. Si Reſpondit ſe ea auditu accepiſſe.

Decretum repetitionis torturæ.

TVNC præfatus, &c. viſis, & conſideratis productis in actis contra N. Reum confeſſum, & depoſitionibus teſtium dicentium N. Reum à pluribus aſſociatum fuiſſe quàm ſint nominati ab ipſo in ſua depoſitione. Conſiderata itaq; qualitate delicti perpetrati iam confeſſi, quod omnino quiſq; prudens iudicabit committi non potuiſſe abſq; ſocijs, vel ſolum cum vnico ſocio, & veritas circa alios complices difficillimè ab alijs quàm ab ipſo N. Reo confeſſo haberi poſſit, attenta quoq; perſona ipſius N. Rei, qui mala fama laborat, & ſolitus eſt delinquere, vnde credendum eſt, quòd alia quoq; commiſerit delicta: quandoquidem prædicta ab eo aliter haberi non poſſunt. Mandauit ipſum N. C. adduci ad locum torturæ, ibiq; expoliari ligari flagellis cædi, vel funi applicari, & hoc ſine præiudicio quorumcunque iurium curiæ, quomodocunq;, & qualitercunq; competentium, & acquiſitorum de quibus ipſe N. quomodocunq; eſſet conuictus, vel confeſſus, ſuper quibus nullo modo Præfatus admodum R. P. &c. non intendit ipſum torquere, quinimò expreſsè proteſtatur ipſum ſuper illis ſe non torquere, & huiuſmodi proteſtationem in quolibet actu repetitam fore, & eſſe dixit, & intendit, & quod pro repetita ſemper habeatur ſupradicta proteſtatio, ſed tantum ipſum N. torquendum intendit pro vlteriori veritate habenda ſuper alijs criminibus per ipſum veriſimiliter commiſſis, & ſuper complicibus, fautoribus, & auxiliatoribus, & non alias aliter, nec alio modo de quo ſolemniter, & expreſſe ac omni meliori modo proteſtatus fuit, & proteſtatur die —— menſe —— anno ——

F. N. *Min. Prouin.*
F. N. *Aſſiſt.*
F. N. *Aſſiſt.*
F. N. *Actuarius.*

DECRETVM huiuſmodi Reo non intimabitur, ſed eo in actis deſcripto Iudex præcipiat Reum duci ad locum torturæ tum verò in actis ſcribatur.

Et cum fuiſſet N. Conſtitutus, ſpoliatus, ligatus, & funi applicatus, præfat. &c. R. P. &c. rurſũ benignè monuit dictũ N. vt integram veritatem dicat ſuper alijs delictis à ſe veriſimiliter commiſſis, & nondum confeſſis, & ſuper ſocijs, & auxiliatoribus, &c. Reſp.

Tunc præfatus, &c. repetita proteſtatione de qua ſupra illiq; firmiter inhærendo mandauit ipſum C. flagellis cædi, vel in altum eleuari, qui flagellis cœſus, vel in altum eleuatus cœpit dicere *ohime, ohime, ò Santa Maria*, & deinde tacuit.

Et iterum monitus à præfato R. &c. vt recedat à ſua obſtinatione, & manifeſtet complices, auxiliatores, & fautores principalis delicti iam confeſſi, & pariter alia delicta veriſimiliter commiſſa, Reſp. &c. Deinde dixit ex ſe iniuſtè torqueor quia nullum delictum commiſi, neq; illud quod prius confeſſus ſum, qua propter confeſſionem reuoco, quia mentitus ſum.

Et præfato, &c. dicente quod non interrogatur amplius ſuper dicto delicto principali, quia iam ipſe C. ſuper hoc eſt confeſſus, & confeſſionem ſuam non poteſt amplius in dubium reuocare; ſed tantummodo interrogatur de ſocijs, & complicibus, & alijs delictis. Idcirco ad hæc tantum reſpondeat. Reſp. negando, &c.

Reo igitur ſuper prædictis ſufficienter ad arbitrium Iudicis torto, poterit Iudex præcipere, vt leuiter de tormento deponatur, & deſcribatur in Actis.

Tunc præfatus, &c. Acceptatis, &c. cum aliud à dicto C. haberi non poſſet, mandauit illum leuiter de tortura deponi, cum permanſiſſet in ea ſuſpenſus ſine aliqua quaſſatione per ſpatium vnius horæ, vel cum fuiſſet flagellis cœſus per partem horæ, diſſolui, brachia reaptari, reueſtiri, & ad carceres duci cum termino trium dierum, ad dicendũ, producendum, & probandum quicquid voluerit in ſui defenſionem.

Quod ſi Reus aliquos ſocios in tortura nominauerit, vel

alia

alia delicta à ſe perpetrata manifeſtauerit, eo planè modo quo dictum fuit, omnia die ſequenti extra locum torturæ à Reo debent ratificari, quæ vniuerſalis eſt Regula quoties veritas aliqua à Reo per tormenta extrahitur.

Boſſ. tit. de [t]ort. n. 48.

Si vero Reus [a] tam in prima, quam in ſecunda tortura confeſſionem factam ratificare recuſet, vel reuocare conetur, denuò illi eſt repetenda tortura, tametſi alia non ſuperuenirent indicia: Confeſſio enim per tormenta expreſſa nouum creat indicium ad torturam, vt ab omnibus in praxi obſeruatur. Tortura [b] verò ad tertiam vſque vicem protrahi poteſt ne tortura in infinitum abeat.

Clar. q. 21. v. [v]ltersus quæro. Gomez. var. [r]esol. to. 3. c. 13. [n].27.

Porrò ſi Conſiliarius Rei intra illud trium dierum ſpatiũ comparuerit, voce, vel ſcripto aliquid in fauorem Rei allegando, à Iudice benigniſſimè eſt audiendus, & allegationes ipſius ad verbum perlegendæ, & de contentis in ipſis illa ratio habenda erit, quæ de iure habenda eſt, & ipſæ allegationes inſerantur in ipſo proceſſu poſt dictam citationem ad concludendum in cauſa: Deinde citetur tam Reus, quã Conſiliarius ad audiendam ſententiã diffinitiuam; quę ſi aliqua rationabili de cauſa in eodẽ Monaſterio in quo Reus eſt incarceratus promulgari non poſſi, tunc concipiatur decretũ ipſius citationis vt infra. Si vero promulganda ſit in eodẽ Monaſterio addatur in decreto (præſenti Monaſterio) Tum verò Actuarius decretum ipſum illis intimet, & intimationem in Actis referat. Decretum vero ſcribatur in hanc formam.

Forma Decreti Citationis Rei ad audiendam diffinitiuam ſententiam.

VISIS & conſideratis omnibus deductis pro parte N. Rei in ſui defenſionem, & omnibus alijs in proceſſu productis ac probatis. Viſum fuit præfato R. P. N. de N. Prouinciali Miniſtro mandare, vt citetur N. Reus, & Conſiliarius ipſius ad audiendam ſententiam promulgandam in Monaſterio — pro die — Menſis — Anni — prout

præ-

præſenti decreto citantur. Dat. &c. in Monaſterio —— die —— Menſis —— Anni ——

F. N. Prouinc. Min.

Deinde per Actuarium intimetur Reo, & ipſius Conſiliario, tum deſcribat citationem in Actis hoc modo.

Cum per me Actuarium infraſcriptum fuiſſet intimatũ prædictum decretum citationis N. Reo. & N. ſuo Conſiliario, in fide manu propria me ſubſcripſi, die —— menſe —— & Anno quo ſupra.

Ego F. N. Actuarius.

De Reo qui mutauit Prouinciam, vel fugam arripuit.

QVONIAM interdum contingit Reum poſt delictũ commiſſum à ſuperioribus in aliam Prouinciam mutari: Si proceſſus à Miniſtro Prouinciali illius Prouinciæ in qua crimen perpetratũ fuit, inchoatus fuerit, ab illius obedientia, ac iuriſdictione ob Prouinciæ mutationem non eximitur, vt conſtat ex cap. Propoſuiſti de foro compet. l. hæres §. 1. §. ſi quis ff. de Iudic. quapropter eo petente ad ſuum forum reuocari debet, vt tanquam proprius Iudex illius cauſam cognoſcat, ac terminet.

Si verò ante illius mutationem nullus proceſſus inchoatus fuit, cauſa ad alterum Prou. Min. cui tunc ſubiectus eſt, deuoluitur à quo etiã iudicari debet, vel ad Gener. Min. trãſferenda eſt, qui tanquam communis Iudex, & ratione delicti, loci, & perſonæ poterit ad pœnam contra Reum procedere, vt habetur Arg. l. Roman. ff. ad Municipal. & c. licet de foro compet.

Quòd ſi Reus inchoato proceſſu, vel ex Monaſterio, vel ex carceribus fugam arripuit primùm in Actis ſcribantur tempus, locus, modus, atq; aliæ circũſtantiæ ipſius fugæ,

Digitized by Google

tum vero contra ipſum, velut contra contumacem Iudex procedat ſeruatis ſeruandis: Ac in primis ponderet Iudex vtrum indicia collecta, ex deductis in proceſſu informatiuo legitima, ac ſufficientia ſint, necne. Quod ſi ea legitimè probata, ac ſufficientia offenderint, monitorium, ſeu citationem formet in hunc modum.

Forma Monitorij ad comparendum.

NOS F. N. Prouinc. Min. huius Prouinciæ N. Ordinis S. Franciſci Capuccinorum. Tibi N. de N. tenore præſentium præcipimus, & expreſsè mandamus, quatenus infra tres dies proximè futuros ab exequutione computandos, cujus primus dies, pro primo, ſecundus pro ſecundo, tertius pro tertio, & peremptorio termino tibi aſſignatur, ſub pœna confeſſatorum criminum, & delictorum, de quibus imputaris, & ſuſpenſionis, & priuationis omnium officiorum ordinis debeas coram nobis perſonaliter per te ipſum comparuiſſe, & te præſentaſſe ad te ipſum excuſandum, exculpandum, & defendendum ab infraſcriptis criminibus, & exceſſibus per te commiſſis, & patratis. (Hæc inſeratur tota ad verbum facti crimínoſi ſeries cum omnibus ſuis circunſtantijs, locis, temporibus, & alijs accidentibus alicuius momenti. His ergo peractis in fugam te dediſti, pœnas propterea in dictis legibus pœnalibus, ac Canonibus ſummorumque Pontificum, atque Conciliorum decretis impoſitis, & inflictis temerè, & damnabiliter incurrendo, rebuſq; alijs, &c. Alioquin, &c. Volumus autem præſens noſtrum monitorium tibi perſonaliter, ſi perſona tua commodè haberi poterit, ſin autem Cellæ tuæ ſolitæ habitationis, & ad valuas refectorij copijs illis affixis præſentari. Illudq; monitoriũ ſic exequutum ita coarctare, & afficere, ac ſi perſonaliter, ac magis legitimè exequutum foret: certificantes nihilominus te, quod ſi in dicto termino non comparueris. Nos ſeruatis quatuor terminis in ſimilibus ſeruari ſolitis iuxta ſtilum curiæ noſtræ ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum illarumque

legi-

legitimam exequutionem contra te procedemus, ſiue procedetur, contumacia, & abſentia tua, ac alijs in contrarium forſan facientibus. Non obſtantibus quibuſcunque. In quorum fidem, &c. Dat. &c. —— die —— menſe —— anno ——

F. N. Prouin. M.
F. N. Actuarius.

FORMATVM hoc pacto monitorium Actuarius exequatur, atque à tergo monitorij ſcribat affixum fuit præ dictis locis die —— relationem dictæ exequutionis, referat in actis, lapſoq; dicto termino trium dierum in monitorio aſſignato, qui currere incæpit à die executionis excluſiuè, ommiſſis alijs citationibus quæ in ſolemnioribus iudicijs fiſco vrgente fieri ſolent. Iudex feret ſententiam declaratoriam incurſionis pœnarum prædictarum, forma quæ inferius exarabitur.

VARIAE FORMVLAE SENTENTIARVM.

Forma ſententiæ Interlocutoriæ pro Accuſatoris, vel Teſtium repulſione.

NOS F. N. de N. Prou. Min. Viſa, & attenta exceptione data per N. de N. accuſatorem ſuum, vel teſtem ab accuſatore productum, de quo ſimiliter ſupra, qua illum velut illegitimum ab accuſando, vel teſtificando repellendum fore inſtanter poſtulat eo quod infamis ſit, vel inimicus, &c. Attendentes exceptiones propoſitas eſſe veras, & ſufficienter probatas de conſilio R. R. P. P. Diffinitorum dictum N. accuſatorem, ſeu teſtem, velut infamem, vel inimicum, &c. decernimus ab accuſatione, ſeu teſtificatione repellendum fore prout illum præſenti decreto repellimus, & inhabilem, ac illegitimum accuſatorem, vel teſtem declaramus, & conſequenter dictum N. accuſatum propter illius accuſationem, aut teſtimonium non eſſe fa-

tigandum, & id non ſolum prædicto, ſed & omni meliori modo. Dat. &c. in Monaſterio —— die —— menſe —— Anno ——

F. N. Prouinc. Min.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Actuarius.

Forma ſententiæ declaratoriæ fauorabilis.

SENTENTIA declaratoria fertur, vel in fauorem, vel in odium Rei cum de aliquo crimine ab aliqua dignitate adeunda exceptus, aut de crimine obiecto ſe purgauerit ac immunem oſtenderit, aut de illo conuictus extiterit. Cum igitur obiectum crimen diluerit, ſententia hoc modo formanda eſt.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & glorioſiſſimæ Virginis, & B. P. N. Franciſci. Amen. Chriſti nomine inuocato. Nos Fr. N. Prouinc. Min. huius Prouinciæ N. Ordinis Sancti Franciſci Capuccinorum. Viſis, ac diligenter conſideratis omnibus, & ſingulis in cauſa, & cauſis coram nobis actitatis de, & ſuper exceptionibus contra P. F. N. de N. propoſitis à P. F. N. de N. de quibus in proceſſu, propterea à nobis fabricato conſtat, habitoq; ſuper his R. R. P. P. Diffinitorum Conſilio: Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum Iudicium prodeat per hanc diffinitiuam ſententiam.

Chriſti nomine repetito. Dicimus, ſententiamus, pronunciamus, definimus, & declaramus d. P. F. N. de N. à criminibus in huiuſmodi exceptionibus contra illum propoſitis immunem eſſe: illumq; velut innocentem ad quaſcunq; dignitates, & officia in hac parte habilem declarandũ fore, & eſſe prout illũ pronunciamus, ac declaramus habilẽ eſſe in hac parte, & ad quaſcunq; dignitates eligi, & electum confirmari poſſe non ſolũ hoc, ſed & omni meliori modo.

Lata,

Lata, lecta, & publicata fuit hæc ſententia in noſtro Monaſterio —— præſentibus teſtibus ad hoc vocatis N. & N. die —— menſe —— & anno —— In Cella ſolitæ reſidentiæ præfati ad. R. P. Prouinc. Miniſtri.

F. N. Prouinc. Min.
F. N. Diffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Deffinitor.
F. N. Teſtis.
F. N. Teſtis.
F. N. Actuarius.

Forma ſententiæ declaratoriæ ad excipiendum Reum à dignitatibus, &c.

IN nomine, &c. Nos Fr. N. de N. Prou. Chriſti nomine repetito dicimus, &c. Declaramus dictum P. N. de N. de criminibus in huiuſmodi exceptionibus cõtra illum propoſitis fuiſſe conuictum, ſeu infamatum, propterea inhabilem ad quaſcunque dignitates declarandum fore, & eſſe, prout illum ad eas inhabilem ſententiamus, & declaramus, adeo quòd ad eas eligi, aut electus in eis nequeat confirmari, & id non ſolũ hoc, ſed & omni meliori modo. Dat. &c. Lata, lecta, &c.

Subſcriptiones ſolitæ.

Forma ſententiæ declaratoriæ pro incurſu pœnarum.

IN nomine, &c. Nos Fr. N. &c. Chriſti nomine repetito dicimus, & declaramus dictum P. N. de N. à criminibus contra ipſum propoſitis immunem eſſe, & non contraueniſſe Canonibus, ac legibus Pontificijs, & conſequenter in pœnas in ipſis taxatas non incurriſſe, vel è contra contrauenisſe Canonibus, ac legibus Pontificijs, & conſequenter

in

ramus, & pronunciamus dictum N. de N. ex deductis in dicto proceſſu non fuiſſe repertum de iure punibilem de crimine aut criminibus de quo, aut quibus fuit inquiſitus, vel denunciatus, vel accuſatus. Quare illum à præſenti Iudicio hac inſtantia abſoluimus, & liberamus: abſolutumq; ac liberatum declaramus hoc, & omni meliori modo.

Lata, lecta vt ſupra.

Forma ſententiæ abſolutoriæ ſimpliciter.

IN nomine, &c. Chriſti nomine inuocato, &c. Chriſti nomine repetito dicimus, ſententiamus declaramus, pronunciamus, & definimus dictum N. de N. non fuiſſe repertum culpabilem, nec de iure punibilem, ſed prorſus immunem à crimine de quo fuit accuſatus, vel denunciatus, vel inquiſitus. Idcirco tanquam de tali crimine innocentem abſoluimus, & liberamus, abſolutumq; ac liberatum declaramus hoc, & omni meliori modo.

Lata, lecta, &c. vt ſupra.

Subſcriptiones.

Praxis ſeruanda in appellationibus.

SAc. [a] Trid. Conc. prohibet appellationes admitti niſi à definitiua ſententia, vel ab habente vim diffinitiuæ vel ab interlocutorio grauamen irreparabile continente. Definitiua [b] ſententia eſt quæ decidit pœnitentialē cauſam in iudicium deductam. Vim ſententiæ definitiuæ habet, quæ fertur ſuper vno articulo cauſæ ſubſtantiali, vel etiam totam cauſam perimit licet indirectè, vt ſi quis repellatur ab agendo per aliquam exceptionem: Interlocutoria vero eſt omnis Iudicis deciſio ſuper intercidentibus ante diffinitiuā. Grauamen [c] deniq; irreparabile eſt omnis actus qui retractari nō poteſt, & quo mādato exequtioni pars grauata appellatione nō ſubleuatur, vel ſine difficultate, & præiudicio

a Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 20.

b Felin. in rub. de Iudic. Hoſt. in ſumma eo titulo nu. 2.

Drie. reg. 53 Franc. de Appel. cap. ſuper eo 2. not. 2. Rebuff. in cōt. tit. de friuol. app.

ſub-

ſubleuari non poteſt, vt incarceratio, tortura, excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum. Dubium videbatur de incarceratione; An eſſet grauamen irreparabile. Sac. congreg. conſilij conſuluit S. D. N. qui declarauit carcerationem inter grauamina irreparabilia eſſe reponendam, & ideo ab ea appellare poſſe, & ordinarium teneri huic appellationi deferre, & proceſſum tranſmittere ad iudicem appellationis. Interim tamen Reo manente in carceribus, donec Iudex appellationis cauſa cognita aliud mandauerit vt refert quarāta V. Archiepiſcopi auctoritas in addit. n. 2. verſus finē.

Seſſ. 13. c. 1. ſeſſ. 24. c. 10. le refor.

Quoad regulares [a] autem ſtatuit ne in cauſis viſitationis, correctionis morum, & criminalibus executio ſententiæ appellatione ſuſpendatur: quod tamen intelligendum eſt, cum Iudex ordine Iudiciali non procedit, & de grauamine per diffinitiuam ſententiam irreparabili non agitur. Ita explicauit Sac. Cong. Epiſcoporum ex viuæ vocis oraculo S. D. N. Clementis 8. his verbis. In cauſis [b] vero viſitationis ordinariorum, ac correctionis morum quoad effectum deuolutiuum tantum admittantur, niſi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur: Vel cum viſitator citata parte, & adhibita cauſæ cognitione Iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum ſuſpenſiuum.

Sac. cong. Epiſc. ſub Cle. Quar. V. Archiepiſc. Auct. in addit. n. 10. Genuenſ. c. 88.

His igitur obſeruatis, cùm regularibus appellare liceat, haud neceſſe eſt ordinem Iudiciarium, qui in appellationibus adhiberi ſolet vſquequaq; apud illos ſeruari cum de plano, ac ſine ſtrepitu Iudicij in ſuis cauſis cognoſcendis procedunt: Quo fit vt nec appellationem in ſcriptis dato libello proponi, neq; Apoſtolos poſtulari, neq; eorum traditionem intra triginta dies fieri opus ſit: At vero ſatis erit, vt qui ſe à Iudicis ſententia prægrauatum ſentit, verbotenus corā Iudice appellet, Iudicis ad quem nomen exprimat grauamen, cauſamq; grauaminis patefaciat: quæ Actuarius ſcripto excipiat, atq; in Actis reponat.

Interim Iudex, à quo Appellante proſequutionis ipſius appellationis tempus præſcribere ac literas de huiuſmodi appellatione ad Iudicem ad quem dare poterit, vt quid agendum ſit illi [c] innoteſcat.

Clem. ſæpe de verb. ſign.

PRA-

PRAXIS SECVNDA.

Iuxta modum procedendi via denunciationis Iudicialis.

IVDEX via denunciationis Iudicium auſpicaturus, Denunciationem in primis, vel in ſcriptis oblatam, vel oretenus prolatam, & ab Actuario in ſcripto redactã recipiet, poſtquam à Denunciatore de fraterna admonitione præmiſſa, vbi ea neceſſaria eſt, certior factus fuerit.

Sed quoniam Denũciationem triplici de cauſa fieri contingit. Prima ad ipſius denunciationis damnum reſarciendum. Secunda ad aliquem à dignitatibus excipiendum. Tertia ad aliquod publicum, vel priuatum damnum, aut ſcandalum euitandum. Cùm denuncians proprium tantũ damnum proſequitur, proceſſus hoc modo inchoandus erit.

Coram nobis P. N. de N. Prouinc. Min. comparuit F. N. de N. & per modum denunciationis his verbis expoſuit.

Forma Denunciationis pro reſtituenda fama Denunciantis.

IN nomine Domini, &c. Coram vobis N. Prouinc. Min. comparet F. N. eiq; per modum denunciationis exponit, qualiter N. non ceſſat ipſius famam denigrare, cuius Rei teſtes ſunt N. & N. & cùm ſæpe ab eo admonitus fuerit, vt ab huiuſmodi calumnijs abſtineret, haud tamen deſtitit, ſed in deterius prolapſus eſt; quapropter eundem denunciat R. P. V. non odio, aut maleuolentia, ſed bono zelo, vt & ipſius fratri ſaluti prouideatur, & ſibi ſua fama reſtituatur.

Digitized by Google

Dat., &c. in Monaſterio ——— die ——— menſe ——— Anno ———

Ego N. ſic Denuncio.

Forma Denunciationis pro inſtaurando damno Denunciantis.

IN nomine, &c. Coram vobis R. P. &c. Comparet N. eidemq; per modum Denunciationis exponit, qualiter N. quadam die de Cella ipſius comparentis furto ſubripuit ſcripta ipſius Quadrageſimalia, cuius Rei teſtes ſunt N. & N. illaq; retinet contra voluntatem ipſius comparentis, & Denunciantis, & licet ſæpius requiſitus, non vult reſtituere. Quapropter illum denunciat R. P. V. &c. vt dictus N. cogatur, & compellatur ad dicta ſcripta Quadragſiemalia reſtituenda, idq; non animo maleuolo, ſed vt prouideatur ſaluti dicti fratris, & ipſi ſua ſcripta reſtituantur. Dat. &c.

Ego F. N. ſic Denuncio:

OBlata huiuſmodi denunciatione, Iudex Reum citare debet ante examinationem teſtium: nam cum hoc Iudicium ſit ciuile, teſtes non examinantur pro informatione Curiæ, vt in criminalibus fit. Idcirco ſi denunciatus, antequam coram Iudice compareat, famam vel Quadrageſimale, Denuncianti reſtitueret, Iudex vltra in cauſa procedere non poſſet. Partis enim ſatisfactione ſequuta, ceſſat actio Iudicialis ciuilis, niſi à Iudice per nouam Iudicij telam, criminale iudicium inſtituatur: vel ſi denunciatus à Iudice requiſitus extraiudicialiter famam, aut librum Quadrageſimalis reſtituerit. Minime Iudici opus eſſet teſtes examinare, aut ad vlterius Iudicium procedere; niſi cauſam ad forum criminale deducere voluerit, quòd tamen paſſim fieri nō debet, præſertim cū Iudici conſtat de emēdatione fratris.

Quòd ſi interdum Rei grauitas poſtulet, vt Iudex ex officio de ipſo delicto inquirat Iudex nouam Iudicij telam exorſurus, ita proceſſum inchoet.

Decretum de inquirendo pro ulteriori iudicio.

QVoniam ex Denunciatione facta coram nobis à N.cōtra N. de ſubtractione Quadrageſimalis, pro illius reſtitutione, vel de inhabilitate ad excipiendum illum ab electionibus innotuit crimen furti, vel Simoniæ contra dictū N. Idcirco ne delicta impunita remaneant, contra illum decreuimus ex officio procedere;reproducendo omnia quę aduerſus ipſum producta, ac probata ſunt in priori Iudicio denunciationis. Dat. &c.

F. N. Prou. Min.
F. N. Actuarius.

Atque eoſdem teſtes rurſum examinet, ac procedat ſicut dictum eſt in praxi Inquiſitionis.

Si verò denunciatio fiat ad aliquem à dignitatibus excipiendum, denunciatio hoc pacto formanda erit.

Forma Denunciationis ad excipiendum aliquem à dignitatibus, vel adeptis, vel adipiſcendis.

IN nomine,&c. Corā R.R. P.P. N. Prou. Min. & Diffinitoribus huius Prou. N.perſonaliter cōparet N.de N.& excipit contra N.de N. denuncians illū eſſe hominē ſcandaloſum, ebrioſum, & ſignāter quandā mulierē ad peccatum ſolicitaſſe,cuius Rei teſtes ſunt N. & N. propterea dicit non eſſe admittendum ad Prouincialatus officium (& ſi admiſſus eſt) electionem de ipſo factam omnino irritandam eſſe, idq; non odio, aut animo calumniandi, ſed publico Religionis bono ductus denunciat. Dat. &c. die — menſe — Anno ——

F. N. de N. ita denuncio.

Digitized by Google

SI R. P. Prou. Min. ac Diffinitores prædictam denunciationem iuxta præſcriptum noſtrum procedendi, modũ acceptandum iudicauerint proceſſum hoc modo inſtruant.

Coram nobis R. R. P. P. Prouinc. Min & Diffinitoribus huius Prouinciæ N. Comparuit N. de N. & per modum denunciationis his verbis expoſuit. (Hic inſeratur. Denuntiatio) Qua denunciatione, viſa, ac conſiderata dictus R. P. Prouinc. Min vnà cum R. R. P. P. Diffinitoribus propoſitam denunciationem, & exceptionem acceptauit, ſi & in quantum omni meliori modo. Act. &c. in Monaſterio —— die —— Menſe —— & Anno —— & per me N. Actuarium deſcripta.

F. N. Actuarius.

Si Iudici aduerſus exceptum in denunciatione procedendum fuerit, primo decretum formetur hoc pacto.

Decretum de procedendo.

CVM igitur ex denunciatione facta coram nobis à F. N. cõtra N. ſupradicta in notitiã venerint, Decreuimus in cauſa procedere dictum denunciatorem, & productos teſtes, & alios quos opportebit examinare, & prædictum N. vt Reum conſtituere ſi, & in quantum iuris fuerit. Eligentes F. N. in Actuarium huius cauſæ, cum poteſtate eundem mutandi prout viſum fuerit. Act. &c. in Conu. —— die —— menſe —— anno ——

F. N. Prou. Min.
F. N. Actuarius.

Tum vero ad denunciatoris primùm, deinde ad teſtiũ examen procedat, quemadmodum ſtatim explicabimus.

Poſtremo ſi denunciatio ad aliquod crimen publicum vel priuatum tollendum, vel puniendum, inſtituta ſit, Denunciatio hoc pacto formari debet.

For-

Forma denunciationis pro quolibet crimine.

IN Nomine Domini, &c. Coram R. P.N. de N. Prou. Min. comparet F. N. de N. qui neq; odio, aut maleuolentia, neq; animo calumniandi ductus, ſed zelo duntaxat, ac publico Religionis bono permotus, per modum denunciationis exponit F.N. de N. ſuſpectum cum quadam muliere conſortium habere, de quo ſæpe admonitus noluit reſipiſcere quòd ſe audiuiſſe (ſi tãtum audiuit) à viris fide dignis (vel ſi vidit) ſe vidiſſe dicit, cuius Rei teſtes eſſe poſſunt N. & N. qui hoc ipſum viderunt: quod cum in graue Religionis detrimentum aliorum ſcandalum, ac dicti N. ſalutis perniciem cedat, factum iſtud denunciat, vt eidem prouideat de iure, & omni meliori modo, quo nouerit expedire. Dat. &c. in Conuentu —— die —— menſe —— anno ——

Ego F. N. de N. ſic denuncio.

Proceſſus verò inchoari poterit vt ſupra. Deinde Iudex præſtito iuramento denunciatorem ſuper denunciatis interroget, hoc modo.

Forma interrogandi denunciatorem ſuper denunciatis.

In nomine, &c. die —— menſe —— & anno ——

CORAM præfato R. P. &c. Vocatus dictus F. N. denunciator Aetatis —— Religionis —— officio —— & delato ei iuramento de veritate dicenda ſuper denunciatis, prout iurauit tacto pectore, vel ſacris ſcripturis ad opportunas interrogationes reſpondit vt infra.

Interrogatus vndè ſcit ea quæ denunciauit, & an ea viderit, vel audierit. Si Reſpondit ſe ea auditu accepiſſe.

Interrogatus a quibus, quo tempore, quo loco, quibus præſentibus, audierit, formando ſingulos de quolibet interrogationis articulos, quouſq; ad primum, & caput aliorum peruenerit, á quo fama illius criminis originē hauſerit.

Si vero dicat ſe vidiſſe tunc opportuna interrogatoria inſtituat, hoc modo.

Interrogatus quid viderit à prædicto F. N. fieri, propter quod ſuſpectum conſortium cū muliere collegerit. Reſ.

Interrogatus quoties id viderit. Reſp.

Interrogatus quonam in loco eſſent, & quo tempore. Reſpondit.

Interrogatus quinam præſentes adeſſent: Reſp.

Interrogatus an dictus N. ſolitus ſit in ſimilibus delinquere. Reſp.

Interrogatus an fuerit aliâs inquiſitus, denunciatus, vel diffamatus de huiuſmodi crimine, & an de illis fuerit condemnatus, ac pœnitentiatus. Reſp.

Interrogatus an ipſe denuncians cognoſcat dictum N. eſſe hominem huiuſmodi delicto aſſuetum, & niſi à Prælatis cohibeatur ac puniatur abſq; freno illud committet. Reſ.

Interrog. an fraternam admonitionē præmiſerit. Reſ.

Interrog. an de tali delicto extet publica fama apud alios.

Si reſpondeat famam eſſe de delicto.

Interrogatus vnde orta ſit iſta fama, & alia perquirat, quæ ad famæ probationem ſpectant, vt in ſuperioribus explicatum fuit.

Expleto denunciatoris examine, iubeat eum proprio examine ſeipſum ſubſcribere deinde ad aliorum teſtium examen procedat, Reum conſtituat, ſententiam pronunciet atq; alia iuxta formam ſuperius in prima praxi traditam perficiat.

PRAXIS TERTIA.

Iuxta tertium procedendi modum qui eſt via Accuſationis.

SVPEREST de via Accuſationis ac illius praxi pauca duntaxat differere, vt quæ ad hunc procedendi modum ſingillatim ſpectant, Iudex ſuo ordine digeſta habeat.

Diximus via accuſationis Iudicem proceſſum inſtruere non poſſe, niſi accuſator legitimus adſit, qui accuſationẽ aut ſcripto, aut verbotenus, illico tamen in ſcriptis ab Actuario redigendam porrigat, vt habetur c. nihil 2. q. 1. & c. dignum 3. q. 9. de accuſationibus, forma igitur accuſationis hæc erit.

Forma libelli accuſatorij.

CORAM vobis R. P. N. de N. Prou. Min. huius &c. perſonaliter cõparet N. de N. eiq; per modum accuſationis exponit qualiter N. de N. ipſum accuſantem aggreſſus eſt ferro, & tentauit ipſum vulnerare, niſi ſe in fugã celerrime dediſſet, cuius rei teſtes exhibet N. & N. qui dictum N. ipſum aggredientem viderunt; Quapropter non odio, aut maleuolentia ductus, ſed zelo tantum Iuſtitiæ motus vt ſcelera impunita non remaneant, inſtat vt dictus N. puniatur omni meliori modo. Dat. &c. in Conu. —— die —— menſe —— & anno ——

Ego F. N. de N. Accuſator.

PRopoſitam accuſationem ſi Iudex acceptandam eſſe iudicauerit, proceſſum hoc modo incipiat.

In

In nomine Domini, &c. anno à Natiuitate Domini, &c. die — menſis — anni —

Coram R. P. N. de N. Prou. &c. perſonaliter cõparuit N. de N. & porrexit quandam cedulam accuſatoriam contra N. de N. cuius initium eſt. Coram vobis R. &c. Finis vero. Omni meliori modo. Ego F. N. de N. Accuſator, & inſtetit — procedi contra dictum N. de N. teſtes examinandi prout in cedula.

Quo audito Præfatus R. P. eidem N. de N. proteſtatus eſt, illum ad pœnam talionis peragendam obnoxium iri, niſi delictum in Accuſatione propoſitum contra N. de N. legitimè probauerit: Idcirco illum admonere, vt Rem maturè conſideret. Cui admonitioni cum dictus N. de N. Accuſator reſpondiſſet ſe ad omnia paratum fore: eidem mandauit, vt ſeipſum ſubſcribat pœna talionis, ſi in probatione defecerit, prout ſeipſum ſubſcripſit.

Ego F. N. me ſubſcribo pœna talionis ſi in probatione defecero.

ET cum rurſus inſtaret in cauſa procedi. Præfatus Prou. Min. eidem iuramentũ detulit quod non animo calumniandi huiuſmodi depoſuerit, prout tacto pectore, vel ſcripturis iurauit: quo iuramento habito præfatus R. P. & c. Accuſatorem acceptauit, ſi, & in quantum omni meliori modo. Acta in Monaſterio in Cella ſolitæ reſidentiæ præfati R. P. Prou. Min. præſentibus N. & N.

Suſcepta igitur Accuſatione Iudex teſtes ab Accuſatore productos iuxta formam in prima praxi præſcriptam examinet, eo excepto: quod vbi ibi dicitur (in teſtem vocatus) hic dicatur (in teſtem productus.)

Teſtibus verò ab Accuſatore productis, hoc modo examinatis, ac illorum depoſitionibus diligenter conſideratis, ſi eos, aut ſingulares, aut varios, aut diſcordes, aut alias nihil concludentes inuenerit: Iudex Accuſatorem moneat, vt vel ab Accuſatione deſiſtat, vel alios teſtes producat: Interea à Rei conſtitutione abſtineat, ſi Accuſator deſtiterit, ac ſeipſum Iudici humiliauerit: leui pœnitentia à Iudi-

ce corrigi poterit, & Accuſatus à Iudicio abſolui.

At vero ſi accuſator in accuſatione perſiſtat, atq; alios teſtes proferat, qui examinati, nihil pro accuſatore concludant, pro talionis pœna, alia extraordinaria graui à Iudice plectatur, vt in poſterum ab illegitima accuſatione ſibi caueat.

Cœtera, quæ tam circa teſtes, quàm circa Reum agenda ſunt in prima praxi ſatis fusè ſunt explicata: Vbi id tantum obſeruandum erit, vt pro inquiſito, aut denunciato Accuſati, aut accuſatoris nomen ſupponatur.

Quomodo Iudex delegatus ſe gerere debeat.

RESTAT tantummodo ad Iudicem delegatũ inſtruendum, breuem ac poſtremam praxim ſubnectere. In qua illud primum obſeruandum eſt, quod quicunq; eſt Iudex ordinarius, ius habet alteri delegandi vnam, vel plures cauſas, forma autem delegationis talis erit.

Forma Delegationis facienda ab Ordinario ſuper quacunque cauſa.

R. P. N. de N. Concionatori, &c. Guardiano, &c. F. N. Generalis, vel Prou. Min. ſal. in Domino. Cum ad nos N. de N. Generalem, vel Prou. Min. per clamoroſas inſinuationes a perſonis fide dignis delatas peruenerit, vel per Iudicialem Denunciationem, vel accuſationem delatum fuerit, N. de N. Laicum, vel Clericum, vel Sacerdotem N. facinus perpetraſſe, optantes maturius, vt noſtri muneris eſt, ac Rei grauitas expoſcit in hac cauſa procedere: quandoquidem grauioribus negotijs præpediti per nos id officij præſtare non poſſumus. Confiſi de tua integritate, doctrina, ac induſtria. Tibi mandamus, vt ad Monaſteriũ N. te conferas, ibiq; inquiſitionem inſtituas, teſtes examines, proceſſum compiles, & in ipſo proceſſu complendo poſſis carceri mancipari, & rigoroſo examine aduerſus

quoſ-

Digitized by Google

quoſcunque nobis ſubditos, vti, procedendo per torturam ſeruata iuris forma, ac noſtrarum inſtructionum Iudicialium præſcripto vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiuè, vel incluſiuè: Quamobrem his præſentibus litteris totã eam auctoritatem tibi impertimur, quæ à ſancta Sede Apoſtolica vigore Priuilegiorum nobis indulta eſt, & quæ nobis iure ordinario competit. Inſuper tenore præſentium facultatem concedimus, examinandi teſtes Laicos medio eorum iuramento de conſenſu Ordinarij ſi congruè, & abſque ſcandalo fieri poterit: atq; alia præſtandi, quæ ad hanc cauſam expediendam pertinent. Denique præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub alijs pœnis noſtro arbitrio imponendis omnibus, & ſingulis fratribus, tam dicti Conuentus, quàm aliorum, vt omni mora poſtpoſita in his quæ concernunt celerem, ac legitimam huius cauſæ expeditionem cum annexis, & connexis tibi pareant. Dat. &c. in Conu. —— die —— menſe & Anno ——

Ego F. N. Generalis, vel Prou. Min.

Locus ſigilli.

Forma procedendi à Iudice Delegato.

ACCEPTA per litteras Delegatione Iudex Delegatus, ipſam delegationem prius diligenter perpendat, & ſiue ad vnam, ſiue ad plures cauſas Delegatus fuerit, ſi in litteris delegationis expreſsè habeatur electa induſtria perſonæ per illam clauſulam confiſi de tua integritate, & induſtria, &c. nouerit ſe neq; vnam neque plures cauſas alteri ſubdelegare poſſe quamuis ſit Delegatus à Generali, vel à Papa, vt alias diximus.

Hac conſideratione prælibata opportuno tempore ad præfixum Monaſterium ſe conferat. Porrò antequam cauſæ proceſſum aggrediatur, ſuæ delegationis mandatum domus ſuperiori manifeſtet, & coram fratribus palàm legi iubeat: Tum vero proceſſum hoc modo incipiat.

In

In nomine Domini Amen, &c. Anno à Natiuitate Domini——— die——— menſis———

Coram R. P. N. de N. Iudice Delegato ab admodum R. P.N. de N. Generali vel Prou. Min. virtute litterarum ſuę delegationis, datarum ſub die — menſis — anno — loco — vt ex ipſis conſtat, manu ipſius A. R. P. Generalis, vel Prou. Min. ſignatarum, & Generalatus, vel Prouincialatus officij ſigillo munitarum, quarum tenor eſt.

Cum ad nos, &c. Perſonaliter comparuit N. de N. & accuſationem vel denunciationem propoſuit contra N. de N. his verbis (hic inſeratur accuſatio, vel denuntiatio de verbo ad verbum.)

Quo audito præfatus R. N. de N. eidem N. Accuſatori proteſtatus eſt pœnam talionis vt ſupra, &c. & mandauit vt ſe ipſum illi ſubſcriberet.

Vel ſi denunciator fuerit, eidem iuramentum detulit, quod non animo calumniandi, ſed bono zelo ductus illum detulerit, & alia vt ſupra.

Si per viã inquiſitionis procedere debeat, forma hæc erit.

In nomine, &c. vt ſupra. Cum ad aures Adm. R. P. N. de N. Generalis, ſeu Prouincialis Min. fama deferenti, clamoroſaq; inſinuatione proſequenti, non ſemel ſed ſæpius, nec à maleuolis, aut improbis; verũ ab honeſtis viris peruenerit, quod N. de N. tale facinus perpetrauerit. De illius mãdato R. P. N. de N. Iudex ab ipſo delegatus: Virtute litterarum ſuæ delegationis datarum ſub die —— menſis—— anno — loco —— manu ipſius adm. R. P. Generalis, aut Prouincialis ſignatarum, & ſolito Generalis, vel Prouincialis ſigillo munitarum, quarum tenor eſt. Cum ad nos, &c. Decreuit contra dictum N. de N. informationes ſumere, & iuxta iuris diſpoſitionem, & inſtructionum noſtrarum præſcriptum procedere omni meliori modo, electo ſibi N. de N. Actuario in hac cauſa. Act. &c. in Monaſt. die menſis Anno

F. N. de N. Iudex delegatus.

F. N. de N. Actuar. electus in hac cauſa.

Cætera

CAETERA, vt in proprijs formulis iacent proſequã tur Iuxta fines, ac terminos ſuæ delegationis, quos nullo modo præterire debet: Mutato Prouincialis Min. nomine in nomen Iudicis delegati.

Atq; hic huius praxis, ac totius noſtri Directorij Iudicialis finis ſit, in quibus cum ea duntaxat quæ tum ex iure communi, tum ex noſtro municipali, nec non ex probata, ac quotidiana Regularium praxi, exprompta ſunt, proſequutus fuerim, in his tutam ac expeditam Regularium Iudices ad iudicia legitimè peragenda viam reperient.

Quapropter ſi meus hic qualiſcunque labor qui ad Dei Opt. Max. gloriam, & communem Religionis commodũ à me inſtitutum eſt, his non ingratus fuerit, Deo acceptum ferant, ac pro me peccatore (quod humiliter poſco) preces ad Deum fundant.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

Rerum memorabilium, quæ in toto hoc Directorio continentur.

A

AAron veri Iudicis exemplar 10. Rationale Iudicij cur in pectore geſtaret. ibi. quare ipſius crimen Deus diſsimulauerit. 142.

Acta Iudicialia ob excommunicationem nulla. 101.

Acta Inquiſitionis generalis in viſitationibus. 171.

Actio de genere ſuo criminalis ex fine Actoris poteſt eſſe ciuilis. 48. ciuilis ex fine Actoris p nouã Iudicij telã à Iudice fit criminalis. ibi. & 49.

Actor in Iudicio neceſſarius. 22. Eo non probante Reus abſoluitur. 138.

Accuſatio quid ſit, & quæ in ea obſeruanda. 65. Accuſationis legitimæ conditiones. ibi. Ab ea quinam repellantur à Iure. 67. A Regularibus, prӕterquam in criminibus exceptis, quàm longe debeat eſſe remota 68. 69. 73. Illaudabilis intentio nuncupatur, 69. Ipſius vitia recenſentur. 70. 71. Apud Regulares eam fraterna admonitio debet præcedere. 75. Ipſius nomẽ apud Religioſos abolẽdũ. ibi. ſcripto, aut verbotenus fieri poteſt. 76. quomodo à Iudice recipienda. 76. 77.

Accuſator legitimus quis habeatur. 67. An diem, & horã cõmiſsi delicti explicare teneatur. 66. Ex liuore accuſare pſu itur. 69. Cũ legitimæ pbationes deſunt, nemo accuſare tenetur. ibi. Tria ipſius vitia explicantur. 70. In probatione deficiens calumniator præſumitur. ibi. Pœna talionis mulctatur. ibi. Probans ſemiplenè delictũ totã pœnã talionis non meretur ibi. Quę illum à calumnioſa actione excuſent. 71. Quando valeat ab Accuſatione deſiſtere. 71. 72. Poſt litis conteſtationem non poteſt abſq; Iudicis auctoritate ab Accuſatione recedere. 72. Fictus quinam dicatur. 74.

Appellatio quid ſit. 154. Ad quem fieri debeat. ibi. Supplicatio apud ſupremum Iudicem qui nullum Superiorem agnoſcit, ipſius loco ſuccedit. ibi. Ab interlocutoria ſententia qua conditione non admittenda. 157. Alia iudicialis, alia extraiudicialis, declarantur. 158. Quis modus in ea ſeruandus à Reo. 159. Fieri non debet per ſaltum. ibi. An facta per ſaltum ſit nulla. ibi. & 160. 161. Quæ in ea obſeruanda ſint, declara-

tur. 161. A Iudice Subdelegato quãdo ad primum delegantẽ tranſmittatur. 162. Fruſtra eſſe abſque deuolutiuo, ac ſuſpenſiuo effectu. 165.

Appellationes quo iure introductæ, & qua ratione. 152. quorſum inſtitutæ ex Conc. Trid. 153. sunt de iure naturali negatiuo 168. omnino auferri non poſſunt. ibi. In his formalitas à ſubſtãtia diſtinguitur. ibi. Apud regulare forũ iuſtè denegari non poſſunt. ibi. In ipſis Ordo à Sacra Reg. Cõgreg. præſcriptus. ibi. In correptionibus regularibus extra iudicium inter Regulares nõ admittendæ. 154. quibus de cauſis Reo interdum prohibeantur 154. 155. 156. 157. quædam à iure conceſſę, quædam prohibitæ. 156. Abſque deuolutiuo, & ſuſpẽſiuo effectu non valent ſubſiſtere. 164. 165. Id fusè probatur. 165. 166. Ex Concilio Trid. Iuſtæ apud Regulares admittendæ. 166. qua ratione ſuſpenſiuus effectus ab ijs auferri nõ poſſit. 166. 167. Ijs quilibet renunciare poteſt. 167.

Appellationis effectus duplex deuolutiuus, & ſuſpenſiuus. 163. Quid vterq; appellanti pręſtet, declaratur. 163. 164. vterq; illi intrinſecus, & ſubſtantialis. 164. Id multis probatur. 165. 166. 167.

Apoſtoli in iure qui dicantur 161. Alij Refutatorij, alij Dimiſſorij, alij Reuerentiales ibi. A Deo appellante petendi. ibi. A Iudice dandi. ibi.

C

Carcer apud Regulares infamiam præ ſe fert. 122. Humanus eſſe debet, ac ciuilis. ibi. Nonnullis datur ad cuſtodiam, alijs ad arctationem, alijs ad pœnam. ibi. & 123.

Clamoroſa Inſinuatio quid ſit, & quomodo ab infamia differat. 29. Ad ſpecialiter inquirendum contra Prælatum, ſeu Collegium neceſſaria. 28. 30.

Clementis à Noto Generelis Fratrum Min. Capuccinorum egregiæ laudes. Epiſt. p. 2. 3. boni Paſtoris officia præſtat. ibi.

Confesſio Rei multiplex. 136. Quæ ad torquendũ tantũ, queue ad cõdemnandum valeat. ibi. vera, ac perfecta quæ ſit. ibi. ſpõtanea quid, nec cõferat. ibi. quænã ſpõtanea dicatur. 137.

Confesſio extraiudicialis Rei per duos Teſtes probanda. 34. Iudicialis coram Iudice incompetenti ſupplet vicẽ infamiæ. ibi. ſacramẽtalis patefacta Reo nocere non debet. 117. In tormentis facta abſque ſufficientibus inditijs eſt nulla. 129. In tortura à Reo extracta non valet, niſi ratificetur. extra locum torturę. 130.

Confeſſi qui in iure dicantur. 136. quinam à Iure præſumantur. ibi.

Conſuetudo delinquẽdi inter leuia inditia recenſetur. 115. quo pacto ad graue inditiũ tranſeat. 115. Quomodo abſtergatur à Reo. 116.

Conuictus qui in Iudicio dicatur. 134. pendente cauſa nullus cenſetur, & quare. 135. quo diſcrimine diſtet à confeſſo. ibi. Et 137. ſolus condemnari poteſt. ibi.

Corre-

Correctio fraterna Euangelicam Denunciationem ſemper debet præcedere. 42. 43. Ordo in ea à Chriſto pſcriptus ſub præcepto affirmatiuo cadit. 43. Quando, & qua ratione omitti poſſit. 43. 44. Denunciationem Iudicialē quando præcedere debeat. 60. Quoties erga fratrem delinquentem repetenda. 61. Ordo ipſius ante Denunciationem ſeruandus. ibi.

Crimina quandoq; vino, quãdoq; oleo, ſæpenumero vtroq; curãda. Præf. p. 2.

Crimina tegere. Ex Hieronymo, eſt criminoſos palpare. 3. Manifeſta ex Gregorio non ſunt occulta correptione purganda; ſed publicè ob aliorum bonum punienda. ibi. Illa obtegere in publicã Religionis perniciem vergit. ibi. Occulta quando non pandenda. 25. 27. Occulta quænam dicantur. 25. Tanquam Patri denunciata ſpeciali inquiſitione viam non aperiunt. ibi. In Iudicio incidenter patefacta præuiam infamiam non exigunt ad ſui inquiſitionem 35. Publica, & excepta quænam ſint. 50. 57. Priuata quæ dicantur. ibi.

Crimina excepta quia cautione à Regularibus denuntianda. 58. 59. Inter excepta, & priuata diſtinctio explicatur. 59. In publicis, & exceptis fraterna admonitio minime neceſſaria. 57. Priuata abſque præuia admonitione non ſunt denuntianda. 60.

Criminoſorum aliqui blanditijs, & leni olei vnctione ad pœnitentiam alliciendi. 3. Alij contra acrioris vini applicatione curandi. ibi.

D

Decretum ad teſtem torquendum, qui quod iudicialiter cũ iuramento depoſuit, extraiudicialiter cum iuramento negat. 199. Qui negat ſe interfuiſſe delicto, cum oppoſitum conſtat. 200.

Decretum ad torquendum teſtem inhabilem. 201. Ad Reum incarcerandum 202.

Decretum pro teſte cogendo. 195. Pro falſo teſte carceri mancipando. 196. Ad teſtem varium torquendũ ex circonſtantia dicti. 197. Ex præſumptione ſubornationis. 198.

Decretum torturæ pro reſponſione Rei habenda. 214. Pro habenda reſponſione Rei præciſa, aut congrua. 215. Pro aſſignandis Defenſionibus, & Conſiliario. 216.

Decretum prorogationis. 217. Pro articulis Conſiliarij recipiendis. 218. Quando infertur tormentum flagellationis. 220. Pro repetenda tortura. 222. Repetitionis torturæ 230.

Decretum citationis Rei ad audiendam deffinitiuam ſententiam. 233

Decretum de inquirendo pro vlteriori Iudicio. 243. de procedendo. 244.

Defenſiones ſunt de Iure naturæ. 131. Reo denegari non debent. ibi. Terminus ad eas peragẽdas, & Conſiliarius Reo à Iudice exhibendus. 132.

Delictum quod probari non poteſt, pro falſo reputatur. 70. In dubio præſumi non debet. 91.

Delictorum varia genera explicantur 18.

18. In his qui procedere valeat, declaratur. 19. In ipſis procedendi duplex modus. ſolemniter, & ſummariè. 20. Auctore ignorato Iudex ad inquiſitionem Auctoris abſque infamia poteſt procedere. 37. 38.

Denunciatio viam ad inquiſitionem parat. 22. quid ſit, & quotuplex. 40. Alia iudicialis, alia Euangelica, & fraterna. ibi. & 41. qua ratione iudicialis à fraterna differat 41. Euangelica, ſeu fraterna quid ſit. 42. quando, & in quibus criminibus adhibenda. 43. Cur, & quando correpto iam delinquente non adhibenda. 45. ipſius materia crimen emendadum. 45.

Denunciatio Iudicialis quid ſit, & quæ ipſius natura. 46. In quibus ab accuſatione differat. 47. Non ſolum publico ſcripto, ſed etiam per litteras fieri poteſt. ibi. Cur per litteras ſine nomine Auctoris directas fieri non poſſit. ibi. Tribus de cauſis ſolet inſtitui. ibi. Eam fraterna correptio præcedere debet, in priuatis criminibus 60. Abſq; præuia admonitione fieri poteſt in criminibus publicis, & exceptis. 57. Fieri neq; poteſt, neq; debet de criminibus in ſacramentali confeſsione patefactis. ibi. Quando in criminibus exceptis eam præcedere debeat fraterna admonitio. ibi. Non paſſim aduerſus viros inſignes admittenda. 63.

Denunciator qualis eſſe debeat. 49. Non tenetur ſub præcepto denunciare niſi publica delicta, quæ in aliorū detrimentū vergunt. 50. Neq; quæ auditu tantum percepit, niſi ad præceptum Iudicis. 61. Caueat ab odio, & maleuolentia. 62. Non tenetur denunciata crimina probare: ſed tantum teſtes proponere. 63. Falſum denuncians debet puniri. ibi. ſi in cauſa contra Reum ſollicitatorem ſe gerat, tanquam Accuſator habendus. ibi. Non tenetur iurare ſe fraternam admonitionē præmiſiſſe. ibi. quid de Denunciationibus decreuit noſter procedendi modus. 64.

Deus Iudiciorum auctor, & exemplar. Arg.

E

EPiſcopi interdum Regulares punire valent. 151. 16.

Exceptiones Reorum diligenter à Iudice perpendendæ, ac legitimæ admittendæ. 132. quæ per recriminationem fiunt à Reis vitandæ, & qua ratione. ibi. & 133.

Excipientes contra eligendum, delictum ſaltem ſemiplenè probare debent, aliâs puniendi. 49. Contra electum non probantes delictum pœna extraordinaria plectendi. ibi. quid in eo à noſtra procedendi formula præſcriptum, ibi.

F

FAma delinquentium à Iudice Regularium quoad fieri poteſt ſeruanda. 6. Pretioſiſsimum hominis bonum: ac præſertim Religioſorum homi-

Digitized by Google

hominum. ibi. Bona fama velut frœnum à vitijs cohibet. ibi. quid ſit, & quomodo probanda. 29. Bona præualet malæ famæ contra Reũ probatæ. 30. Fama delicti, quã delinquentis neceſſaria eſt ad ſpecialiter inquirendum aduerſus aliquem. ibi. vtriuſque famæ probatio quare in proceſſu apparere debeat, explicatur. ibi. & 31. probata viam aperit ad inquiſitionem ſpecialẽ contra infamatum. 116. 117. non eſt ſufficiens ad torturam Rei, niſi teſtis ſingularis accedat. 116. 117. quando ad torturam ſufficiat. 117.
Forma eligendi ſcribam, ſeu Actuarium. 173.
Forma inquiſitionis ſpecialis, ex generali inquiſitione, 174. extra generalem inquiſitionem. 175. Ex Inditijs. ibi. Ex Rebellione, ibi.
Forma inquiſitionis ſpecialis quoad delictum, & generalis quoad perſonas. 176. ſpecialis quoad perſonas, & generalis quoad delicta. ibi.
Forma inquiſitionis de corpore delicti. 177.
Forma viſitationis vulnerati. 178. viſitationis occiſi. 178.
Forma inquiſitionis de corpore delicti, cum delictum eſt dubium. 180.
Forma interrogandi vulneratum. 181.
Forma interrogandi teſtes, cum delicti Auctor ignoratur. 182. Cum delictum eſt dubium. 183.
Forma interrogandi Medicos, cum de veneno dubitatur. 185.
Forma examinis teſtium, cum de veneno dubitatur. 186. ad famã probandam. 188. Ad inditia probanda. 189.
Forma interrogandi teſtes in quolibet crimine. 193.
Forma interrogandi Reum in primo Conſtituto. 207.
Forma ſecundi, & tertij Conſtituti. 211.
Forma petitionis ad prorogandum terminum defenſiuum. 217.
Forma ſeruanda quando infertur tormentum funis. 223.
Forma ſeruanda in ratificatione confeſſionis Rei extra torturam. 226.
Forma repetendi torturam, ad complices, & alia Rei delicta detegenda. 228. 229.
Forma Monitorij ad comparendum. 234.
Forma Denunciationis pro reſtituenda fama Denunciantis. 241. Pro inſtaurãdo damno Denunciantis. 242. Ad excipiendum aliquem à dignitatibus. 243. Pro quolibet crimine. 245.
Forma libelli Accuſatorij. 247.
Forma Delegationis faciendæ ab Ordinario ſuper quacunque cauſa. 249.
Forma procedendi à Iudice Delegato, vel Subdelegato. 250.
Forma ſententiæ interlocutoriæ, pro Accuſatoris, aut Teſtium expulſione. 235. ſententiæ declaratoriæ fauorabilis. 236. Declaratoriæ pro incurſu pœnarum. 237. cõdemnatoriæ ſine expreſſione cauſæ. 238. Abſolutoriæ pro torto, vel indiciato. ibi. Abſolutoriæ ſimpliciter. 239.
Forma interrogandi Denunciatorem ſuper Denunciatis. 245.
Fornicatio, & crimen nefandum an

inter

inter excepta crimina apud Regulares ſint collocanda. 51. 52. Præterea.

Maximè Religionis ſtatum deturpant. 53. ſuapte natura contagioſa. 54. In publicam Religionis perniciem tendunt. 53. ſcandaloſa ſunt, & aliorum ſubuertiua. 54. qua ratione inter excepta crimina ſint recenſenda. ibi. In duplici ſtatu conſiderantur. ibi. quo pacto dicantur eſſe in via ad publicationem. ibi. Abſque præuia admonitione Iudici denunciari debent. 54. 55. Huiuſmodi criminoſorum differentia. 55.

G

GVardiani, ac Vicarij locorum quo in caſu procedere valeant iuridicè contra delinquentes. 15.

H

HAEreſis crimen à Regularium Iudice cognoſci non poteſt, vbi ſancta Inquiſitio viget. 16. Ad quos competat in illo procedere. ibi.

I

INditia quid ſint, & vnde dicta. 109. Eorum differentia, ac diſtinctio. ibi. Leuia quænam dicantur. ibi. & 110. Grauia cur nuncupentur, & quam probationem in iudicio efficiant. 110. Grauia ſi ſola ſint, ad abſoluendum, non ad condemnandum ſufficiunt. ibi. His manentibus Reus non abſoluendus. ibi. Grauiſsima quæ dicantur. 100. 111. Ad Rei condemnationem ſufficiunt. 111. 113. Quando pœnam tantum extraordinariam mereantur. ibi. Ex circonſtantijs ſæpe mutantur. ibi. & 112.

Inditia aliqua iudicium præcedunt, alia comitantur. 112. Qualia eſſe debeant, vt viam inquiſitioni ſpeciali aperiant. ibi. In crimine occulto ad inquirendum non ſufficiunt. ibi. Leuia quando ad Reum interrogandũ ſufficiant. 113. Grauia ſi plura ſint, ad Reum interrogandum, & torquendũ valent. ibi. Quæ ad inquirendũ ſufficiũt, ad Reũ interrogandũ & torquendũ valent. ibi. Qualia eſſe debeant ad inquirẽdum, & torquendum Reum. 113. 114.

Indicia leuia recenſentur. 114. quid in iudicio valeant, explicatur. 114. 115. In grauia ſæpe mutantur ex circunſtantijs. 117. Inter grauia, quæ enumerentur. ibi. & 119. Grauiſsima quæ ſint, & quid efficiant, declaratur. 119. Non probata ſaltem per duos teſtes conteſtes nullum robur in iudicio obtinent. 120. Viam Iudici nõ aperiunt niſi fuerint per duos conteſtes probata. 36.

Infamia quid ſit, & qua ratione à clamoroſa inſinuatione differat. 29. ſpecialem inquiſitionem debet præcedere ibi. 30. & 31. Quomodo probanda ibi. Ab honeſtis viris ortum habeat. ibi. Alia iuris, alia facti. 79. Tam iuris quàm facti, quibus in caſibus incurratur. 79. 80. Vtraq; Ordinum ſuſceptio-

nem

nem, & dignitatum adeptionem impedit. 80. Facti quomodo.

Inquiſitio generalis abſque præcedente infamia fieri poteſt, ac debet. 24. In ea nullius fama iniuſtè læditur. 23. Quæ in generali inquiſitione à Iudice ſeruanda, & cauenda. 24. In ea quis modus in interrogando ſeruari debeat. 25. Ipſius acta ſcriptis exaranda 26. Viam ad ſpecialē inquiſitionem parat. ibi. In ea omnes teſtes tanquā legitimi audiendi. ibi.

Inquiſitio iudicialis quid ſit explicatur. 22. Ipſius tria ſunt genera. ibi. & 23.

Inquiſitio ſpecialis quænam dicatur. 23. 27. Vnde exordium ſumat. 27. Quæ neceſſario prærequirat. ibi. Quando illam infamia præcedere debeat. 28. Contra Prælatos, & inſignes perſonas clamoroſa inſinuatio antecedat. ibi. Ante illam prius conſtet de corpore delicti. 28. 29. Quibus in caſibus abſque præcedenti infamia Poſsit contra aliquem inſtitui. 32. 33. 34. 35. 36.

Inquiſitio mixta ex generali, & ſpeciali quæ ſit, & quotuplex. 37. Quando nulla præcedente infamia poſsit inſtitui. ibi. In ſindicatu Miniſtrorū quomodo exercenda. 38. 39.

Iudex eſt iuſtitia quædam animata. 9. Iuris, ac legum peritia debet excellere. ibi. Ipſius ignorantia ſit innocētis calamitas ex Auguſtino. ibi. Quibus virtutibus præſtare debeat. ibi. Veri, ac recti cupidus ſit, vt rectè iudicet. ibi. In neutram partem deflectat, quod ſimilitudine D. Gregorij illuſtratur. 10. Neq; odio, neq; amore moueatur Preclarum dictum Tullij. ibi. Vulgi clamoribus facile ne moueatur. 39. Quomodo ad mixtam inquiſitionē procedat. 37. 38. 39.

Iudex legitimus totius veri iudicij caput. 13. Legitima ipſius poteſtas ex quadruplici capite orta. 13. Ordinarius quis dicatur. 16. 17. Delegatus quis ſit, & an ſubdelegare poſſit. 17. Ordinarius quid poſſit. ibi. Dei in iudicio perſonam gerit. 126.

Iudex iuſta de cauſa etiam apud Regulares poteſt recuſari. 149. Facilius quàm teſtis recuſatur. ibi. Tam Ordinarius, quàm Delegatus in quo cunque crimine, ac ſtatu cauſæ eſt recuſationi obnoxius. 150. Quibus ex cauſis poſsit recuſari. ibi. & 151. Modus in recuſatione Iudicis ſeruandus. 152. Poſt recuſationem Reo de ipſius conſenſu tribuendus: ibi. Quomodo intelligendum ſit, cum in Delegatione apponitur, omni remota appellatione 156. Iuſtas appellationes tenetur admittere. 162. Si non admittat quam pœnam incurrat. 163. In dubio appellationē admittere debet. ibi.

Iudex Regularium quo diſcrimine à forenſibus Iudicibus diſcernatur. p. 1. Non turbulentum, aut ſæuum, ſed placidum, ac ſuaue iudicium exercere debet. ibi. Patris nomine inſignitur, & qua de cauſa. ibi & 2. Paſtoris, & Medici titulo cohoneſtatur, & quare. 2. Samaritani viri conſilium, & prudentiam imi-

tari

tari debet. ibi. Qui ad criminum curationem oleum tantum adhibent. dimidiatam duntaxat curationẽ præſtant. 3. A quibus maximè cauere debeat. 4. Ita Iudicẽ agere debet, vt Patris naturam, ac conditionem non exuat. 5. Samaritani inſtar oleum, & vinum in vulnera debet infundere, vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. ibi. Medicos in curandis, aut ſecandis vulneribus imitari debet. ibi. Illi non creditur ſuper proceſſu, niſi quatenus per acta apparet. ibi.

Iudex Regularium delinquentium famam, quoad fieri poteſt ſartam tectã ſeruare debet. 6. Ad iudicium accedens de bona delinquentis fama ſeruanda primum cogitet. ibi. In iudicando ab omni odij, aut maleuolentiæ ſpecie abſtineat. ibi.

Iudex Regularium, quam in inferendis pœnis æquitatem ſeruare debeat 144. 145. Citra periculum pœnas augere, aut minuere non poteſt. 145. Quot ex cauſis pœnas poſſit augere, & minuere. 145. & 146. 147. Augẽs, aut diminuens pœnam Reo, cauſam in ſententia debet exprimere. 148. In pœnis arbitrarijs ſe legibus conformare debet. ibi. Quam maturè in pœnis arbitrarijs imponẽdis debeat procedere. ibi.

Iudex Regularium Reorum non ſolum Iudex, ſed etiam Pater. 101. Non facile ad Reorum capturam deueniat. 122. Reorũ famæ conſulat. ibi. In Reis capiendis ſæcularium hominum opera non vtatur. 123. In Reorum interrogatione quomodo ſe gerat. 124. In Reis interrogandis à cauillationibus debet abſtinere. ibi. Impunitatis ſpem Reis promittere non debet. 125. Reum de complicibus quibus in caſibus interrogare valeat. ibi. Reis torturam irrogare non poteſt, niſi poſt ſemiplenam delicti probationem ibi. & 127. Et propter delicta quæ corporalem pœnam merẽtur. 127. Ante torturam Reo copiam indiciorum dare debet cum termino ad ſe defendendum. 128. Torturam ſemel ſufficienter adhibitam pro eodem iudicio iterum nõ poteſt repetere. ibi. De inditijs prudenter iudicare debet. 129. Reum funis torturæ ſubijcere non debet abſq; Miniſtri generalis conſenſu. 130. Reum in grauiſſima cauſa Generali Miniſtro inconſulto condemnare non debet. 138. Ante Rei cõdemnationem quid præſtare debeat. ibi. Sine peritorum, ac Definitorum conſilio neminẽ condemnet. ibi. In condemnando proceſſus limites non excedat. ibi. & 139. Quid agere debeat erga innocentem ex proceſſu condemnandum. 139. Communem praxim in iudicando ſeruet. 140. Qualis in iudicando eſſe debeat. ibi. Conc. Trid. graue de hac re documentum. ibi. Si nulla cauſa ſubſit pœnas à noſtris Inſtructionibus taxatas, neque augere, neq; minuere poteſt. 144.

Iudex Regularium quæ in Denunciatione debeat perpendere. 62. Non facilè Denunciationes, aut Accuſationes aduerſus viros in Religione inſignes admittat. 64. Denun-

cia-

ciatione probata tenetur cõtra Denunciatũ inquirere, & quare. ibi. ſine verò aut ficto Accuſatore ad iudiciũ non debet procedere. 74. Quãdo Accuſationem poſſit, ac debeat reijcere. ibi. Inhabiles ad Accuſationem non admittat. 75. Quid in Accuſationibus recipiendis obſeruare debeat. ibi. Admiſſam Accuſationem non poteſt ſua auctoritate abolere, ſed tantum ex cauſa ſuſpendere. ibi. Iuramentum ab Accuſatore exigat. ibi Talionis pœnã Accuſatori intimet. ibi. Non tãtum contra Reum, ſed etiam pro Reo debet inquirere. 101. Ante teſtium examen quid facere debeat. 102. In dijudicandis inditijs q̃ diligens, ac prudens eſſe debeat. 114. Non facilè Reos carceri tradat, præſertim viros inſignes. 122. In Reis carceri tradendis à tumultù caueat. 123. Qua prudentia Reos interrogare debeat. 124.

Iudex Religionis Seraphicæ Fratrum Minorum. cæteris omnibus præſtare debet, 9. Humiliter, & charitatiuè ſuos fratres corrigat, vt in Regula exprimitur. 10. Melius charitate, quàm auſteritate vulnera ſubditorum curat. ibi. Suſpectas à principio omnes habeat accuſationes. ibi. Prudens ſit, & circũſpectus. ibi. Non tam Actoris, quàm Rei cauſam agere debet. ibi. crimina interdum diſsimulare poteſt. 12. orationi ante iudicium vacet. ibi. Iudicium eſt legis ad perſonas applicatio. 13. Ex triplici capite exordium ſumit. 21.

Iudices Areòpagitæ quare noctu tantũ iudicarent. 10. In nóſtra Fratrum Minorum quinam ſint Ordinarij, & delegati. 14. 15. Appellationum extra Ordinem qui ſint. 15. Regularium in Iudicijs ſummariè, & de plano procedãt. 20.

Iudiciorum rectus vſus, Religionis ſimplicitatem non minuit, aut bonum odorem perdit, ſed potius ſeruat. Præfat.

Iuris ſolemnitates, quænam ſint explicatur. 20. Iuris forma ſubſtantialis à Iudice ſeruanda. ibi. ſubtilitas nimia legibus odioſa. 136.

Ius naturale aliud poſitiuum, aliud negatiuũ, diſtinctio explicatur. 168.

Iuſtitiæ comes eſt ſeueritas. 10.

L

Litteræ amatoriæ quodnam inditiũ efficiant. 118. Quo pacto probandæ. ibi.

N

Notorietas Iuris ſupplet locum infamiæ. 35. Eſt Accuſator fictus. 36.

P

Paſtoris boni munus Ep. pag. 1. Paſtores Regularium quales erga ſubditos ſe gerere debeant. 6. Qui neque vino, neq; oleo ſubditorum vulnera curant, Sacerdoti, & le-

ultæ cõparantur. ibi. Aſpera in huiuſmodi ex ſcripturis obiurgatio. 7. Qui gregem curare negligunt, ſubditorum lapſus, ac ruinas ſibi veluti proprias accerſunt. ibi. Ab his animarum pereuntium ſanguinẽ Deus ſeuerisſimè requiret. ibi. Non Paſtores, ſed Depaſtores appellandi, qui huiuſmodi ſunt. ibi. Hi ſub iniquæ pacis conſeruãdæ titulo gregem interimunt. 8. ſummo ſtudio proprio gregi inuigilare debent. ibi. Quãdo in inquiſitione generali præcipiunt omnia crimina ſibi pandi, quo ſenſu ſit intelligendum. 26.
Ipſis in omnibus parendum, quæ neque aduerſus Regulam, neq; animam militant. ibi.
Pax illa improba eſt, quã iuſtitiæ deſeritur, ac facinoroſis via ad flagitia aperitur. 8.
Phyſionomia mala, inter leuia inditia collocatur. 116. cuius ponderis ſit in iudicio. ibi.
Pœna relionis minus hodie eſt in vſu, magis pœna arbitraria. 70.
Pœna triremiũ à Regulari foro expellenda. 143.
Pœnæ ad criminum correptionem inſtitutæ. 141. Delicto conformes eſſe debent ex iure. ibi. In foro Regulariũ mitiores eſſe debẽt. 141. 142. vnde apud Regulares deſumendæ. 142. A noſtris Inſtructionibus taxatæ non mutandæ. ibi. Quænã ſint ex Religionis noſtræ vſu receptæ. ibi. & 143. Quædã ordinariæ, aliæ extraordinariæ, aliæ arbitrariæ, quæ ſint, explicatur. 143. Quot ex cauſis poſsint augeri. 145. citra periculum neq; minui, neque augeri poſſunt. ibi. Arbitrariæ qua maturitate à Iudice diſcutiendæ, ac Reis imponendæ. 148.
Poteſtas Iudicis, vel ordinaria, vel delegata, vel arbitraria, vel acceſſoria. 13. Harum poteſtatum quælibet explicatur. ibi.
Praxis ſeruãda in Appellationibus. 232.
Praxis iuxta triplicem procedẽdi viam fusè exaratur. 169. per totum vſq; ad finem.
Prælati Regularium inter legitimos Iudices collocandi. 13. Merum, & mixtum in ſubditos habent imperium. 16. ſummariè, & de plano in iudicijs debent procedere. 20. Quæ ad Iuris ſubſtantiam pertinent omittere non debent. ibi. Quænam illa ſint. ibi.

R

Rebellio ſuccedit loco Accuſationis. 34.
Regulares quando ab Epiſcopis puniri valeant. 15. 16. In quocunq; iudicio legitimi teſtes eſſe poſſunt. 85. Apud ſæculare forum teſtes eſſe non debent, niſi de ſuorum ſuperiorum licentia. ibi. Qui ſuperiores hanc illis licentiã poſsint concedere. ibi. A foro ſæculari ad teſtificandum compelli non poſſunt. 86.
Regularium Prælati inter legitimos Iudices adnumerandi. 13.
Regularium ſtatus ſæcularium hominũ ſtatum dignitate antecellit. 52. Minoribus, quam ille, ſceleribus maculatur. ibi. Quæ crimina cenſeãtur eſſe illi pernicioſa. ibi. crimine nefando,

fando,

ſando, & fornicatione grauiter de-
turpatur. 53. Apud ſæculares
viros ob hæc crimina grauiter infa-
matur. 56.
Reus in Iure quis dicatur. 120. 121.
Ante omnia à Iudice citandus. 121.
Eo excipiente contra Iudicem de de-
fectu infamiæ, proceſſus eſt nullus.
31. Depræhenſus inflagranti cri-
mine coram multis poteſt torqueri,
non tamen condemnari abſq; conte-
ſtibus. 33. Ante ſemiplenam
delicti probationem citari non po-
teſt. 121. Non citatus non poteſt
condemnari. ibi. Ipſius citandi for-
ma quænam apud nos ſeruanda. ibi.
Quando in carcerem ad cuſtodiam
detrudendus. 122. ob quænam
crimina ipſius fuga timeatur. ibi. Nō
facilè in carcerem detrudendus, præ-
ſertim ſi fuerit Prælatus, vel vir in-
ſignis. ibi. In carcerem. ob cuſto-
diam iniectus, nulla iuris, aut facti
pœna afficiendus. ibi. E carcere fu-
giens abſque clamore reducendus.
123. Conſiliarius illi à Iudice
dandus. 131. Indefenſus non
condemnandus. ibi.
Reus quomodo à Iudice interrogādus.
124. Ante interrogationem ſuæ
cauſæ ſtatus illi à Iudice aperiendus.
ibi. De complicibus non interrogan-
dus. ibi. Quibus in caſibus de com-
plicibus poſsit interrogari. 125.
Impunitatis ſpes illi à Iudice nūquā
promittenda. ibi. Dilatio ad reſpon-
dendum illi non concedenda. 126.
Legitimè interrogatus tenetur reſpō-
dere, & veritatem fateri. ibi. Regu-
laris veritatem occultās in foro pœ-
nitentiæ minimè abſoluendus. ibi.
Quænam ipſius condemnationem
debeant præcedere. 134.
Reus an per vnius teſtis ſingularis di-
ctum condemnari queat. 106.
Concilij Biterrenſis, & Narbonen-
ſis ad hoc propoſitum decreta. ibi. &
107. Ad eum condemnandum
probationes debent eſſe dilucidæ,
& ſole clariores. 107. Per te-
ſtes ſingulares pœna extraordina-
ria ſolet puniri. ibi. Non niſi duo-
rum conteſtium teſtimonio apud
nos condemnandus. ibi. Si fuerit
Cardinalis, aut magnus Prælatus,
pluribus teſtibus quàm duobus, eſt
conuincendus. 108. Grauibus
inditijs contra eum ſtantibus nō de-
bet abſolui. 110. Ex inditijs grauiſ-
ſimis, ac vehementibus poteſt con-
demnari. 111. Ipſius cauſa apud
Iudicem fauorabilior eſſe debet, quā
Actoris. 133. 134. Tamq;
ouis ægrotās à Iudice tractādus. 134.
Reus quando in iudicio dicatur conui-
ctus. 134. Quænam ad Reum
conuincendum ſint neceſſaria. ibi.
& 135. Plena delicti probatione
ſolum Reus conuincitur. 135.
Nunquam cenſetur conuictus quam-
diù illius cauſa pendet in iudicio, &
quare. ibi. An ad ipſius condemna-
tionem ſit neceſſaria confeſsio deli-
cti. ibi. Fugiens è carcere pro con-
feſſo habetur. 136. Si de delicto
non conſtat, tametſi confeſſus non
poteſt à Iudice condemnari. 137.
Condemnari non poteſt niſi fuerit
conuictus. ibi. Abſq; Admod. R.P.
Generalis mandato ſunt minimè
torquendus. 130. In grauiſsima
cauſa inconſulto Generali Miniſtro

minimè condemnandus. 138.
Quis à Iudice abſoluendus, & quomodo. 140. 141. Illi poſt Iudicis recuſationem Iudex de ipſius conſenſu tribuendus. 152.
Quando poſsit à Iudicis ſententia appellare. 154. Iniuſtè appellans peccat mortiferè. 158. ſub appellationis prætextu Romam petens abſq; licentia, puniendus. 162.
Appellans, ne ob cuſtodiam carceri mancipetur non eſt audiendus. 203.

S

SAmaritani viri pietas in exemplum vocatur. Prelatis, ac Iudicibus. Pref. pag. 1.
Sententia Iudicis quæ ex Actis non iuſtificatur cenſetur iniuſta. 139. In ea fereda Iuris ſolemnitates apud nos nõ ſeruandæ. ibi. eam Reus acceptare tenetur, niſi appellationem interponat. ibi. Quomodo à Iudice ferenda. ibi. Alia interlocutoria, alia definitiua, vtriuſq; natura explicatur. 141.
Socius criminis in criminibus exceptis, & difficilis probationis eſt idoneus teſtis. 81. Inter teſtes inhabiles recẽſetur 95. Quid ipſius dictum in iudicio valeat. ibi, & 114 cum altero ſocio criminis conteſtis valet ad torquendum Reum, non autem condemnandum. 96. 115. Ipſius dictum cum indicijs valet ad torquendum Reum. 108. Abſq; indicijs ad inquirendum ſufficit. ibi.
Socius criminis, purgata per torturam infamia, quando ſemiplenam probationem præſtet. 96.
Suſpectum conſortium inter grauia inditia collocatur. 118. cum altero graui inditio ad inquiſitionẽ ſufficit. 161.
Suſpitio vehemẽs Conuentus, vel maioris partis ſupplet vicẽ infamiæ. 37.

T

TEſtes quinam ad iudicium ſint idonei, vel minus idonei, explicatur 78. Qui à iure repellantur. 78. 79. Apud Regulares etiam inhabiles admittuntur, etſi non omnes. 77. Quo pacto inhabiles iure communi, apud Regulares habiles reddantur. 82. 83. Quinã iure diuino à teſtificando arceantur. 83. Qui naturali iure à teſtimonio ferendo prohibeantur. 84. Idonei apud Regulares qui ſint, ibi. & 85. varij, quot modis producantur. 87. 88. torquendi, vt abſq; variatione deponant. 89. diſcordes quomodo ad concordiam à Iudice reuocandi. 90. Quid in eorum diſcordantia Iudex præſtare debeat. ibi. vacillantes qui ſint, & quare torquendi. ibi. Qui obſcurè, & ambiguè loquuntur nihil probãt. 91. De credulitate deponentes nihil in iudicio probant, niſi rationabilem ſuæ credulitatis cauſam afferant. ibi.
Teſtes inhabiles ex pluribus coadiuuãtur. 96. Qui ſint omni exceptione maiores. 97. Quinam conteſtes cenſeri debeant. ibi. Conteſtes omni exceptione maiores plenè in iudicio probant. 98. Non

citati pro ſuſpectis habentur. 99. Quæ in eorum examine, à Iudice obſeruanda, ac præſtanda. ibi. Non iurati non probant. ibi. Secundum iuris formam interrogandi. 110.
Inhabiles à Iudice torquendi. 104. In ijs torquendis quis modus ſeruandus. 105.
Teſtes à Reo ad ſui defenſionem allati benignè à Iudice audiendi. 133.
Teſtis ſingularis quis ſit, & vnde dicatur. 94. Ex multiplici capite ſingularis declaratur. ibi. & 95. In iudicio perfectè non probat. ibi. De auditu in delicto facti tranſeuntis, vel permanentis in iudicio nihil probat, præter famam. 95. vnus ſingularis omni exceptione maior, ſemiplenam probationem præſtat. 97. 108. Omni exceptione maior in dubio præſumitur. ibi. Non ſufficit ad integram probationem. 5. aut damnationem Rei. 105. Eius rei cauſa redditur. 106. Refelluntur Auctores oppoſitæ ſententiæ. ibi. Noua ratione cõfirmatur. 108. 109.
Teſtis quando verum Iudici aperire nõ debeat. 100. Iudici ſecundum interrogata perſpicuis verbis debet reſpondere. ibi. Quare ea quæ ſub ſigillo ſecreti, aut conſilij accepit, reuelare non debeat. ibi. Quo in caſu ſecretum delictum Iudici pandere teneatur. 101. Sæcularis interdum nõ iuratus apud nos probat. 102. De quibus à Iudice eſt interrogandus. ibi. Ipſius dicta quomodo excipienda. ibi. Si renuat, ad teſtificandũ eſt cogendus. ibi. Quid in fine examinis illi à Iudice imponendum. 103. Quis torturæ ſubijci poſſit, aut debeat. ibi. Ex noſtro procedendi modo, quis infamis eſſe decernatur. 104.
Teſtis falſus Iudæ æquiparatur. 92. Non ſolum ſibi, ſed tribus quoque alijs nocet, ſcilicet Deo, Iudici, & inſonti. ibi. Olim de ſaxo Tarpeio deijciebãt. ibi. Pęna talionis puniẽdi. ibi. Quod modis depræhendatur. ibi. & 93. Circa accidentalia facti falſum deponens, falſus nõ cenſetur. 93. Per plures teſtes falſi conuincẽdus. ibi. Tenetur dãna reſarcire ex falſo teſtimonio ſequuta. ibi.
Teſtium nomina niſi in grauiſſima cauſa Reo non publicanda, & qua ratione. 131. 132.
Tortura in defectum probationis inſtituta. 103. 127. Eadem non paſſim repetenda. 105. Nunquam adhibenda cum veritas aliunde haberi poteſt. 127. Irroganda nõ eſt niſi in delictis, quæ corporali pœna plectuntur. ibi. Adhiberi non poteſt niſi delictum fuerit ſemiplenè probatum. ibi. 128. Ante ipſam Reo copia indiciorum danda cum termino ad ſuas defenſiones præſtandas. 128. Semel ſufficienter adhibita, iterum pro eodem repeti non poteſt. ibi. Ipſius ſufficientia vnde colligẽda. ibi. Ab ea quinam apud nos ſint excipiendi. 129. Quo tẽpore irroganda. ibi. Mitior apud Regulare, quàm Sæculare forũ eſſe debet. 130. Cuius generis apud nos ſit adhibenda. ibi.

V

Viſitator Generalis ad vniuerſitatẽ cauſarum delegatus, an cauſas aliquas valeat ſubdelegare. 17.

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGITO.

IN Frontiſpicio lib. p. 1.	poſt lin. 5.	addendum.	accommodatum.
Epiſt. pag. a. fin. 2.		Eius	Corrige: [illegible] tuis.
Ibid. p. 3.	l. 8.	prouidentias	prouidentiæ
Ibid.	l. 21.	opicem	apicem
Ibid. p. 4.	l. 2.	iudiciali	iudicialiter
Ibid.	l. 21.	illum	illud
Ibid.	l. 26.	eſſe	eſt
Præfat. p. 1.	l. 17.	inflicto	inflicta
Ibid.	l. pen.	ne vulgaris	non vulgaris
Ibid. p. 2.	l. 13.	ſubditque	ſubdit
Argum. p. 1.	l. 21.	in pœnitentem	impœnitentem.
Idib.	l. 19.	audiuit	addidit
Approb.	lin. 5.	ſeruare	ſeruari
Ibid.	l. 13.	ſacræ	ſanæ
Ibid.	l. vlt.	Theologus	Comiſſarius
Pag. 2.	l. 1.	ſi	ſi delendum
Ibid.	2.	ſerile	herile
Ibid.	17.	ſi erga.	ſe erga
P. 3.	pen.	diei	diu.
P. 5.	6.	inſentiſſimum.	intentiſſimum
P. 6.	pen.	plene	planè
P. 8.	22.	in quas	ſi quas
Ibid.	21.	ſubditos	ſubditis
P. 9.	11.	Rei	Dei.
P. 11.	6.	compungant,	compingant
P. 16.	12.	in criminibus	in omnibus criminibus
P. 17.	30.	leua	tua
P. 20.	20.	alia	& alia
P. 27.	32.	illi	illis.
P. 28.	12.	tum	eum
Ibid.	33.	probatio	probari
Ibid.	35.	eos.	eo
P. 29.	23.	norum	ortum
P. 32.	6.	culpa ſeſe	culpa, deleatur
P. 7.	22.	ac legitimandelictorum probationes.	totum delendum.
Idid.	23.	ſufficientia. addatur	legitimæ delictorum probationes
Ibid.	25.	Iudice	Iudicem
P. 38	7.	inquiritur	inquiratur
Ibid.	8.	Impedit	impediri
P. 40.	30.	Antonius	Antoninus
P. 43.	32.	quia	quin
P. 45.	1.	perfectæ	perfectè
P. 46.	14.	ex qua	ex quo
P. 47.	11.	teſtes	teſtis
Ibid.	36.	corpore	corpori
P. 48.	4.	inſtaurandam	inſtaurandum.
P. 50.	18.	ſex	lex
P. 55.	37.	obſtant	obſtat
P. 57	18.	vide	vade.
P. 66.	17.	iure commiſſi	(commiſſi) deleatur
P. 69.	6.	humanam	humanum
P. 75.	27.	auctoritates.	auctoritate

P. 78.

tur. 161. A Iudice Subdelegato quã-do ad primum delegantẽ tranſmittatur. 162. Fruſtra eſſe abſque deuolutiuo, ac ſuſpenſiuo effectu. 165.

Appellationes quo iure introductæ, & qua ratione. 152. quorſum inſtitutæ ex Conc. Trid. 153. ſunt de iure naturali negatiuo 168. omnino auferri non poſſunt. ibi. In his formalitas à ſubſtãtia diſtingitur. ibi. Apud regulare forũ iuſtè denegari non poſſunt. ibi. In ipſis Ordo à Sacra Reg. Cõgreg. præſcriptus. ibi. In correptionibus regularibus extra iudicium inter Regulares nõ admittendæ. 154. quibus de cauſis Reo interdum prohibeantur 154. 155. 156. 157. quædam à iure conceſſę, quædam prohibitæ. 156. Abſque deuolutiuo, & ſuſpẽſiuo effectu non valent ſubſiſtere. 164. 165. Id fusè probatur. 165. 166. Ex Concilio Trid. Iuſtæ apud Regulares admittendæ. 166. Qua ratione ſuſpenſiuus effectus ab ijs auferri nõ poſſit. 166. 167. Ijs quilibet renunciare poteſt. 167.

Appellationis effectus duplex deuolutiuus, & ſuſpenſiuus. 163. Quid vterq; appellanti pręſtet, declaratur. 163. 164. vterq; illi intrinſecus, & ſubſtantialis. 164. Id multis probatur. 165. 166. 167.

Apoſtoli in iure qui dicantur 161. Alij Refutatorij, alij Dimiſſorij, alij Reuerentiales ibi. A Deo appellante petendi. ibi. A Iudice dandi. ibi.

C

Carcer apud Regulares infamiam præ ſe fert. 122. Humanus eſſe debet, ac ciuilis. ibi. Nonnullis datur ad cuſtodiam, alijs ad arctationem, alijs ad pœnam. ibi. & 123.

Clamoroſa Inſinuatio quid ſit, & quomodo ab infamia differat. 29. Ad ſpecialiter inquirendum contra Prælatum, ſeu Collegium neceſſaria. 28. 30.

Clementis à Noto Generelis Fratrum Min. Capuccinorum egregiæ laudes. Epiſt. p. 2. 3. boni Paſtoris officia præſtat. ibi.

Confeſſio Rei multiplex. 136. Quæ ad torquendũ tantũ, quęue ad cõdemnandum valeat. ibi. vera, ac perfecta quæ ſit. ibi. ſpõtanea quid Reo cõferat. ibi. quænã ſpõtanea dicatur. 137.

Confeſſio extraiudicialis Rei per duos Teſtes probanda. 34. Iudicialis coram Iudice incompetenti ſupplet vicẽ infamiæ. ibi. ſacramẽtalis pate facta Reo nocere non debet. 117. In tormentis facta abſque ſufficientibus inditijs eſt nulla. 129. In tortura à Reo extracta non valet, niſi ratificetur. extra locum torturę. 130.

Confeſſi qui in iure dicantur. 136. quinam à Iure præſumantur. ibi.

Conſuetudo delinquẽdi inter leuia inditia recenſetur. 115. quo pacto ad graue inditiũ tranſeat. 115. Quomodo abſtergatur à Reo. 116.

Conuictus qui in Iudicio dicatur. 134. pendente cauſa nullus cenſetur, & quare. 135. quo diſcrimine diſtet à confeſſo. ibi. Et 137. ſolus condemnari poteſt. ibi.

Corre-

Correctio fraterna Euangelicam Denunciationem ſemper debet præcedere. 42. 43. ordo in ea à Christo pſcriptus ſub pręcepto affirmatiuo cadit. 43. Quando, & qua ratione omitti poſſit. 43. 44. Denunciationem Iudicialē quando præcedere debeat. 60. quoties erga fratrem delinqnentem repetenda. 61. ordo ipſius ante Denunciationem ſeruandus. ibi.

Crimina quandoq; vino, quādoq; oleo, ſæpennumero vtroq; curāda. Pręf. p. 2.

Crimina tegere. Ex Hieronymo, eſt criminoſos palpare. 3. Manifeſta ex Gregorio non ſunt occulta correptione purganda; ſed publicè ob aliorum bonum punienda. ibi. Illa obtegere in publicā Religionis perniciem vergit. ibi. Occulta quando non pandenda. 25. 27. Occulta quænam dicantur. 25. Tanquam Patri denunciata ſpeciali inquiſitione viam non aperiunt. ibi. In Iudicio incidenter patefacta præuiam infamiām non exigunt ad ſui inquiſitionem 35. Publica, & excepta quænam ſint: 50. 57. Priuata quæ dicantur. ibi.

Crimina excepta quā cautione à Regularibus denuncianda. 58. 59. Inter excepta, & priuata diſtinctio explicatur. 59. In publicis, & exceptis fraterna admonitio minime neceſſaria. 57. Priuata abſque præuia admonitione non ſunt denuntianda. 60.

Criminoſorum aliqui blanditijs, & leni olei vnctione ad pœnitentiam alliciendi. 3. Alij contra acrioris vini applicatione curandi. ibi.

D

DEcretum ad teſtem torquendum, qui quod iudicialiter cū iuramento depoſuit, extraiudicialiter cum iuramento negat. 199. Qui negat ſe interfuiſſe delicto, cum oppoſitum conſtat. 200.

Decretum ad torquendum teſtem inhabilem. 201. Ad Reum incarcerandum 202.

Decretum pro teſte cogendo. 195. Pro falſo teſte, carceri mancipando. 196. Ad teſtem varium torquendū ex circonſtantia dicti. 197. Ex præſumptione ſubornationis. 198.

Decretum torturæ pro reſponſione Rei habenda. 214. Pro habenda reſponſione Rei præciſa, aut congrua. 215. Pro aſſignandis Defenſionibus, & Conſiliario. 216.

Decretum prorogationis. 217. Pro articulis Conſiliarij recipiendis. 218. Quando infertur tormentum flagellationis. 220. Pro repetenda tortura. 222. Repetitionis torturæ 230.

Decretum citationis Rei ad audiendam deffinitiuam ſententiam. 233

Decretum de inquirendo pro vlteriori Iudicio. 243. de procedendo. 244.

Defenſiones ſunt de Iure naturæ. 131. Reo denegari non debent. ibi. Terminus ad eas peragēdas, & Conſiliarius Reo à Iudice exhibendus. 132.

Delictum quod probari non poteſt, pro falſo reputatur. 70. In dubio præſumi non debet. 91.

Delictorum varia genera explicantur 11 2 18.

18. In his qui procedere valeat, declaratur. 19. In ipſis procedendi duplex modus. ſolemniter, & ſummariè. 20. Auctore ignorato Iudex ad inquiſitionem Auctoris abſque infamia poteſt procedere. 37. 38.
Denunciatio viam ad inquiſitionem parat. 22. quid ſit, & quotuplex. 40. Alia iudicialis, alia Euangelica, & fraterna. ibi. & 41. qua ratione iudicialis à fraterna differat 41. Euangelica, ſeu fraterna quid ſit. 42. quando, & in quibus criminibus adhibenda. 43. Cur, & quando correpto iam delinquente non adhibenda. 45. ipſius materia, crimen emendandum; 45.
Denunciatio Iudicialis quid ſit, & quæ ipſius natura. 46. in quibus ab accuſatione differat. 47. Non ſolum publico ſcripto, ſed etiam per litteras fieri poteſt. ibi. Cur per litteras ſine nomine Auctoris directas fieri non poſſit. ibi. Tribus de cauſis ſolet inſtitui. ibi. Eam fraterna correptio præcedere debet, in priuatis criminibus 60. Abſq; præuia admonitione fieri poteſt in criminibus publicis, & exceptis. 57. Fieri neq; poteſt, neq; debet de criminibus in ſacramentali confeſſione patefactis. ibi. Quando in criminibus exceptis eam præcedere debeat fraterna admonitio. ibi. Non paſſim aduerſus viros inſignes admittenda. 63.
Denunciator qualis eſſe debeat. 49. Non tenetur ſub præcepto denunciare niſi publica delicta, quæ in aliorũ detrimentũ vergunt. 50. Neq; quæ auditu tantum percepit, niſi ad præceptum Iudicis. 61. Caueat ab odio, & maleuolentia. 62. Non tenetur denunciata crimina probare: ſed tantum teſtes proponere. 63. Falſum denuncians debet puniri. ibi. ſi in cauſa contra Reum ſollicitatorem ſe gerat, tanquam Accuſator habendus. ibi. Non tenetur iurare ſe fraternam admonitionẽ præmiſiſſe. ibi. Quid de Denunciationibus decreuit noſter procedendi modus. 64.
Deus Iudiciorum auctor, & exemplar. Arg.

E

Epiſcopi interdum Regulares punire valent. 15. 16.
Exceptiones Reorum diligenter à Iudice perpendendæ, ac legitimæ admittendæ. 132. quæ perterrerinationem fiunt à Reis vitandæ, & qua ratione. ibi. & 133.
Excipientes contra eligendum, delictum ſaltem ſemiplenè probare debent, aliâs puniendi. 49. Contra electum non probantes delictum pœna extraordinaria plectendi. ibi. quid in eo à noſtra procedendi formula præſcriptum. ibi.

F

Fama delinquentium à Iudice Regularium quoad fieri poteſt ſeruanda. 6. Pretioſiſsimum hominis bonum: ac præſertim Religioſorum

Digitized by Google

hominũ. ibi. Bona fama velut fręnum à vitijs cohibet. ibi. Quid ſit, & quomodo probanda. 29. Bona præualet malæ famæ contra Reũ probatæ. 30. Tam delicti, quã delinquentis neceſſaria eſt ad ſpecialiter inquirendum aduerſus aliquem. ibi. vtriuſque famæ probatio quare in proceſſu apparere debeat, explicatur. ibi. & 31. probata viam aperit ad inquiſitionem ſpecialẽ contra infamatum. 116. 117. Non eſt ſufficiens ad torturam Rei, niſi teſtis ſingularis accedat. 116. 117. Quando ad torturam ſufficiat. 117.

Forma eligendi ſcribam, ſeu Actuarium. 173.

Forma inquiſitionis ſpecialis, ex generali inquiſitione. 174. Extra generalem inquiſitionem. 175. Ex Inditijs. ibi. Ex Rebellione, ibi.

Forma inquiſitionis ſpecialis quoad dictum, & generalis quoad perſonas. 176. ſpecialis quoad perſonas, & generalis quoad delicta. ibi.

Forma inquiſitionis de corpore delicti. 177.

Forma viſitationis vulnerati. 178.

viſitationis occiſi. 178.

Forma inquiſitionis de corpore delicti, cum delictum eſt dubium. 180.

Forma interrogandi vulneratum. 181.

Forma interrogandi teſtes, cum delicti Auctor ignoratur. 182. Cum delictum eſt dubium. 183.

Forma interrogandi Medicos, cum de veneno dubitatur. 185.

Forma examinis teſtium, cum de veneno dubitatur. 186. ad famã probandam. 188. Ad inditia probanda. 189.

Forma interrogandi teſtes in quolibet crimine. 193.

Forma interrogandi Reum in primo Conſtituto. 207.

Forma ſecundi, & tertij Conſtituti. 211.

Forma petitionis ad prorogandum terminum defenſiuum. 217.

Forma ſeruanda quando infertur tormentum funis. 223.

Forma ſeruanda in ratificatione confeſſionis Rei extra torturam. 226.

Forma repetendi torturam, ad complices, & alia Rei delicta detegenda. 228. 229.

Forma Monitorij ad comparendum. 234.

Forma Denunciationis pro reſtituenda fama Denunciantis. 241. Pro inſtaurãdo damno Denunciantis. 242. Ad excipiendum aliquem à dignitatibus. 243. Pro quolibet crimine. 245.

Forma libelli Accuſatorij. 247.

Forma Delegationis faciendæ ab Ordinario ſuper quacunque cauſa. 249.

Forma procedendi à Iudice Delegato, vel Subdelegato. 250.

Forma ſententiæ interlocutoriæ, pro Accuſatoris, aut Teſtium expulſione. 235. ſententiæ declaratoriæ fauorabilis. 236. Declaratoriæ pro incurſu pœnarum. 237. cõdemnatoriæ ſine expreſſione cauſæ. 238. Abſolutoriæ pro torto, vel indiciato. ibi. Abſolutoriæ ſimpliciter, 239.

Forma interrogandi Denunciatorem ſuper Denunciatis. 245.

Fornicatio, & crimen nefandum an

inter excepta crimina apud Regulares ſint collocanda. 51. 52. peotũ. Maximè Religionis ſtatum deturpant. 53. ſuâpte natura contagioſa. 54. In publicam Religionis perniciem tendunt. 53. ſcandaloſa ſunt, & aliorum ſubuertiua. 54. qua ratione inter excepta crimina ſint recenſenda. ibi. In duplici ſtatu conſiderantur. ibi. Quo pacto dicantur eſſe in via ad publicationem. ibi. Abſque præuia admonitione Iudici denunciari debent. 54. 55. Huiuſmodi criminoſorum differentia. 55.

G

GVardiani, ac Vicarij locorum quo in caſu procedere valeant iuridicè contra delinquentes. 15.

H

HAEreſis crimen à Regularium Iudice cognoſci non poteſt, vbi ſancta Inquiſitio viget. 16. Ad quos competat in illo procedere. ibi.

I

INditia quid ſint, & vnde dicta. 109. Forum differentia, ac diſtinctio. ibi. Leuia quænam dicantur. ibi. & 110. Grauia cur nuncupentur, & quam probationem in iudicio efficiant. 110. Grauia ſi ſola ſint, ad abſoluendum, non ad condemnãdum ſufficiunt. ibi. His manentibus Reus non abſoluendus. ibi. Grauiſsima quæ dicantur. 100. 111. Ad Rei condemnationem ſufficiunt. 111. 113. Quando pœnam tãtum extraordinariam merentur. ibi. Ex circonſtantijs ſæpe mutantur. ibi. & 112.

Inditia aliqua iudicium præcedunt, alia comitantur. 112. Qualia eſſe debeant, vt viam inquiſitioni ſpeciali aperiant. ibi. In crimine occulto ad inquirendum nonſufficiunt. ibi. Leuia quando ad Reum interrogandũ ſufficiant. 113. Grauia ſi plura ſint, ad Reum interrogandum, & torquendũ valent. ibi. Quæ ad inquirendũ ſufficiũt, ad Reũ interrogandũ & torquendũ valent. ibi. Qualia eſſe debeant ad inquirẽdum, & torquendum Reum. 113. 114.

Indicia leuia recenſentur. 114. Quid in iudicio valeant, explicatur. 114. 115. In grauia ſæpe mutantur ex circunſtantijs. 117. Inter grauia, quæ enumerentur. ibi. & 119. Grauiſsima quæ ſint, & quid efficiant, declaratur. 119. Non probata ſaltem per duos teſtes conteſtes nullum robur in iudicio obtinent. 120. Viam Iudici nõ aperiunt niſi fuerint per duos conteſtes probata. 36.

Infamia quid ſit, & quã ratione à clamoroſa inſinuatione differat. 29. ſpecialem inquiſitionem debet præcedere ibi. 30. & 31. Quomodo probanda ibi. Ab honeſtis viris ortum habeat. ibi. Alia iũris, alia facti. 79. Tam iũris quàm facti, quibus in caſibus incurratur. 79. 80. Vtraq; Ordinum ſuſceptionem

nem, & dignitatum adeptionem impedit. 80. facti quomodo.

Inquiſitio generalis abſque præcedente infamia fieri poteſt, ac debet. 24. In ea nullius fama iniuſtè læditur. 23. quæ in generali inquiſitione à Iudice ſeruanda, & cauenda. 24. In ea quis modus in interrogando ſeruari debeat. 25. ipſius acta ſcriptis exaranda 26. viam ad ſpecialē inquiſitionem parat. ibi. In ea omnes teſtes tanquā legitimi audiendi. ibi.

Inquiſitio iudicialis quid ſit explicatur. 22. ipſius tria ſunt genera. ibi. & 23.

Inquiſitio ſpecialis quænam dicatur. 23. 27. vnde exordium ſumat. 27. quæ neceſſario prærequirat. ibi. quando illam infamia præcedere debeat. 28. contra Prælatos, & inſignes perſonas clamoſa inſinuatio antecedat. ibi. Ante illam prius conſtet de corpore delicti. 28. 29. quibus in caſibus abſque præcedenti infamia Poſſit contra aliquem inſtitui. 32. 33. 34. 35. 36.

Inquiſitio mixta ex generali, & ſpeciali quæ ſit, & quotuplex. 37. Quando nulla præcedente infamia poſſit inſtitui, ibi. In ſindicatu Miniſtrorū quomodo exercenda. 38. 39.

Iudex eſt iuſtitia quædam animata. 9. Iuris, ac legum peritia debet excellere. ibi. Ipſius ignorantia fit innocētis calamitas ex Auguſtino. ibi. Quibus virtutibus præſtare debeat. ibi. veri, ac recti cupidus ſit, vt rectè iudicet. ibi. In neutram partem deflectat, quod ſimilitudine D. Gregorij illuſtratur. 10. Neq; odio, neq; amore moueatur Præclarum dictum Tullij. ibi. vulgi clamoribus facile ne moueatur. 39. Quomodo ad mixtam inquiſitionē procedat. 37. 38. 39.

Iudex legitimus totius veri iudicij caput. 13. Legitima ipſius poteſtas ex quadruplici capite orta. 13. ordinarius quis dicatur. 16. 17. Delegatus quis ſit, & an ſubdelegare poſſit. 17. ordinarius quid poſſit. ibi. Dei in iudicio perſonam gerit. 126.

Iudex iuſta de cauſa etiam apud Regulares poteſt recuſari. 149. Facilius quàm teſtis recuſatur. ibi. Tam Ordinarius, quàm Delegatus in quocunque crimine, ac ſtatu cauſæ eſt recuſationi obnoxius. 150. Quibus ex cauſis poſſit recuſari. ibi. & 151. Modus in recuſatione Iudicis ſeruandus. 152. Poſt recuſationem Reo de ipſius conſenſu tribuendus. ibi. Quomodo intelligendum ſit, cum in Delegatione apponitur, omni remota appellatione 156. Iuſtas appellationes tenetur admittere. 162. Si non admittat quam pœnam incurrat. 163. In dubio appellationē admittere debet. ibi.

Iudex Regularium quo diſcrimine à forenſibus Iudicibus diſcernatur. p. 1. Non turbulentum, aut ſæuum, ſed placidum, ac ſuaue iudicium exercere debet. ibi. Patris nomine inſignitur, & qua de cauſa. ibi & 2. Paſtoris, & Medici titulo cohoneſtatur, & quare. 2. Samaritani viri conſilium, & prudentiam imitari

tari

tari debet. ibi. Qui ad criminum curationem oleum tantum adhibent. dimidiatam duntaxat curationē præſtant. 3. A quibus maximè cauere debeat. 4. Ita Iudicē agere debet, vt Patris naturam, ac conditionem non exuat. 5. Samaritani inſtar oleum, & vinum in vulnera debet infundere, vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. ibi. Medicos in curandis, aut ſecandis vulneribus imitari debet. ibi. Illi non creditur ſuper proceſſu, niſi quatenus per acta apparet.

Iudex Regularium delinquentium famam, quoad fieri poteſt ſartam tectā ſeruare debet. 6. Ad iudicium accedens de bona delinquentis fama ſeruanda primum cogitet. ibi. In iudicando ab omni odij, aut maleuolentiæ ſpecie abſtineat. ibi.

Iudex Regularium, quam in inferendis pœnis æquitatem ſeruare debeat 144. 145. Citra periculum pœnas augere, aut minuere non poteſt. 145. Quot ex cauſis pœnas poſſit augere, & minuere. 145. & 146. 147. Augēs, aut diminuens pœnam Reo, cauſam in ſententia debet exprimere. 148. In pœnis arbitrarijs ſe legibus conformare debet. ibi. Quam maturè in pœnis arbitrarijs imponēdis debeat procedere. ibi.

Iudex Regularium Reorum non ſolum Iudex, ſed etiam Pater. 101. Non facile ad Reorum capturam deueniat. 122. Reorū famæ conſulat. ibi. In Reis capiendis ſæcularīū hominum opera non vtatur. 123. In Reorum interrogatione quomodo ſe gerat. 124. In Reis interrogandis à cauillationibus debet abſtinere. ibi. Impunitatis ſpem Reis promittere non debet. 125. Reum de complicibus quibus in caſibus interrogare valeat. ibi. Reis torturam irrogare non poteſt, niſi poſt ſemiplenam delicti probationem ibi. & 127. Et propter delicta quæ corporalem pœnam merētur. 127. Ante torturam Reo copiam indiciorum dare debet cum termino ad ſe defendendum. 128. Torturam ſemel ſufficienter adhibitam pro eodem iudicio iterum nō poteſt repetere. ibi. De inditijs prudenter iudicare debet. 129. Reum funis torturæ ſubijcere non debet abſq; Miniſtri generalis conſenſu. 130. Reum in grauiſſima cauſa Generali Miniſtro inconſulto condemnare non debet. 138. Ante Rei cōdemnationem quid præſtare debeat. ibi. Sine peritorum, ac Definitorum conſilio neminē condemnet. ibi. In condemnando proceſſus limites non excedat. ibi. & 139. Quid agere debeat erga innocentem ex proceſſu condemnandum. 139. Communem praxim in iudicando ſeruet. 140. Qualis in iudicando eſſe debeat. ibi. Conc. Trid. graue de hac re documentum. ibi. Si nulla cauſa ſubſit pœnas à noſtris Inſtructionibus taxatas, neque augere, neq; minuere poteſt. 144.

Iudex Regularium quę in Denunciatione debeat perpendere. 62. Non facile Denunciationes, aut Accſationes aduerſus viros in Religione inſignes admittat. 64. Denun-

cia-

ciatione probata tenetur cōtra Denunciatū inquirere,& quare.ibi.sine verò aut ficto Accuſatore ad iudiciū non debet procedere. 74. Quādo Accuſationem poſſit,ac debeat reijcere. ibi. Inhabiles ad Accuſationem non admittat. 75. Quid in Accuſationibus recipiendis obſeruare debeat. ibi. Admiſſam Accuſationem non poteſt ſua auctoritate abolere, ſed tantum ex cauſa ſuſpendere. ibi. Iuramentum ab Accuſatore exigat. ibi Talionis pœnā Accuſatori intimet. ibi. Non tātum contra Reum, ſed etiam pro Reo debet inquirere. 101. Ante teſtium examen quid facere debeat. 102. In dijudicandis inditijs q̄ diligens, ac prudens eſſe debeat. 114. Non facilè Reos carceri tradat, præſertim viros inſignes. 122. In Reis carceri tradendis à tumultù caueat. 123. Qua prudentia Reos interrogare debeat. 124.

Iudex Religionis Seraphicæ Fratrum Minorum. cœteris omnibus præſtare debet. 9. Humiliter, & charitatiuè ſuos fratres corrigat, vt in Regula exprimitur. 10. Melius charitate, quàm auſteritate vulnera ſubditorum curat. ibi. Suſpectas à principio omnes habeat accuſationes. ibi. Prudens ſit,& circūſpectus. ibi. Non tam Actoris, quàm Rei cauſam agere debet. ibi. crimina interdum diſsimulare poteſt. 12. orationi ante iudicium vacet. ibi. Iudicium eſt legis ad perſonas applicatio. 13. Ex triplici capite exordium ſumit. 21.

Iudices Areopagitæ quare noctu tantū iudicarent. 10. In noſtra Fratrum Minorum quinam ſint Ordinarij, & delegati. 14. 15. Appellationum extra Ordinem qui ſint. 15. Regularium in Iudicijs ſummariè, & de plano procedāt. 20.

Iudiciorum rectus vſus, Religionis ſimplicitatem non minuit, aut bonum odorem perdit, ſed potius ſeruat. Præfat.

Iuris ſolemnitates, quænam ſint explicatur. 20. Iuris forma ſubſtantialis à Iudice ſeruanda. ibi. ſubtilitas nimia legibus odioſa. 136.

Ius naturale aliud poſitiuum, aliud negatiuū, diſtinctio explicatur. 168.

Iuſtitiæ comes eſt ſeueritas. 10.

L

Litteræ amatoriæ quodnam inditiū efficiant. 118. Quo pacto probandæ. ibi.

N

Notorietas Iuris ſupplet locum infamiæ. 35. Eſt Accuſator fictus. 36.

P

Paſtoris boni munus Ep. pag. 1. Paſtores Regularium quales erga ſubditos ſe gerere debeant. 6. Qui neque vino, neq; oleo ſubditorum vulnera curant, Sacerdoti, & le-

uſtæ cõparantur. ibi. Aſpera in huiuſmodi ex ſcripturis obiurgatio. 7. Qui gregem curare negligunt, ſubditorum lapſus, ac ruinas ſibi velut proprias accerſunt. ibi. Ab his animarum pereuntium ſanguinẽ Deus ſæueriſsimè requiret. ibi. Non Paſtores, ſed Depaſtores appellandi, qui huiuſmodi ſunt. ibi. Hi ſub iniquæ pacis conſeruãdæ titulo gregem interimunt. 8. ſummo ſtudio proprio gregi inuigilare debent. ibi. Quãdo in inquiſitione generali præcipiunt omnia crimina ſibi pandi, quo ſenſu ſit intelligendum. 26. Ipſis in omnibus parendum, quæ neque aduerſus Regulam, neq; animam militant. ibi.

Pax illa improba eſt, quâ iuſtitiæ deſeritur, ac facinoroſis via ad flagitia aperitur. 8.

Phyſionomia mala, inter leuia indicia collocatur. 116. cuius ponderis ſit in iudicio. ibi.

Pœna talionis minus hodie eſt in vſu, magis pœna arbitraria. 70.
Pœna triremiũ à Regulari foro expellenda. 143.

Pœnæ ad criminum correptionem inſtitutæ. 141. Delicto conformes eſſe debent ex iure. ibi. In foro Regulariũ mitiores eſſe debẽt. 141. 142. vnde apud Regulares deſumendæ. 142. A noſtris Inſtructionibus taxatæ non mutandæ. ibi. Quænam ſint ex Religionis noſtræ vſu receptæ. ibi. & 143. Quædã ordinariæ, aliæ extraordinariæ, aliæ arbitrariæ, quæ ſint, explicatur. 143. Quot ex cauſis poſsint augeri. 145. citra periculum neq; minui, neque augeri poſſunt. ibi. Arbitrariæ qua maturitate à Iudice diſcutiendæ, ac Reis imponendæ. 148.

Poteſtas Iudicis, vel ordinaria, vel delegata, vel arbitraria, vel acceſſoria. 13. Harum poteſtatum quælibet explicatur. ibi.

Praxis ſeruãda in Appellationibus. 239.

Praxis iuxta triplicem procedendi viam fusè exaratur. 169. per totum vſq; ad finem.

Prælati Regularium inter legitimos Iudices collocandi. 13. Merum, & mixtum in ſubditos habent imperium. 16. ſummariè, & de plano in iudicijs debent procedere. 20. Quæ ad Iuris ſubſtantiam pertinent omittere non debent. ibi. Quænam illa ſint. ibi.

R

REbellio ſuccedit loco Accuſationis. 34.

Regulares quando ab Epiſcopis puniri valeant. 15. 16. In quocunq; iudicio legitimi teſtes eſſe poſſunt. 85. Apud ſæculare forum teſtes eſſe non debent, niſi de ſuorum ſuperiorum licentia. ibi. Qui ſuperiores hanc illis licentiã poſsint concedere. ibi. A foro ſæculari ad teſtificandum compelli non poſſunt. 86.

Regularium Prælati inter legitimos Iudices adnumerandi. 13.

Regularium ſtatus ſæcularium hominũ ſtatum dignitate antecellit. 52. Minoribus, quam ille, ſceleribus maculatur. ibi. Quæ crimina cenſeãtur eſſe illi pernicioſa. ibi. crimine ne-

fando,

ſando, & fornicatione grauiter deturpatur. 53. Apud ſæculares viros ob hæc crimina grauiter infamatur. 56.
Reus in Iure quis dicatur. 120. 121. Ante omnia à Iudice citandus. 121. Eo excipiente contra Iudicem de defectu infamiæ, proceſſus eſt nullus. 31. Depræhenſus inflagranti crimine coram multis poteſt torqueri, non tamen condemnari abſq; conteſtibus. 33. Ante ſemiplenam delicti probationem citari non poteſt. 121. Non citatus non poteſt condemnari. ibi. Ipſius citandi forma quænam apud nos ſeruanda. ibi. Quando in carcerem ad cuſtodiam detrudendus. 122. ob quænam crimina ipſius fuga timeatur. ibi. Nõ facilè in carcerem detrudendus, præſertim ſi fuerit Prælatus, vel vir inſignis. ibi. In carcerem ob cuſtodiam iniectus, nulla iuris, aut facti pœna afficiendus. ibi. E carcere fugiens abſque clamore reducendus. 123. Conſiliarius illi à Iudice dandus. 131. Indefenſus non condemnandus. ibi.
Reus quomodo à Iudice interrogãdus. 124. Ante interrogationem ſuæ cauſæ ſtatus illi à Iudice aperiendus. ibi. De complicibus non interrogandus. ibi. Quibus in caſibus de complicibus poſsit interrogari. 125. Impunitatis ſpes illi à Iudice nũquã promittenda. ibi. Dilatio ad reſpondendum illi non concedenda. 126. Legitimè interrogatus tenetur reſpõdere, & veritatem fateri. ibi. Regularis veritatem occultãs in foro pœnitentiæ minimè abſoluendus. ibi. Quænam ipſius condemnationem debeant præcedere. 134.
Reus an per vnius teſtis ſingularis dictum condemnari queat. 106. Concilij Biterrenſis, & Narbonenſis ad hoc propoſitum decreta. ibi. & 107. Ad eum condemnandum probationes debent eſſe dilucidæ, & ſole clariores. 107. Per teſtes ſingulares pœna extraordinaria ſolet puniri. ibi. Non niſi duorum conteſtium teſtimonio apud nos condemnandus. ibi. Si fuerit Cardinalis, aut magnus Prælatus, pluribus teſtibus quàm duobus, eſt conuincendus. 108. Grauibus inditijs contra eum ſtantibus nõ debet abſolui. 110. Ex inditijs grauiſſimis, ac vehementibus poteſt condemnari. 111. Ipſius cauſa apud Iudicem fauorabilior eſſe debet, quã Actoris. 133. 134. Tamq̃ ouis ægrotãs à Iudice tractãdus. 134.
Reus quando in iudicio dicatur conuictus. 134. Quęnam ad Reum conuincendum ſint neceſſaria. ibi. & 135. Plena delicti probatione ſolum Reus conuincitur. 135. Nunquam cenſetur conuictus quamdiu illius cauſa pendet in iudicio, & quare. ibi. An ad ipſius condemnationem ſit neceſſaria confeſsio delicti. ibi. fugiens è carcere pro confeſſo habetur. 136. Si de delicto non conſtat, tametſi confeſſus non poteſt à Iudice condemnari. 137. condemnari non poteſt niſi fuerit conuictus. ibi. Abſq; A dnod. R.P. Generalis mandato ſune minimè torquendus. 130. In grauiſſima cauſa inconſulto Generali Miniſtro

minimè condemnandus. 138.
Quis à Iudice abſoluendus, & quomodo. 140. 141. Illi poſt Iudicis recuſationem Iudex de ipſius conſenſu tribuendus. 152. Quando poſsit à Iudicis ſententia appellare. 154. Iniuſtè appellans peccat mortiferè. 158. ſub appellationis prætextu Romam petens abſq; licentia, puniendus. 162. Appellans, ne ob cuſtodiam carceri mancipetur non eſt audiendus. 203.

S

Samaritani viri pietas in exemplum vocatur. Prelatis, ac Iudicibus. Præf. pag. 1.
Sententia Iudicis quæ ex Actis non iuſtificatur cenſetur iniuſta. 139. In ea ferẽda Iuris ſolemnitates apud nos nõ ſeruandæ. ibi. eam Reus acceptare tenetur, niſi appellationem interponat. ibi. Quomodo à Iudice ferenda. ibi. Alia interlocutoria, alia definitiua, vtriuſq; natura explicatur. 141.
Socius criminis in criminibus exceptis, & difficilis probationis eſt idoneus teſtis. 81. Inter teſtes inhabiles recẽſetur 95. Quid ipſius dictum in iudicio valeat. ibi, & 114. cum altero ſocio criminis conteſtis valet ad torquendum Reum, non autem condemnandum. 96. 115. Ipſius dictum cum indicijs valet ad torquendum Reum. 108. Abſq; indicijs ad inquirendum ſufficit. ibi.
Socius criminis, purgata per torturam infamia, quando ſemiplenam probationem præſtet. 96.
Suſpectum conſortium inter grauia indicia collocatur. 118. cum altero graui inditio ad inquiſitionẽ ſufficit. 161.
Suſpitio vehemẽs Conuentus, vel maioris partis ſupplet vicẽ infamiæ. 37.

T

Teſtes quinam ad iudicium ſint idonei, vel minus idonei, explicatur 78. Qui à iure repellantur. 78. 79. Apud Regulares etiam inhabiles admittuntur, etſi non omnes. 77. Quo pacto inhabiles iure communi, apud Regulares habiles reddantur. 82. 83. Quinã iure diuino à teſtificando arceantur. 83. Qui naturali iure à teſtimonio ferendo prohibeantur. 84. Idonei apud Regulares qui ſint, ibi. & 85. varij, quot modis prodantur. 87. 88. torquendi, vt abſq; variatione deponant. 89. Diſcordes quomodo ad concordiam à Iudice reuocandi. 90. Quid in eorum diſcordantia Iudex præſtare debeat. ibi. vacillantes qui ſint, & quare torquendi. ibi. Qui obſcurè, & ambiguè loquuntur nihil probant. 91. De credulitate deponentes nihil in iudicio probant, niſi rationabilem ſuæ credulitatis cauſam afferant. ibi.
Teſtes inhabiles ex pluribus coadiuuãtur. 96. Qui ſint omni exceptione maiores. 97. Quinam conteſtes cenſeri debeant. ibi. Conteſtes omni exceptione maiores plenè in iudicio probant. 98. Non

Digitized by Google

citati pro ſuſpectis habentur. 99. Quæ in eorum examine, à Iudice obſeruanda, ac præſtanda. ibi. Non iurati non probant. ibi. Secundum iuris formam interrogandi. 110. Inhabiles à Iudice torquendi. 104. In ijs torquendis quis modus ſeruandus. 105.
Teſtes à Reo ad ſui defenſionem allati benignè à Iudice audiendi. 133.
Teſtis ſingularis quis ſit, & vnde dicatur. 94. Ex multiplici capite ſingularis declaratur. ibi. & 95. In iudicio perfectè non probat. ibi. De auditu in delicto facti tranſeuntis, vel permanentis in iudicio nihil probat, præter famam. 95. Vnus ſingularis omni exceptione maior, ſemiplenam probationem præſtat. 97. 108. Omni exceptione maior in dubio præſumitur. ibi. Non ſufficit ad integram probationem. 5. aut damnationem Rei. 105. Eius rei cauſa redditur. 106. Refelluntur Auctores oppoſitæ ſententiæ. ibi. Noua ratione cõfirmatur. 108. 109.
Teſtis quando verum Iudici aperire nõ debeat. 100. Iudici ſecundum interrogata perſpicuis verbis debet reſpondere. ibi. Quare ea quæ ſub ſigillo ſecreti, aut conſilij accepit, reuelare non debeat. ibi. Quo in caſu ſecretum delictum Iudici pandere teneatur. 101. Sæcularis interdum nõ iuratus apud nos probat. 102. De quibus à Iudice eſt interrogandus. ibi. Ipſius dicta quomodo excipienda. ibi. Si renuat, ad teſtificandũ eſt cogendus. ibi. Quid in fine examinis illi à Iudice imponendum. 103. Quis torturæ ſubijci poſſit, aut debeat. ibi. Ex noſtro procedendi modo, quis infamis eſſe decernatur. 104.
Teſtis falſus Iudæ æquiparatur. 92. Non ſolum ſibi, ſed tribus quoque alijs nocet, ſcilicet Deo, Iudici, & inſonti. ibi. Olim de ſaxo Tarpeio deijciebãt. ibi. Pęna talionis puniẽdi. ibi. Quod modis deprætendatur. ibi. & 93. Circa accidentalia facti falſum deponens, falſus nõ cenſetur. 93. Per plures teſtes falſi conuincẽdus. ibi. Tenetur dãna reſarcire ex falſo teſtimonio ſequuta. ibi.
Teſtium nomina niſi in grauiſſima cauſa Reo non publicanda, & qua ratione. 131. 132.
Tortura in defectum probationis inſtituta. 103. 127. Eadem non paſſim repetenda. 105. Nunquam adhibenda cum veritas aliundæ haberi poteſt. 127. Irroganda nõ eſt niſi in delictis, quæ corporali pœna plectuntur. ibi. Adhiberi non poteſt niſi delictum fuerit ſemiplenè probatum. ibi. 128. Ante ipſam Reo copia indiciorum danda cum termino ad ſuas defenſiones præſtandas. 128. Semel ſufficienter adhibita, iterum pro eodem repeti non poteſt. ibi. Ipſius ſufficientia vnde colligẽda. ibi. Ab ea quinam apud nos ſint excipiendi. 129. Quo tẽpore irroganda. ibi. Mitior apud Regulare, quàm Sæculare forũ eſſe debet. 130. Cuius generis apud nos ſit adhibenda. ibi.

V

Viſitator Generalis ad vniuerſitatẽ cauſarum delegatus, an cauſas aliquas valeat ſubdelegare. 17.

[illegible]

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGITO.

IN Frontiſpicio lib. p. 1. poſt lin. 5. addendum. accommodatum.
Epiſt. pag. 2. lin. 22. Eius Corrige: tuis.

Ibid. p. 3.	l. 8.	prouidentias	prouidentiæ
Ibid.	l. 21.	opicem	apicem
Ibid. p. 4.	l. 2.	iudiciali	Iudicialiter
Ibid.	l. 21.	illum	illud
Ibid.	l. 26.	eſſe	eſt
Præfat. p. 1.	l. 17.	inflicto	inflicta
Ibid.	l. pen.	ne vulgaris	non vulgaris
Ibid. p. 2.	l. 13.	ſubdirque	ſubditi
Argum. p. 1.	l. 21.	in pœnitentem.	impœnitentem.
Idib.	l. 19.	audiuit	addidit
Approb.	lin. 5.	ſeruare	ſeruari.
Ibid.	l. 13.	ſacræ	ſanæ
Ibid.	l. vlt.	Theologus	Comiſſarius
Pag. 2.	l. 1.	ſi.	ſi delendum
Ibid.	2.	ſerile	herile
Ibid.	17.	ſi erga.	ſe erga
P. 3.	pen.	diei	diu
P. 5.	6.	inſentiſſimum.	intentiſſimum
P. 6.	pen.	plene	planè
P. 8.	22.	in quas	ſi quas
Ibid.	23.	ſubditos	ſubditis
P. 9.	11.	Rei	Dei.
P. 11.	6.	compungant,	compingant
P. 16.	12.	in criminibus	in omnibus criminibus
P. 17.	30.	leua	tua
P. 20.	20.	alia.	& alia
P. 27.	32.	illi	illis
P. 28.	12.	tum	cum
Ibid.	33.	probatio	probari
Ibid.	35.	eos.	eo.
P. 29.	23.	eorum	ortum
P. 32.	6.	culpa ſeſe	culpa, deleatur
P. 7.	22.	ac legitimæ delictorum probationes	totum delendum.
Idid.	23.	ſufficientia. addatur	legitimæ delictorum probationes
Ibid.	25.	Iudice	Iudicem
P. 38.	7.	inquiritur	inquiratur
Ibid.	8.	Impedis	impediri
P. 40.	30.	Antonius	Antoninus
P. 43.	32.	quia	quin
P. 45.	1.	perfectæ	perfectè
P. 46.	14.	ex qua	ex quo
P. 47.	21.	teſtes	teſtis
Ibid.	36.	corpore	corpori
P. 48.	4.	inſtaurandam	inſtaurandum.
P. 50.	18.	ſex	lex
P. 55.	37.	obſtant	obſtat
P. 57.	18.	vide	vade.
P. 66.	17.	iure commiſſi	(commiſſi) deleatur
P. 69.	6.	humanam	humanum
P. 75.	27.	auctoritates	auctoritate

P. 79.

P. 79.	35.	notoria cum	notorium , quę
P. 8.	25.	arcent	arcet
P. 81.	5.	parte	pacto
P. 85.	31.	eam ſuis	(eam) deleatur
P. 88.	30.	minor ſoncinus	(minor) deleatur
P. 94.	25.	ab illos	ad id illos
P. 98.	5.	manifeſtata	manifeſta
Ibid.	30.	ſoum	ſolum
P. 101.	24.	voluptas	voluntas.
Ibid.	12.	obliget	obligat
P. 104.	33.	inhiberi	exhiberi
Ibid.	36.	indiciorum	iudiciorum
P. 105.	16.	illo	vllo
P. 106.	19.	recipiatur	recipitur
Ibid.	27.	ac	at
P. 109.	in Titulo	de Iudicijs	de inditijs
P. 110.	tit.	de Iudicijs	de Inditijs
P. 113.	tit.	de Iudicijs	de Inditijs
P. 114.	22.	Iudicia	Iudices
P. 115.	tit.	de Iudicija	de Inditijs
P. 117.	34.	hac	ac
P. 118.	6.	ſollicitator	ſollicitatur
Ibid.	34.	inſtituendum	inſtituendam
P. 134.	12.	probata	prolata
P. 135.	5.	decernitur	diſcernitur
P. 136.	28.	cauſa fuerit	cauſa facta fuerit
P. 146.	33.	committatur	committitur
P. 155.	26.	quippe appellationem	quippe per appellationem
P. 156.	11.	ceditur	conceditur
P. 158.	2.	moralem	mortalem
Ibid.	29.	fuſim	fuſius
P. 16[illegible]	[illegible]	accerſant	accerſat
P. 164.	[illegible]	cur	cui
Ibid.	26.	innocententia	innocentia
P. 165.	8.	attingit	attingat
Ibid.	12.	ſententia	ſententiæ
Ibid.	33.	vt appellatio	vt cum appellatio
P. 168.	31.	item	iterum
P. 169.	7.	accommodatum	accommodata
P. 173.	22.	quopropter	qua propter
P. 175.	13.	qui in viſitatione	eo quod in inquiſitione
P. 176.	32.	explicites	explicetur

Digitized by Google